


M. T. CICERONIS  
ad Marcum Brutum  
Orator,

JACOBI LODOICI STREBÆI,  
*Victoris Pisani, et cuiusdam incerti authoris*  
Commentariis, item Philippi Me-  
lanchthonis argumentis et  
scholiis, illustratus.



P A R I S I I S ,

*Apud Thomam Richardum, sub Bibliis aureis,  
è regione collegij Remensis.*

1 5 5 4 .

# Argumentum Philippi *Melanchthonis.*

Hic libellus tradit nouam quandam rhetoramicam. Continet enim elocutionis præcepta, & maximè in compositionis præceptis versatur, quorum nos in loco de imitatione fecimus mentionē. Proinde continet præcepta compositionis, quæ est elocutionis potissima pars. A principio quidem obiter inventionis præcepta, & alia quædam puerilia præcepta adscripsit. Cicero hunc libellum senex iam scripsit, quem abstineret à Repub. & rursus C. Cæsaris gratia vteretur. Cæterū in hoc libello voluit indicare Bruto, quæ ratio dicendi omnium, maximè esset utilis in Republica. Nec quisquam tam demens sit, qui putet se hoc, quod hīc traditur, adsecuturum. Non enim quilibet de populo hoc intelliget, imò nemo omnium qui viuit hanc rationem de compositione intelligit. Interim tamen multa sunt, quæ vsui nobis esse possunt, propter multarum rerum cognitionem, quas complexus est. Nam cùm de optimo genere scribat, eius generis exemplum exhibit in hoc scripto. Itaque conuenit hunc libellum vel in primis à studiosis magnifici atque exosculari.

viam sibi muniendam putauit. Id enim ex arte fit, ut duriora dicendo moliantur, & præmunitio-  
nibus velut aggeribus in via dirigantur animi, ne qui dociles haberi debeant, trahantur in errorem.  
Quod igitur optimam dicendi figuram delineare non posset, nisi maius aliquid eloquacia nota pro-  
poneret, quod positum sua mole terret studia multorum, utilem censuit animorum preparatio-  
nem. Est igitur haec ~~ταχαστικὴν~~ ad illud facilium intermittendum, quod paulò post inducit. Ego in  
summo oratore fingendo, talē informabo, qualis fortasse nemo fuit. Facit & ad reliqua generis eius-  
dem: & qua ratione parat auditorem, exordij pars habenda est, quæ quidem exhortantis est, con-  
stāque propositione, non esse dissidendum deinde ratione, res magnas esse tentandas, postea simili-  
tudine à cursu, honestum esse in secundis tertisque consistere, præterea, quatuor variatibz ad incun-  
ditatem exemplis, à poetis, à philosophis, à statuariis, ab oratoribus: unde tandem hac efficit: Non  
est cur eorum qui se studio eloquentia dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria. Sum-  
mam posuimus: partes explicemus. Expresso verbum, à pictura transfluit, quæ lineamentis &  
vmbbris exprimitur. Ex eadem translatione deriuare possum speciem orationis figuramque. Par est  
omnia experiri.) Sententia præclara ad acuendam animi fortitudinem. Est autem par, id quod con-  
uenit, & bonum est. Treis postea numerat virtutes, è quibus una si deficit, non potest esse perfectus  
orator. Non erit summus, si cui aut natura defuerit (cuius haec sunt dona, conformatio bona corpo-  
ris, venustas oris, lingua solutio, latera, valetudo, vires) aut si præstantis ingenij vis absuerit ad ex-  
cogitandum acuti, ad explicandum ornandumque fecundi, ad memoriam firmi atque diurni: aut  
si non erit in structus magnarum artium disciplinis. Cicero primo de Oratore, Sic igitur sentio, Na-  
turam primū atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. Nam & animi atque ingenij  
celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum ornandumque  
sint vberes, & ad memoriam firmi atque diurni. Et si quis est qui hac putet arte accipi posse, quod  
falsum est: quid de illis dicet, quæ certè cum ipso homine nascuntur, lingua solutio, vocis sonus, late-  
ra, vires, conformatio quædam & figura totius oris & corporis? De magnarum artium disciplinis  
idem in eodem libro, Legendi poetae, cognoscenda historia, omnium bonarum artium scriptores ac  
doctores & legendi & peruvolutandi. Et paulò post, Perdiscendum ius ciuale, cognoscenda leges, per-  
cipienda omnis antiquitas, Senatoria consuetudo, disciplina Reipub. iuri sociorum, federa, pactiones: causa imperij cognoscenda est. Et in eodem libro, In oratore acumen dialecticorum, sententiae  
philosophorum, verba prop̄ poetarum, memoria iuris consultorum, vox tragœdorum, geslus pend  
summorum actorum est requirendus. De primis, secundis & tertii partibus in eodem libro, Neque  
hec in eam sententiam disputo, ut homines adolescentes, si quid naturale forte non habeant, omnino  
& dicendi studio deterream. Quis enim non videat C. Cælio & qualimeo, maximo honori fuisse homi-  
ni nouo illam ipsam quancunque assèqui potuerit in dicendo mediocritatem? Quis vestrum & qualcm  
meum Q. Varium vastum hominem atque sedū non intelligit illa ipsa facultate, quancunque ha-  
bet magnam esse in ciuitate gratiam consecutum? Aeneas apud Virgilium non modo primis in cursu,  
sed etiam secundis & tertii sua reddit præmia. De ordine poetarum Quintilianus in decimo, Ho-  
merus omnes sine dubio, & in omni genere eloquentia procul à se reliquit: Heroicos tamen preci-  
pue, videlicet quia clarissima in materia simili cōparatio est. Idem de Archilocho, Itaque ex tribus  
recepis Ariſtarchi iudicio scriptoribus Iamborum, ad eis maximè pertinebit unus Archilochus.  
Idem de tragœdia & Sophocle, Sed longè clarius illustraverunt hoc opus Sophocles atque Eurí-  
pides, quorum in dissipari dicendi via vter sit poeta melior, inter plurimos queritur. Idem de Pin-  
daro, Nouem lyricorum longè Pindarus princeps. Sunt igitur hi principes, Homerus heroicorum,  
Archilocus iambographorum, Sophocles tragicorum, lyricorum Pindarus. Si queris secudos &  
terrios, in eodem capite multis reperies, ut Hesiodum, Nicandrum, Euphorionem, Callimachum.  
Veniamus ad philosophos. Plato philosophorum omnium princeps, plurimis in rebus grauiter &

## M. T. CICERONIS

copiose disputauit: quæ verum copia hic dicitur amplitudo Platonis, à qua non separamus dignitatem. Aristoteles autem Platonis neque copia, neque scientia cedit, sed inuentione rerum, atque gravitate. Nam qui à Platone suo permulta cepisset, secutus est eam subtilitatem, quæ longe à gravitate posita est, vnde sit, ut qui versantur in administranda Repub. preferant Aristotelii Platonem: contrà qui in ocio disputationum tenui subtilitate delectantur, Aristotalem malint. Ut que sane in suo genere optimus est. Post Aristotalem Theophrastus, aliquique multi scripsere, quos memorat Diogenes Laertius. Alia similitudo est ab opificibus, qui manus suæ exercent artes, ut pictores et statuarij, qualis Protagoras, Phidias, Apelles. Ialysum pinxit Rhodi Protagoras Xanthius ex Lycia, quo tempore Demetrius obsidebat Rhodon. Plinius, Propter Ialysum, nec remaret tabulas Demetrius rex, quem ab ea parte sola posset Rhodon capere, non incendit. Erat tum Protagoras in suburbano hortulo suo, hoc est Demetrii castris: neque interpellatus praliis inchoata opera intermitit omnino: sed accitus à rege, interrogatusque qua fiducia extra muros ageret, respondit scire se, illi cum Rhodis bellum esse, non cum artibus. Cellus multo aliter extremo capite lib. 25. sic enim de rebus priscis dissident opiniones. Nec minor est controversia quid fuerit Ialysum. Alij quod Ialysum una est ex tribus antiquissimis viribus insule Rhodi, hic illius accipiunt imaginem, alijs venatorem, alijs satyrum. Quid sit autem, tradit Suidas, πρωτογένες ζωγράφος Γέρβιος οὐλαύχης διατίθεται γεγονός διαβόντος ἐπισήμουν, διότι εἶδε διονύσιος ισογένεας, τὸ γένος καὶ θαυμαστὸν ὅπλον, διότι δημητρίος μητέλως ἐπειπούσιον. Hoc est, Protagoras pictor Xanthius ex Lycia, pingendi scientia fuit insignis, qui Rhodium Bacchum, et res eius expressit, opus et diuinum et admirandum, quod et Demetrius vehementer admiratus est. Et pertinet, quod Strabo Ialysum et Satyrum ut duo Protagoris opera numerat. Hoc opus Cicero vidit, quum Rhodi literis operam dabat. De Venere Co et Plinius, Apelles inchoauerat aliam Venerem Cois, superaturus etiam suam illam priorem. Inuidit mors, peracta parte: nec qui succederet operi ad prescripta lineamenta inuenitus est. Cois autem insula est ad Cariam. Idem de Ioue Olympio, Ante omnes Phidias Atheniensis, Ioue Olympie factio ex ebore. Et paulo post, Phidias præter Iouem Olympium, quem nemo emulatur, fecit et ex ebore Mineruam Atheneis. Idem, Polycletus fecit Doryphorum viriliter puerum. dictus est antem ab ea hasta quam gerebat. De eisdem opificibus Quintilianus, et alijs faciunt mentionem, verum breuitati cōfūlīmus. Opificum multitudo magna fuit, et magna in suo cuiusque genere laus. Nam ut omitteremus alios, et genere proposito loquamur, alijs sunt pictores, alijs plastæ, alijs marmorarij, alijs fusores, alijs vascularijs. Multi etiam varisque oratores fuerunt in Graecia, ut temporibus Demosthenis, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dynarchus. Antea fuerant multi, ut Pericles, Alcibiades, Lysias, Theramenes: nec postea defuerunt, ut Demochares, Demetrius. Cicero de claris Orationibus multos enumerat, et hanc fert sententiam: Nam plane quidem perfectum, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixerim. Nihil acutè inueniri potuit in eis causis quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdolè, nihil versus, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil pressè, nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatus: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum gravitate, vel sententiarum, quo quicquam esset elatius. Addamus et hoc de vocabulo industria, significare illud quidem agendi studium ac laborem. Cicero Tusculana secunda. Itaque industrios homines Graeci studiosos vel potius amantes doloris appellant, nos commodiū laboriosos.

COMIMENTARIJS. In quo) Utitur procasteui, ut aditum sibi paret ad descriptionem summi oratoris: quam si statim explicasset, futurum erat ut multi rei difficultate ab eloquentia deterrenerentur. Hunc totum locum mutuatus Fabius 11. cap. lib. 12. et Columella in praefatione libri secundi. Sed par) Prolepsi statim opponit pulcherrimā sententiam, et ad eloquentię studium mox exemplis hortatur. Quod si quem) Orator esse non potest optimus, nisi quin nature

dons si dotatus. Illa autem spectatur cum in corpore tum in animo. Adiici quoque debet ars. Teneat tamen) Metaphora haec sumpta est a curriculis. Prima enim Budaeus in Commentariis lingue Graeca legit primus. Sequentes honestus est) Ratio est una cum similitudine sumpta a curriculo, ubi varijs praemiorum gradus proponuntur non solum primis, sed etiam secundis. Dixit autem prima, more Graeco, ut notat Budaeus in Commentariis. Graeci enim dicunt ηρωτα. Nam in poetis) Hec exemplorum enumeratio facit inductionem, qua probat desperatione neminem debilitari debere, quod posse est initio preparationis. Nec solum) Transit ad artes quae mechanicae vocantur. Qui aut Ialyssus conditor fuit oppidi in Rhodo insula. Ergo ea in tabula erat Ialyssus depictus a Protagore. Quem Rhodi oppidum est et insula hic oppidum est. Aut Coe Veneris) Apelles duos pinxit Veneres, Anadiomenes et Coam: sed Coa morte praeuictus non absoluimus, nec qui absoluimus inueniri potuit. Nec simulacro) Phidias statuarius Iouem Olympium fecit. Hac autem statua luculentissime describitur a Pausania libro primo Heliaci. Iam Graeci vocant Doryphorum spiculatorem, stipatorem militem pratorianum. Doryphori autem statuam fecit Polycletus. Multi oratores) Actate Demosthenis Athenis decem clari oratores fuerunt, quorum vitam scripsit Plutarchus. Quare non est) Conclusio est inductionis, est autem proprie complexus causam efficientem et effectum. Etenim industria qua est sedulitas laboris excitatur, cum subest species adceptionis.

VICTOR. Tardem studia multorum) Quoniam rei proposita immensa difficultate, a proposito dicendi se ad alia reuocabunt. Sed par est id est, expedit, conuenit. Praestantis ingenii vis) Ad inuenienda nostra, et inuenta iudicanda. Magnarum artium disciplinas) Artes ipsae per se sunt disciplinae, cum discuntur, appellatae: quae cuiusmodi sunt deinceps indicabitur.

In secundis, tertisque consisteret) Hoc dicit, honestum est, ut qui primus in capessenda aliqua disciplina esse non posset, contentus secundo, aut tertio loco esse velit: exemplique docet, nam cum Homerus inter poetas primum sibi vendicauerit locum: non tamen famam suam reliquis eripuit: non Archilocho Iambographo, non Sophocli Tragico, non Pindaro Lyrico: quem et Quintilius et nus et ceteri decem Lyricorum facile principem esse volunt. spiritus magnificentia, sententiae, figuris, beatissima rerum verborumque copia, quadam eloquentiae flumine: propter quam merito credit Horatius nemini imitabilem. Nec verò Aristotelem) Hoc dicit, Tametsi Plato uberrimus fuit in dicendo, multiplicaque scientia amplissimus: ob id tamen se Aristoteles a scribendo non abdicavit. Neque ipse Aristoteles) Ut tuncque admirabili quadam preeditus fuerit scientia: tamen multis aliis, qui ipsum secuti sunt, non deterruit. Qui aut Hyalis, quem Rhodi vidimus) Huss meminit Strabo libro quarto decimo, inquietus, Sunt et Protagonis pictura, Hyalis, et Satyrus columnae adhaerens, supra quem perdit resedit: ad quam quidem tabulam, cum exposita est, adeo inhiante spectant homines, ut perdidim admirantes obstupescant. Aut Coe Veneris) Quae in Co insula fuit depicta. Nec simulacro Iouis Olympij) Quod Phidias pinxit admiranda quodam effigie, qui interrogatus (quem ad nodum Valerius Maximus tradidit) quoniam metem dirigeret suam, Iouem depingens, adiecit Homericos versus illos:

Η καὶ κνεῖσσιν ἐφίσι κεγύοι,  
Αὐβέσσιαι δὲ χαῖται ἐπρέποντο αὔχυτοι.  
Κρετος δὲ πλανάριοι, μῆνα δὲ εἰλέτης ὀλυμπον.

Aut Doryphori statua) Doryphorus, deductum nomen est a δόρυ, quod significat lancea, et φίλος, sed ponitur pro valido satellite: unde et Quintilianus. At verò statuarum artifices, inquit, pictoresque, clarissimi, cum corpora quam speciosissima fingendo, vel pingendo facere cuperent, nunquam in hunc occidetur errorum, ut Bigam aut Negibus aliquem in exemplum operis sumiserent sibi sed Doryphoroni illu aptum vel militie vel palastre. Quare non est) Argumentationem concludit, quam multis exemplis illustrauit, ut doceret neminem debere expauscere rei

## M. T. CICERONIS

proposita magnitudine: quod oratorie facultatis apicē se contingere posse non consideret, & perinde relinqueret intactam. Neque illud ipsum quod est optimum, deferandum est: Quoniam in humanis rebus, non in diuinis, est collocatum.

*Id est, in animo  
constituam, aut  
concipiam.*

*Causa debet per  
fectior esse & ef-  
ficius.*

*Alias non ca-  
dunt.*

*Aristo. demon-  
strationes vo-  
cat.*

*Id est, sui simi-  
les esse apud o-  
mnes favos.*

Atq; ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Non enim quare quis fuerit, sed quid sit illud, quo nihil possit esse præstantius: quod in perpetuitate dicendi non sæpe, atque haud scio an vnquam, in aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios densius, apud alios fortasse rarius. Sed ego sic statuo, nihil esse in vlo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit, vnde illud vt ex ore aliquo quasi imago exprimatur, quod neque oculis, neque auribus, neq; vlo sensu percipi potest, cogitatione tantum & mente complectimur. Itaque & Phidias simulachris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, & his picturis quas nominaui, cogitare tamen possumus pulchriora. Nec verò ille artifex cùm faceret Iouis formam, aut Mineruæ, contemplabatur aliquem è quo similitudinem duceret, sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eâque defixus, ad illius similitudinem artem & manum dirigebat. Ut igitur in formis & figuris est aliud perfectum & excellēs, cuius ad excogitatam speciem imitando referuntur ea quæ sub oculos ipsa \* cadunt: sic perfectæ eloquentiæ speciem animo videamus, effigiem auribus quærimus. Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi grauissimus author & magister Plato, eásque gigni negat, & ait semper esse, ac ratione & intelligentia contineri: cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno & eodem statu. Quicquid est igitur de quo ratione & via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque redigendum.

*S T R E B A E V S.* Quoniam aperta est via disputandi, nunc de proposita questione dicendum videretur. Ut autem questio ducatur ab initio ad finem, & vt ordine tractetur, petendū etiam videretur rei principium. Principium dicimus aut causam, aut naturam, aut Deum, aut ideam, ut qui dixerit natam esse Rhetoricę ab iis qui sui tuendi causa loquebatur accuratius, hanc posuisse causam tanquam principium. Qui reduxerunt ad seminaria naturę, voluerunt aliud esse fundatum Rhetoricae, naturam. Qui verb putarunt illud esse Mercurij donum, eam primam statuerūt originem. Sunt qui reuocant ad Ideam, ut Plato, & Academice sectatores. Ergo Cicero Platonis imitator de summo oratore dicturus, & eo quem nemo videt vnquam, altius initium ab Idea petit. Ex qua disputatione oratorem suum facit augustinorem. Proponit igitur in summo oratore fingen-

## ORATOR.

6

B ij

## M. T. CICERONIS

lecti, altera mensa. Solemus igitur hoc dicere, utriusque supellestis artifices sic opus suum moliri, ut ideam intuentur, aut lectos, aut mensas, quibus nos utimur. Et eodem modo cetera. Nullus autem artifex Ideam facit. Hac autem Idea rerum prima eadem est, ultima generis forma, quam Plato gigantem negat, et ait semper esse, cetera nasci et occidere, nec diutius uno eodemque statu permanere.

**C O M M E N T A R I U S.** At ego) Reuertitur denud ad propositionem quam continentur interrupit inducta disputatione. Ceterum informare more suo dixit, pro cōcīpere et mente effingere. Sic libro secundo de Natura Deorum informationem vocat animi conceptionem, quas in Topicis vocat confirmationes. Atque haud) Characterum dissimilitudo non solum spectatur in orationibus et rebus dissimilibus, sed et in eisdem orationibus. Nam exordia ferē sunt temperata, narrationes subtiliores, sublimiores confirmationes et refutationes praeſertim in locis communibus. Ergo non aequaliter eluet in perpetuitate dicendi orator. Est autem orator optimus qui characteres aptè miscet. Nihil esse in vilo) Docere contendit disputatione philosophica ea de quibus ratione disputatur esse ad Ideam reuocanda. Neq; enim sequi decet exemplū aliquod mortale, sed exemplar aternum. Sic Plato in Timao originem mundi reuocat ad Ideas. Vnde illud) Similitudo est ducta à pictoribus, qui cum hominis alicuius exprimunt imaginem, lineamenta solent potissimum ex ore ducere. Itaque) Idea perpetuum est et sempiternū exemplar, quod in Deo est intelligentia, in mente hominum notio, in rebus ipsis forma. Ergo probat Phidias in faciendis formis Ideam esse sequutum, quo exemplo confirmatur Idea. Facere formā hic pro statuam facere dixit Cicero. Aut Minerua) Mineruam Atheni Phidias fecit ex ebore. Ceterum Platonici negant rerum artificio constantium esse Ideam. Eam tamen artifices sequuntur. Ut igitur) Conclusio est similitudinis, mox autem altera subiicitur sed generalior. Nam eleganter aie se querere auribus effigiem perfectæ eloquentiae. Nam oratio ferit aurem, at nōdum est audita eloquentia perfecti oratoris, ut exemplum merito aures querant. Sub oculis ipsa) Ipsa particula, ornatus causa additur, et ad orationem implendam, alioqui superflua erat. Has rerum) Hic locus ad verbum prop̄ est expressus ex Timao Platonis ubi ait Ideas intelligentia comprehendendi, ac vere esse res autem reliquias esse in opinione, nec unquam vere esse, cum aſſidue mutentur. Aristoteles tamen in Metaphysica Ideas labefactat.

**VICTOR.** In perpetuitate dicendi) Id est, perpetua habeatur oratio: aut certè tempore perpetuo. Sed ego sic statuo) Sensus est, Arbitror autem in nullo dicendi genere nihil tam speciosum, quo non sit id speciosius unde quis loquitur, quam quod loquitur: id est, integrum sit, unde sumit exemplum, quādā quid in oratione continetur. Cogitatione tantum, et mente complectitur.) Quoniam species ipsa artium, quæ cogitatione sola continentur, omnibus in eis facultatibus praeceptis instructe sunt, figurisque consummatæ: in hominibus autem ipsis multæ ac truncæ.

Nec vero ille artifex) Subaudi, Phidias. Iouis formam, aut Miuerue) Nā quemadmodum Aristoteles in libro quem de M undo scripsit, Phidiam ait statuarium, Mineruam in arte Atheniensium ita construxisse, et in medio eius scuto suum ita os formasse, ut qui vellet auferre, totam esset statuam dissoluturus. Insidebat species) Ide est, imago pingendi, quæ eius animo adhaeret. Ut igitur in formis, et in figuris est) Figuræ inanimatis, formæ animatis attribuuntur, figuræ enim tunc designamus, cum trigonum, vel tetragonum, vel conum, vel cylindrum, vel sphæram dicimus: formas autem cum formosos afferimus aliquos, vel deformes. Cuius ad excogitatem species) Ide est, non eam quam oculis intuemur, sed animo metimur. Perfectæ eloquentiae species animo videmus) Ide est, contemplamur mente absolutam illam eloquentiam: ad cuius similitudinem facta hæc est, quam perficimus. Effigiem auribus querimus) Sensus est, Illius perfectæ eloquentiae, cuius imaginem solo animo comprehendimus, auribus cupimus cognoscere simili-

lititudinem. Haec rerum formas appellat Ideas. Sensus est. Fontes illos, vnde omnium rerum demandant scaturigines. Plato ideas vocat: quasi mentis quædam simulachra perfecta, ad quæ omnia referuntur: quæ sintne in diuino conceptu, atque prouidentia collocata: an in nudis purissimæ intellectibus: an certè in individuis, varia philosophorum Platoniconrum, Peripateticorumque contentio est. Easque gigni negat) Velut in Timæo Plato: & Cicero ipse Platonem secutus in libro de venientia ostendit. Quicquid est igitur) Sensus est, Omnia qua ratione, & via aliqua in disputationem venient, sunt ad ultimum sui generis principium redigenda: ut cui generi, id est, categorie sive predicamento subiiciantur, cognosci possint.

Ac video hanc primam ingressiōnē meam non ex oratoriis disputationibus ductam, sed è media philosophia repetitā, & eam quidem cùm antiquam, tum subobscuram, aut reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habituram. Nam aut mirabūtur quid hæc pertineant ad ea quæ querimus, quibus satisfaciet res ipsa cognita, vt non sine causa altè repetita videatur: aut reprehendent, quod in usitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Ego autem & me s̄pē noua videri dicere intelligo, cùm peruetera dicam, sed inaudita plerisq;: & fateor me oratorem, si modò sim, aut etiam quicunque sim, non ex Rhetorum officinis, sed ex Academiæ spatiis exitisse. Illa enim sunt curricula multiplicium variorūmque sermonum, in quibus Platonis primū sunt impressa vestigia: sed & huius, & aliorum philosophorum disputationibus & exagitatus maximè orator est, & adiutus. Omnis enim vberitas & quasi sylua dicendi ducta ab illis est, nec satis tamē instructa ad forenses causas, quas, vt illi ipsi dicere solebant, agrestioribus musis reliquerūt. Sic eloquentia hæc forensis, spreta à Philosophis & repudiata, multis quidem illa adiumentis magnisq; caruit, sed tamen ornata verbis atque sententiis, iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehensionēmque pertimuit. Ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit.

STRÆVE. Quum præter rhetorum morem proposuisset ideam Platonis, altiusq; rem ipsam repetiuisset, hoc prouidit, non defuturos qui dicent, id nihil ad rem propositam pertinere, Idque disputandi genus esse philosophorum magis, quam consuetudinis oratorum. Occupauit igitur quæ videbantur obstatre. Non inutilē est ratio occupandi quæ videntur obstatre: quod Schœma neq; ληντις dicitur. Si quispiam dicat huc ideam nihil pertinere, illi satisfaciet, inquit, res cognita, vt non sine causa altè repetita videatur. Si reprehendat inusitatum disputandi genus, occurrit, nec inusitatum esse, nec se rhetorum more disputare contendit, sed Academiæ: quod omnis vberitas & quasi sylua dicendi è philosophia ducta sit, hoc modo duæ obiectiones diluit. Primā ingressio-

Occupatio.

Id est, nō omnes philosophi te-  
nent eam.Hic libellus in-  
formabit qualis  
esse debeat elo-  
quentia, nō qua-  
lis sit.Resphōsio prima  
ad occupationē,  
& philosophia  
primū instrux-  
erit oratorem.Disputationum  
de natura & ra-  
tione dicendi.Acutior factus.  
Propter locos cō-  
munes quos ora-  
tores mutuātur  
à philosophis.Res subtilius dis-  
putatur in scho-  
lis, q; ab iis qui  
in rebus versan-  
tur.

## M. T. CICERONIS

nem dicit primam disputationem, in qua sit rei principium. Medium philosophiam dicit illam se-  
cretissimā, quia secretiora sunt ea quae rebus in mediis latent. Antiquā, accipe Platonicā. Subob-  
serum, quod id earum species non cadit in sensum, sed in memorem & cogitationem. Vias, publicas  
Græci vocant artes, artis inque rationes, Latini transferunt vias. Id ex translatione est. Vt enim via  
duce peruenimus ad locum destinatum sic ad scientia finem ratione præcipendi tanquam via pro-  
gredimur. Ad hoc verbi methodus, alludit, ubi facit Academie spatio. Curricula sermonum, Pla-  
tonis impressa vestigia, sunt hæc omnia ex eodem metaphoræ fonte. Quod autem nō audet oratorem  
se confiteri, vitia arrogantiam de quo Quintilianus præceptio est: Omnis sui vicioſa iactatio est, elo-  
quentiae tamen in Oratore præcipue, affertque audiētibus non fastidium modō, sed plerisque etiam  
odium. Hoc granius est, quod ingenuè fatetur, oratorem magnum ex rhetorum officinis non pos-  
se prodire: in quam sententiam scribit hæc primo libro de Oratore: Oratio, si res non subest ab Or-  
atore percepta & cognita, aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Quid est enim tam  
furiosum, quā in verborum vel optimorum atq; ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sen-  
tentia & Scientia? Et paulò post de cognitione scientiarum: At qui totus hic locus philosophorum  
putatur proprius, neque orator, me authore, unquam repugnabit. Sensus autem est: Fator me ora-  
torem non ex rhetorum officinis, id est, angustis libellis & præceptiunculis, sed ex Academiæ spa-  
tio, hoc est philosophia & methodo extitisse, & maiorem fuisse. Philosophorum disputationibus exag-  
itatius est orator & adiutus. Nam dialogus est Platonis Gorgias, in quo Socrates artem dicendi  
tanquam coquinariam, & rhetoras incepiores agitat, atque labefactare conatur. ad quod alludit  
Cicer. Fatetur autem artium magnarum cognitionem à philosophia petendam, quia omnis vber-  
tas que varia est rerum cognitio & sylva, & nō & materia, ab ea ducta sit, nec sat est tamen instru-  
cta & parata ad causas forenses, que pugnant acrius, magisq; populariter. Quietia & secura phi-  
losophorum disputatio. Aliud est in otio via quadam ac ratione differere, aliud in pugna forensi  
mille modis aut aduersariorum petere, aut adoriri iudices, aut evitare plagas. Hoc tamen studiū phi-  
losophi contempserunt. Itaque quum peteret oculum & quietem literarum, & rudiores illi questū  
fitirent, eloquacia forensi & spreta à philosophis, & agrestioribus Musis, hoc est rudioribus & im-  
politoribus relikt, multis adiumentis magnissime caruit, ut altiore disciplina, & nationibus ar-  
tium magnarum. Sed tamen ornata verbis, & elocutione vestita, collectis etiam popularibus sen-  
tentiis, & in communisensu positis, iactationem habuit in populo, id est, apud imperitorum mul-  
titudinem extulit se in solentius, aut sic agerata est in populo, ut nauis in fluctu. Nec paucorum, ut  
optimorum philosophorum, iudicium reprehensionemque timuit, quod à populo frequenter cole-  
retur. Ita & doctis, hoc est, philosophis, eloquentia popularis, qua Rempu. administraret, animosq;  
que populi regerent: & disertis oratoribus elegans doctrina & philosophia cognitio defuit. Diser-  
tos accipit eos qui satis acutè atq; dilucidè possunt apud mediocres homines ex communis quadam  
hominum opinione dicere.

C O M M E N T A R I U S. Ac video) Occupat reprehensionem, eamque soluit. Atq;  
interim præceptum elicit, sine philosophia oratorem esse non posse, qua de re multa scripsit in Or-  
atore ad Quintum fratrem. Nam autem Epanados est ad duo proposita. Ceterum si quis intellexe-  
rit à Cicerone disputari de optima oratoris specie, mirari desinet, cur inducerit disputationem de  
Ideis. Ego autem) Solutio est reprehensionem dare non ab nouum disputationi genus quod  
antiquum docet Cicero. Academiæ spatii) Spatio Academiæ dixit, propter deambulationes  
Academiæ, in quibus philosophi disputabant. Earum meminit Plinius primo capite libri duode-  
cimi. Illa enim sunt) Allusit rursus ad gymnasia corporū, que facta sunt gymnasia animo-  
rum, cùm occupata essent à philosophis. Talis erat Academia, tale Lycium, tale Cynosarges.

Sed & huius) Plato in Phædro & Gorgia sophistas exagit. Ceterè in Gorgia rhetoricen sit

adulationis quandam partem. Omnis enim) Necesse est ut oratio florescat ex rerum cognitione qua traditur in philosophia. Sic eloquentia) Alludit ad divisionem philosophiae & eloquentiae, quarum olim facultates & professiones erant cōiunctae. Hac de re disputatur à Cicerone libro tertio de Oratore. Multis quidem illa) Cicero frequentius soleat usurpare & dicere illa quidem, hic autem quidem illa, quod alibi non inuenias: nescio an locus corruptus sit & depravatus.

VICTOR. E media philosophia repetitam) Quoniam si philosophia rerum metitur primordia, facilius inde, à qua unaque res initium ducat, dignosci potest. Cum antiquam, cum subobscuram) Cum, id est, partim: tū, id est, maximē. Inusitatā via) A nullo rhetore tactas.

Tribus relinquamus) Id est, quae sunt in vsu omnium. NOVA) Quia incognita rhetoribus.

Peruetera) Quoniam iampridem tractata. Non ex rhetorum officinā) Qui rhetores à Gre-  
cis dicuntur, à nostris oratores: qui in sōlo, & in omni causarum genere versantur. Rethores autem Latinē intelliguntur, qui rhetoricam docent, quos Græci sophistæ vocant. Officina dicitur locus in quo officium aliquod administratur, quod ad corpus pertineat: vt tonstrina, sutrina. Hoc loco igitur officina ad mentem translata est. Sed ex Academia spatiū extitisse) Id est, ex disputatio-  
nibus philosophorum. Fuit autem Academia villula non longè ab Atheniis distans, ab Acadē-  
mo heroë illi sepulto vocata, vbi philosophari Plato consuevit. SPATIUS) Quoniam spatiarī ibi  
solebant philosophi. Illa enim sunt curricula multiplicium, variorūmque sermonum) CURRUS,  
curriculum facit: curriculum autem, est à cursu deductum: unde curriculo aduerbiū pro cito. Sen-  
sus autem est, Cursus multiplicies, ex varijs sermonum ab ipsa petuntur philosophia. In quibus  
Platonis sunt impressa vestigia) Id est, in quibus sermonobus multam versatur Plato, impressa au-  
tem vestigia dicendo, translatio sumpta est ab iis qui in aliquo loco obnoxissimē se firmarunt.

Et quasi sylua dicendi) Sylva aliquando dicitur arborum: vt glandaria sylva, & cædus syl-  
va: aliquando sylva dicitur materia unde aliiquid gignitur: velut philosophi materiam illam vo-  
cant, unde quatuor sunt elementa, inde Statius Sylvas suas appellavit: quod illis tanquam materia  
reteretur, id est, principio ad cetera exactius scribenda opera. Ideo Cicero etiam sylvam dicendi phi-  
losophiam vocat: quod sine philosophia & adminiculo, rhetorica consistere non posse. Adfore-  
ses causas) Id est, ad genus iudiciale. Agrestioribus musis) Incultioribus disciplinis: doctis elo-  
quentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit, sensus est, Eloquentia, qua oblectatur popu-  
lus, doctis defuit hominibus, id est, philosophis. & elegans doctrina, id est, philosophia, defuit ora-  
toribus.

Positum sit igitur in primis, quod post magis intelligetur, sine philosophia non posse effici quem querimus eloquentem. Non  
vt in ea tamen omnia sint, sed ut sic adiuuet, vt palestra histriōne. Paruā enim magnis s̄epe rectissimē conferuntur, nam nec latius,  
nec copiosius de magnis variisque rebus sine philosophia potest  
quisquam dicere. Siquidem etiam in Phædro Platonis hoc Peri-  
clēm præstissem ceteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxa-  
goræ Physici fuerit auditor, à quo censet eum, cum alia præclaræ  
quædam & magnifica didicisset, vberem & fœcundum fuisse, gna-  
rūmque (quod est eloquentiæ maximum) quibus orationis mo-  
dis, quæque animorum partes pellerentur, quod idem de Demo-

Rephōso altera  
ad occupationē:  
Sine Philoso-  
phiā nō posse fie-  
ri oratorem.  
Quia destituūt  
eum loci com-  
munes.

# M. T. C I C E R O N I S

Isthene existimari potest, cuius ex epistolis intelligi licet, quām frequens fuerit Platonis auditor. Nec verò sine Philosophorum disciplina genus & speciem cuiusque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus, nec iudicare quæ vera, quæ falsa sint, neque cernere consequentia, repugnantia videre, ambigua distinguere. Quid dicam de natura rerum, cuius cognitionē rerū naturalium.

*quoniam  
in his.*

ius cognitionis magnam orationi suppeditat copiam, de vita, de officiis, de virtute, de moribus, sine multa earum ipsarum rerum disciplina aut dici aut intelligi posse? Ad has tot, tantasque res adhibenda sunt ornamenta innumerabilia, quæ sola tum quidem tra-

*Quod facta sūt* debantur ab iis qui dicendi numerabantur magistri. Quo fit, ut veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod a-

*dīversa professio-* ficia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab aliis rerum, ab aliis

*philia & eloquē* verborum doctrina queritur. Itaque M. Antonius, cui vel primas eloquentiae patrum nostrorum tribuebat ætas, viri natura peracutus, & prudens, in eo libro quem unum reliquit, disertos ait se vi-

*disse multos, eloquentem omnino neminem. Insidiebat videlicet* in eius mente species eloquentiae, quam cernebat animo, re ipsa non videbat. Vir autem acerrimo ingenio (sic enim fuit) multa &

*in se, & in aliis desiderans, neminem planè qui recte appellari elo-* quens posset, videbat. Quod si ille nec se, nec L. Crassum eloquentem putauit, habuit profectò comprehensam animo quandam for-

*mam eloquentiæ: cui quoniam nihil deerat, eos quibus aliquid, aut* plura deerant, in eam formam non poterat includere. Inuestigemus hunc igitur Brute, si possumus, quem nunquam vidi Antonius, aut qui omnino nullus unquam fuit: quem si imitari atque exprimere non possumus, quod idem ille vix Deo concessum esse dicebat: attamen qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere.

S T R E B A E V S. Quoniam professus est se oratorem non ex Rhetoruri officinis, sed ex Academia spatis extitisse, philosophorumque disputationibus & exagitatum oratorem & adiutum, progradientur longius, & philosophiam oratori summo necessariam demonstrat. Quae res est velut appendix & pars loci superioris. Proponit igitur sine philosophia non posse effici eloquentem. Argumenta dicit ab exemplis, & tribus philosophiae partibus, ab Antonij autoritate: unde opportunè regreditur ad illud suū propositum, quodnam sit eloquentiæ summū genus. Nam videamus quid palestræ iuuen histrionem. Histriones sunt actores fabularum, qui mutti solebant ad palestritas. Et id Quintilianus fieri suaderet, ut exercitatione palestre membra decentius & corpus mo- verent, aptiusque gestum componerent: cuius exactiores severos Athenienses fuisse constat, atque

## ORATOR.

9

□

## M. T. CICERONIS

captione, qua nostrū hoc infelix seculum abutebatur, nec illa facere potest, qui cæteras philosophiaæ partes ignoret, ut in Partitiones oratoriaæ ostendimus, in quibus genera, species, partes distribuit et definit Cicero: que consentiunt quæque dissentiant, ostendit. Vt si enim dialectica præstantior est aut in constitutis libris, aut in perpetuitate differendi, quæ in illa cōtentiosa vociferatione, que rauim gutturi, cōfusionem animo parit. Physice rerum caussas naturāmque speculatur, cuius cognitio magnam orationi copiam suppeditat, quum dicit orator quid efficiat ira, quid auaritia, quid libido, quid metus, quid vulnus altum, quid venenū, quid exhortatio, quid educatio, quid anrecta vita, quid temperamentum, quæ causæ sint et effectus, vnde coniectura capiatur, vnde probetur definitio, vnde laus sit maior minore, vnde consilia dentur. Ethice præcepta continent de vita, de officiis, de virtute, de morib; de quibus abunde Plato, et à Platone Cicero. Hanc utilem esse oratori, sicut et dialecticæ, notius est quædam oratione debet explicari. Ad hanc tot tantasque res adhibentia sunt ornamenta innumerabilia, quæ præceptis eloquendi tenentur, de amplificatione, de sententiis, de proprietate verborum, de tropis, de schematis utrisque, de numeris, et omni ratione comprehendendi, vnde sumitur ornatust. Hæc ornamenta modo qui sciunt, scientiam dicendi habere dicuntur: qui philosophiam tenent, disciplinam intelligendi. Neutra sine altera disciplina perfecta est. Quæramus postea an M. Antonius primas eloquentia suo tempore tenebat. Cicero libro de Claris oratoribus plura maioraque tribuit Cnffo quædam Antonio. hic igitur non suam, sed aliorum refert sententiam, quoniam usurpus auctoritate viri, se loco accommodat et orationi, vt si Crassus et Antonius famam videbantur, in quibus tam multa desiderabat Antonius, argumentum sit, inuestigandam perfectam eloquentie formam. Quid autem differat ab eloquentie disertus, ex Cicero scripsimus initio nostra huius interpretationis. Inuestigo, interdum significat quod inuenio. Cicero pro Ligario, Diligentia inimici inuestigatum est quod latebat. Non nunquam quod vestigo, cuius intellectus præsens est testimonium.

COMIMENT. Postū sit) Ex superiori disputatione præceptū elicit sine philosophia non posse esse oratore. Que res ab eo tractatur in oratore ad Quintum fratrem. Iam usurpauit vocabulum philosophicum: nam philosophi usurpat ponere pro supponere et constitutere. Ut palestra Palæstra ars est luctandi que eadem docet legem gestus. à Socrate et Platone annumerantur virtutibus politicis, huius imperiti vocantur apalastri. Siquidem etiam Pericles Xantippus filius Athenas quadraginta rexit annis. Is auditor fuit Anaxagora, et Anaxagoram impietatis reum defendit. Huius rei ita meminit Cicero libro tertio de Oratore. Quod is) Id merito adiecit, quia ante Socratem philosophi magna ex parte in rerum naturalium tractatione occupabantur, ac proinde Physici vocabantur. Quibus orationis) Pars animalium quedam in ratione posita est ubi est tranquillitas, quedam rationis est expers ubi est perturbatio et affectus omnis. Cuius ex episcolis Demosthenes assiduus erat Platonis auditor, sed auditu oratore Callistrato qui in maximo conuentu orationem habuit luculentissimam, relicta philosophia animum ad eloquentiam appulit, et ad Rhetoras se contulit. Nec verò sine philosophorum) Argumentatur à partium enumerations. Tres enim philosophiaæ partes oratori per necessarias esse ostendit. Magnam orationi) In aliis codicibus orationis legitur, sed perinde est. Que sola tamen) Num ut paulò ante diximus separata fuit ab arte dicendi philosophia. Ita sophiste illi antiqui et rhetores omissa philosophia rhetoriken profitebantur. In eo libro) Marcus Antonius orator (vt ait Fabius libro tertio) unum de arte dicendi scriptis libellum qui imperfectus in manus hominum venit. Cicero libro secundo de Oratore hanc sententiam explicat. Insidebat) Redditur ratio sententiae Antoniane, ac reuertitur Cicero ad disputationem de Idea institutam. Quod si ille) Hoc interim Cicero agit ut auctoritate Antonij probet non aliquod oratoris exemplum esse sequendum, sed perfectam eloquentiam Id est. In eam formam) Includere in, et ingredi in, atque id genus alia apud Cicero

ronem frequenter reperiuntur. Inuestigemus) Ex digressione Cicero tandem revertitur ad perfecti oratoris descriptionem.

**VICTOR.** Non ut in etiamen) Sensus est, Nolo oratorem, qui omnes philosophiae nosdos perscrutari contendat: sed ut à philosophia ita adiunetur, ut à palestra histrio. In Phædro Platonis) Id est, in dialogo quem scripsit Plato, Phædrum à suo discipulo appellans: in quo de Pulchro agitur. Anaxagoræ physici) Qui fuit Clazomenius. Physici, qui de rerum natura disputatione, nam Physis, natura vocatur: unde Physicus. Gnarumque) Id est, doctum, instructumq; praecipit philosophie. Quā in frequens fuerit Platonis auditor) Id est, quām frequenter Platoni in philosophia operam dederit Demosthenes. Nec verò sine philosophorum disciplina genus, & species cuiusq; rei cernere) Nō potest, inquit, orator cognoscere genus & speciem sine philosophiae cognitione. Hoc autem dixit iuxta Stoicorum sententiam. Philosophi siquidem Stoici philosophiam diuiserunt in physicam, id est, naturalem ethicam, id est, moralē: & logicam, id est, sermocinalem. Logica verò, ut multa alia comprehendit, ita quinque vocum, hoc est, ut nunc loquuntur multi, praedicabilium cognitionem tradit. Sunt autem voces quinque, genus, species, differentia, proprium, & accidens: quæ ad unamquaque rem sive diuidēdam, sive definitam peropportuna sunt, id est, quod ait sine philosophia, cerni non posse genus, & speciem: nec definiri, nec distribui in partes, à quibus ad demonstrationem ascenditur. Nec iudicare quæ vera, quæ falsa sint) Nam cùm Dialectici nouerit praedicabilia, atque predicamenta, tanquam omnium argumentorum semina, atque elementa noſſe oportet, quomodo omnis texatur argumentatio: quæ siue sit induc̄io, siue sylogismus, siue similitudo, siue exemplum, siue enthymema, siue epicherema, oratione constat: quoniam sola indicativa verum vel falsum significat. Indicativa sit necesse est, quæ nomine & verbo substantius constet: siue sit vniuersalis, siue particularis, siue indefinita, siue singularis, affirmativa aut negativa, una vel multiplex, categorica vel hypothetica, alijs comparata, contraria, subcontraria, subalterna, contradictoria, æquipollens vel non æquipollens, conuersa vel non conuersa: quæ modo caret, vel quæ modo aliquo ex tribus definitur: unde sylogismi ad aliquid demonstrandum texuntur, quorum ut alijs sunt categorici, alijs hypothetici, ita categoriorum tria sunt genera, & multæ singulorum species, hypotheticorum septem. Quæ igitur vera quæque falsa sint, iudicari possunt facile ex contradictione. Neque cernere consequentia) Quæ sequantur, quæ antecedunt: an argumentū sit, necne. Repugnantia videre) Quæ in contraria, & contradictione diuiduntur. Ambigua distinguere) Quæ in dubium sensum trahi possint, ut taurus est mons: si intelligatur de terrestri, verum: si autem de cælesti, falsum. & Ajax fuit insanus: si de Oileo, falsum: si de Telamonio, verum: distinguendum igitur. Quid dicam de natura rerum.) Id est, de naturali philosophia. De vita) Subaudi, quid dicatur. De officiis, de virtute) Quæ omnia moralis sunt philosophiae. Quæ dalia intelligendi) Quæ est philosophia. Ab his) Subaudi, quæ ad philosophiam tendunt. Cui vel primas eloquentie) Id est, primum in eloquentia locum. Multa & in se, & in aliis desiderans) Et perinde nullum perfectum oratorem intuens.

Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam *Liuus in gradi floruerunt, perquam autem, id quod volumus, perpauci in omnibus. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla & contentiarum grauitate, & maiestate verborum, vehementes, varij, copiosi, graues, ad permouendos & conuertendos animos instructi & parati: quod ipsum alijs aspera, tristi, horrida oratione, neq; per-* genere, *Teret us in exili, Caesar in medio.*

# M. T. CICERONIS

fecta, neque conclusa: alij leui, & instructa, & terminata.

**S T R E B A E V S.** *Iam posita quæstio est, & origo prima repetita, subiecta que philosophorum materia: deinde distinguenda sunt genera dicendi, ut quod illorum sit optimum, judicetur.* Id certè quidem queris Brutus, quæ sit optima figura dicendi, ut qui multa esse genera nō ignoret. Constituit igitur omnino tria genera, unum grande, alterum tenuis, aliud intermedium: ut cum imperfectos often erit oratores, tandem definiat eloquentem, qui & humilia subtiliter, & magna graviter, & mediocria temperate potest dicere. Nam qui floruerunt in singulis, non in omnibus, in suo genere quidem laudandi, sed eò tamen habentur imperfecti, quod illius optima rerū varietas defuerit. Qui verò per æquum hoc est, eodem modo floruerunt in omnibus, si tanquam perfecti quidem, sed per paucis fuerunt. De singulis Gellius in septimo. Et in carmine, & in soluta oratione genera dicendi probabilia tria, quæ Graci χαρακτῆρες vocant, nomināq; eis fecerunt, & dū, & ρόν, & οὐρ. Nōsque quem primum posuimus, vberem vocamus: secundum, gracilem: tertium, mediocrem. Vberi dignitas atque amplitudo est: gracili venustas & subtilitas: medium in confinio est, utrinque modi particeps. His singulis orationis virtutibus vicia agnata sunt pari numero, quæ earū modū & habitum simulachris falsis emētiuntur. Sic plerunque sufflati atque tumidi fallunt pro vberibus, squalentes & ieuni dicti pro gracilibus, incerti & ambigu pro mediocribus. Animaduera hæc tripartita varietas in tribus philosophis, quos Athenienses Romam ad S. P. Q. R. legauerant. violēta & rapida Carneades dicebat scita & tercia Critolaus, modesta Diogenes & sobria, hæc præclarè Gellius. Grandilo qui, verbum duriusculum est, ideoque cum venia dictum, definirentur ex rhetoricae partibus i; qui vtuntur ampla & sententiarum gravitate, & maiestate verborum, vehementes, varij, copiosi, graues, ad permouendos & conuertendos animos instructi & parati. Etenim primum est inuenire atque collocare sententias aptiores, & etiam ad mouendum ampliores, ut omnes qua virum grauem decent cum autoritate & amplificatione verba facientem, quales à poetis de rebus omnibus in heroica maiestate ponuntur. Contrà omittere vitem rerum minutarum multitudinem, qualis est in comedie & epigrammati. Alterum est inuenta digesta que proloqui seruata dignitate verborum, id est, prisus verbis gravitate delectus, plenis sonantibus, nitidis, figuris aptè modificatis, nequid aut leue sit, aut inane, aut exile, aut turpe, aut à rebus alienum. Quoniam autem non habetur orator is qui docet tantum, ponatur & tertium munus in augendis rebus, & in mouendis animis graviterque concitandis pro dignitate cauſe. Sic fuit Sulpitius gradiis & tragicus orator. Sed ne frustra ab iis quorum scripta perseruent, exempla petas, vt in hoc genere dicendi Cic. in tota ferè oratione pro Rabirio perduellionis reo. Ius, inquit, omne retinēdā maiestatis, Rabirij causa continebatur: ergo in omni genere amplifications exarsimus. Oratorum grauum duæ species. Alij vtūtaspera, cristi, horrida oratione, neque perfecta, neque conclusa, hoc est eorum verba sepe dura sunt, inelegantia, iniucunda, in equalia: deinde asper litterarū concursus, iunctūtē hiantes atque disunctæ, sum periodi neque numerum perficiunt, neque cōcludunt ad expendum anrium sensum apto quasi verborum modo. Contrarium est suave genus, de quo præcipit in Oratoria partitione. Sit hoc exemplum Catonis ex oratione pro Rhodiis: Scio solere plerisque hominibus, rebus secundis, atque prolixis, atque profloris, animum excellenter, atque superbiam, atque ferociam, augescere atque crescere: quod nunc mihi magna cura est, quod hæc res tam secundè procererit, ne quid in consulendo aduersi eueniat. Aduersae res se domant, & docent quid opus sit. Secundæ res latitia transuorsum trudere solent à rectè consulendo atque intelligendo. Quo maiore opere dico suadēque, ut hæc res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostrā redeamus. Sententiae graues sunt & copiose, verba pondere & gravitate delecta, ratio di-

cendi plena maiestatis, ceterum inanem compositio verborum, concursus asperi, iunctura insuis, molestia quædam repetitio coniunctionum, numerus angustior, & nulla arte modularius. Non derunt alia exempla Senecam legenti. Alij grauitatem retinent in oratione leui, equata & complanata, quale iuuenile corpus est succulenta carne vestitum: in oratione instructa, verbisque digesta, qualis est acies ordine collocata: in oratione terminata, & numeris absoluta, quæ pedibus excurreat, patetque fertur ad aurium dimensionem, quod genus reperi as apud hunc grauioribus locis, ut Catilinaria prima, ubi grauitate seruata studio se componit oratione. Talis est haec oratio Carbo nis. O Marce Druse, Patrem appello. Tu dicere solebas sacram esse Rempub. quicunq; eam violassent, ab omnibus esse ei pœnas persolutas. Patria dictum sapiens, temeritas filij comprobauit.

**C O M M E N T A R I U S.** Tria sunt omnino) Describuntur tres characteres ut ex illis intelligatur perfecti oratoris descriptio. Negat Fabius omnem orationis formam his tribus figuris includi posse: sed hanc sequuntur divisionem authores ut rotundam & teretem. Demetrius item Phalereus hos characteres vocat simplices, nam sunt alij composti qui horum mixtione constant.

Nam &) Oratio omnis spectatur in rebus & verbis. Hinc igitur describit grandiloquum genus dicendi, addit & officium huic generi destinatum quod est in motu. Quod ipsum) Duo facit genera grandiloquorum ex dissimilitudine elocutionis. Nam in virisque est eadem sententiarum grauitas, sed non eadem compositionis venustas.

**VICTOR.** Tria sunt omnino genera dicendi) Demetrius Phalereus, Simplices, inquit, characteres sunt quatuor: Tenuis, Magnificus, Ornatus, Grauis. veruntamen ornatum Cicero ipse medio inferit: quare & tres sunt dicendi etiæ characteres, de quibus singulis, ut muli. alij authores tradiderunt, sicut alibi, ita hic nobis præcepta reliquit. Et pressa oratione limati) Arguti (inquit) & elegantes in humili genere dicendi. Translatio sumpta est à lima, qua ferramenta ter guntur.

**MELANCHTHON.** Tria sunt omnino) Que hactenus tractauit Cicero, fuerunt quasi præfatio. Nunc autem incipit tradere præcepta: & principio dicit de tribus generibus dicendi, quia hic liber maxime versatur in elocutionis & compositionis præceptis.

Et contrà tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora, non am pliora facientes, subtili quadam & pressa oratione limati. In eodemque genere alij callidi, sed impoliti, & consultò rudium similes, & imperitorum: alij in eadem ieiunitate concinniores, id est faceti, florentes etiam, & leuiter ornati.

**STREBÆVS.** Alterum dicendi genus tenui vocatur, superiori quodam modo contrarium. Illud autem, quemadmodum cetera omnia, positum est in rebus & verbis. Sententiae erunt acute, subtile, & minuta, quibus parue res continentur, sed, ut par est, acutiores paulò quam in sermone vulgari, & lingua cottidiana. Etenim orator ille tenuis assumit etiam minima, at multa dicendo, non amplificando, dilucidiora omnia non ampliora facit. Oratio & elocutio subtilis erit, pressa atque limata: subtilis, verborum tenuitate, & gracili filo. Ea sunt verba quæ pauca habent syllabas, & exiguae literarum voces, & tritam significationem, qualia sunt in hoc Terentij versiculo. Si illū relinquo, eius vita timeo: Sin opitulor, huius minas. Et in hac oratione Ciceronis, An incoacta multitudo, in armis, in telis, in praesenti metu mortis, perspicuo periculo cædis, dubium popbis fuit, an esse vis aliqua ruderetur, necne? Quibus igitur in rebus vis intelligi potest, si in his non intelligitur? Subtilitas & in numero dicitur, cum minutis & cōcisis numeris sine grauitate mo-

## M. T. CICERONIS

etur oratio. Sunt enim spatia grauiora plenioraque, ut in dactylis, spondeis, pœanibus. Sunt leuiora atque graciliora, ut in iambis, choreis, pyrricheis, proceles, matricis. Ex his curvisque periodis efficitur illa tenuitas: sapient ex incisis atque membris inexplatis. Pressa dicitur oratio attenuata, non ampla: in qua ferè nihil extat, nihil excellit, nihil eminet sublimius. Non incedit regio passu, non ambiatiose circunflectit articulos, non iactat brachia, non ostentat ornamenta, neque togam distendit, sed quasi puella honestior et verecundior, amictu simplici, membrisque decenter pressis molitur iter ad propositum finem. Cicero de Claris oratoribus. Quoniam, inquit, oratorum bonorum (hos enim querimus) duo genera sunt, unum attente pressaque, alterum sublate ampleque dicentium, et si id melius est quod splendidius et magnificentius, tamen in bonis omnia quæ summa sunt, iure laudantur. Sed cauenda est presso illi oratori inopia et ieinunitate: amplio autem inflatum et corruptum orationis genus. Hic quidem pressum genus opponit amplio. Quintilianus in duodecimo pressum dicit quod neque tumidum est, neque inflatum, neque redundans. Vnde Attici pressi, Asiani tumidi esse dicuntur. Ea quoque de causa latum dicitur, cui derasa est amplitudo et vberitas augendi, cuiusque extrita est illa grauis severitas, et qualitate quadam tenui relata. Nec si dicit omnia tenuis orator, idcirco amplior est. Amplitudo dignitatis est, non multitudinis: grauitas autem rerum magnarum et amplificationum est, non subtilium multorumq; sermonum. Hoc genere dicendi floruit Lysias apud Graecos, Cotta apud Latinos. Sed et illud Cicero parvus adhibuit rebus. Tota, inquit, mihi causa pro Cecina de verbis interdicti fuit. Res inuolutas desinendo explicauimus, ius ciuile laudauimus, verba ambigua distinximus. Significat partitiones, diuisiones, distinctiones, subtiliter tractari solere. In hoc genere sunt Comici, Bucolici, frequenter Epigrammatici, nonnunquam Lyci, plerunque scriptores epistolarum. In eodem genere alijs callidi, id est exercitati, acuti, in communione hominum opinione versati, atque subtiliter prudentes. Nam quod ait tertio de Natura deorum, callidi sunt, quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluit. Ut et ceterum callidi sunt in rebus atque sententiis, ita genere elocutionis impoliti et inornati, et consulto rudium similes et imperitorum, qui quum eleganter ornare possint orationem tum verbis et figuris, tum suauiore numerorum tractu, malunt effundere incomptum, inornatum, rudemque dicendi genus, aut quia dictio nem accommodat imperitis, ut Lysias: aut quia contemnunt eleganteriarum delicias, ut antiquorum similiores esse videantur. Alij sunt oratores in eadem ieinunitate, hoc est, tenuitate et gracilitate, quæ nihil vehementer amplificat. concinnioresque sunt, faceti, lepidi, succundi, florentes, et leviter ornati, quorum elocutio tenuis est quidem, sed venusta, grata, facilis, et suauitate condita veluti quædam Attica Venus: quo genere florent etiam Poete, ut Aristophanes et Terentius.

C O M M E N T . Et contra) In huius quoque generis descriptione sequutus est res et verba, addidit et officium quod est docere.

VICTOR. Sed impoliti) Id est, innitidi, est autem politum, tersum et candicans: a vocabulo Graeco polion, quod significat canum. Noni Marcelli de indagine doctorum virorum auctoritate. (Ec consulo) Id est, dedita opera. In eadem ieinunitate concinniores.) Id est, congruentiores, aptiores. (Id est faceti) Facetum Quintiliani testimonio, aliquando urbanum, aliquando elegans et discretum.

Correctio. Est autem quidam interiectus intermedius, et quasi temperatus, utraque excidatur, tunc nec acumine posteriorum, nec fulmine vtens superiorum, viquido utrungue tenuiter attingitur. cinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque (si verum querimus) potius expers. Isque uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil adserens praeter facultatem, et æqualitatem:

aut addit aliquos ut in corona toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit.

**S T R E B A E V S.** Tertium dicendum genus est intermedium, illud est quasi temperatum. Nec enim tam subtile est, tam minutum, tam acutum, quod tenuerunt vocatur: nec tam graue, tam vehementer, tam amplum, quem character ille grandiloquus atque sublimis. Nec fulminat amplificatione, nec ad minima rerum momenta penetrat acumine, sed uno tenore, hoc est aequali cœnuatione in dicendo fluit, nihil afferens præter facultatem, id est, facilem quendam ductum & volubilitatem cum aequalitate parsque ratione texendi. In neutro excellit, nec insigniter apparet, nec vehementer auget, nec tenuiter infima rimatur. Ut triusque particeps est, ut videtur: sed si verum quærimus, potius expers: quia neque hoc, neque illud habet, sed interiectam moderationem retinet, atque tempe-riem. Aequalitas in eo non est tam perpetua, tamque directa, quin aliquando mollius effurgat, ubi quid amplius est efferendum. Addit aliquos ut in corona toros. Volabile quidem genus & rotundum ut corona, suscipit ad ornamentum partes eminentiores, quasi toros, ne tamen politum mar-mor, iucunditate varietatis exuatur. Huc alij ῥεγματibus, id est, clauam restituunt: quibus ideo non af-sentior, quod & Græca vitat Cicero, et in clava nodi toriq; notabiliter excellunt, non item in an-rea corona, unde similitudo & imago ducitur. Nam si quærum exemplum, capet tibi orationem pro le-ge Manilia. Sic enim testatur: Fuit ornatus in Manilia lege Pompeius tēperata oratione, ornati copiam persecuti sumus. Huc pertinet & poemata, ut Georgica Virgili, Fasti Ouidii, insignio-nes odæ Horatii, & id genus multa, in quibus est dignitas inferior amplissimo genere, superior in- fima tenuitate.

**C O M M E N T A R I U S.** Est autem Medium dicendi genus describit vtriusque com-paratione & tanquam negatione. Hoc aptum est ad delectandum. *Vicus amborum*) Nonius Marcellus legit ut sinus amborum. Est autem sinus variorum liquorum mixtio, quæ dicitur Græcè κανάριον. Isque uno tenore) Erasmus in Chyliadibus ait tenorem esse rei progressum, ut hic si-gnificetur aequalis orationis fluxus: tamen (ut ait Fabius) tonum Latinum appellarent tenorem, ve-forte significari posse & aequalitas toni & aequalitas orationis. *Toros*) Partes eminentiores appellantur tori, ut à Plinio in hortis. Sunt & in corpore humano musculi: significat autem quosdam locos ab oratore mediocri amplificationibus quibusdam & ornamentis angari. *Omnemque*) At Fabius ait hoc in genere esse omissa liberiora ornamenta: aut igitur significat Cicero quaf-dam esse grauiores figuræ (cuiusmodi sunt prosopopœie) huic generi minimè conuenientes, aut si-gnificat quanquam omnia hic liberiora sunt, seruandam tamen mediocritatem esse ne videatur oratio esse affectata.

**VICTOR.** Nec fulmine utens superiorum) Id est, magnifici dicendi generis vi, ac potestate illa, qua etiam ipse dicitur fulminare Demosthenes. *Vicus amborum*) Proximus humili, & grandiloquo. Nihil afferens præter facultatem) Id est, nihil molitus nisi quaneum potest.

*Vt in corona toros*) Id est, tortiles illas eminentias, quibus corona exornatur. *Verborum sententiarumque*) De quibus dicetur posterius.

Horum singulorum generum quicunque vim singulis conse-cutisunt, magnum in oratoribus nomen habuerunt. Sed quæren-dum est, satine id quod volumus, effecerint. Videmus enim fuisse quosdam, qui iidem ornatae ac grauiter, iidem versutæ & subtiliter

## M. T. CICERONIS

dicerent. Atque utinam in Latinis talis oratoris simulachrum reperire possemus. esset egregium non querere externa, domesticis esse contentos. Sed ego idem, qui in illo sermone nostro, qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel ut hortarer alios, vel quod amarem meos, recordor longè omnibus vnum anteferre Demosthenem, qui vim accommodarit ad eam quam sensitiam eloquentiam, non ad eam quam in aliquo ipse cognouerim.

*Id est, qui se se accōmodarit ad exprimēdā perfēctā eloquitiā.* Hoc nec grauior extitit quisquam, nec callidior, nec temperatior. Itaque nobis monendi sunt iij quorum sermo imperitus increbuit, qui aut dici se desiderant Atticos, aut ipsi Atticē volunt dicere, vt mirentur hunc maximē, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas. quid enim sit Atticum, discant, eloquentiamque ipsius viribus, nō imbecillitate sua tactiantur. Nunc enim tantum quisq; laudat, quantum se posse sperat imitari. Sed tamen eos studio optimō, iudicio minus firmo præditos, docere quæ sit propria laus Atticorum, non alienum puto.

S T R E B A E V S. Non habendi sunt oratores absoluti, q̄ā in singulis generibus, non in vniuersis floruerunt, ut in granī Sulpičius, in tenui Cotta, in temperato mediisque Hortensius: quanquam hi, & eorum sc̄iles magnū in oratoribus nomen habuerunt: quia magnum est vel vnum tractare genus. Sed ante Ciceronem nemo Latinorū quod hic queritur, effecit, ut idem ornatus & grauiter, si esset vtendū genere sublimi: idem temperatè, si medio: idem versutè, callidè, subtiliter, acutè, si tenui, diceret. Quidā ut Crassus & Antonius præclarè fuerint initiati, & vt vulgus existimat, sum ni atque perfecti, quos in Bruto, hoc est, dialogo de Claris oratoribus, vehementer ornat: non quod fuerint absoluti, sed quod Romanus Romanos amet, & extollere conetur: atque ita comparare Græcis, qui nomini Romano nihil attribuebāt artium secretiorum. Quoniam autem domesticos, id est, Latinos excellentes tribus illis dicendi generibus vniuersis verè nominare non posset, p̄si patet egregium præclarumque uti suis, non querere externa & aliena, cogitatur tamen Latinis anteferre Græcos, maximē Demosthenem, non absolutum illum quidem, sed qui vim facultatēnque dicendi accommodarit ad eloquentiam perfectam, quoniam varius in rebus alio & alio r̄sus sit genere dicendi. Demosthenes igitur ceteris absolutior: & si forte malumus hominem quidam Platonis idem intueri, ad imitationem videtur esse proponendus. Quomodo castigat eos qui principe eloquentie relicto, inferiores quosque pro libidine imitantur: quidq; sit aliquid quod in Demosthene vel Ascibines desideret, ad idem tandem reducit imitatorem. Si igitur hec ratio disputandi, tria esse genera dicendi oratori summo necessaria, quæ non assequetur κανόνες & prauus imitator. Hic locus est comparatus in Oratores quosdam rudiores, qui fuere tempore Ciceronis, iij solum dicebant Atticos eos, qui horridè & asperè funderent orationem, si modò rebus st̄derent: Ciceronem tanquam Aſſūnum & redundantem contempserant: de quibus hic alibi, Quoniam, iāquit, non nullorum sermo iam increbuit, partim sc̄ipso Atticē dicere, partim neminem nostrū n dicere: alteros negligamus: satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad eſuſſus, aut adhibiti derideantur. Nam si arrideantur, effit id ipsum Atticorum. Ergo monedi sunt

isti, quorū sermo imperitus, simplex, & experientie vacuus increbuit, ac diuulgatus est ipsos Atticē dicere: monendi, inquam, ut Demosthenem admiretur, quo ne Athenas quidem ipsas, id est genitam Atheniensium facundiam lepidāsque venustates magis credo fuisse Atticas, hoc est, facundas, elegantes, ac suaves. Quid enim sit Atticum, discant, nempe syncerum, incorruptum & elegans: eloquentiāque metiantur Demosthenis viribus, nō imbecillitate sua, qui nec ingenio, nec doctrina valent. Non enim laudant quod optimum est, sed aut quod habent, aut quod imitari posse se credunt. Qui si studio sunt optimo, quia seellantur Atticam eloquentiam, tamen iudicio sunt infirmi, quia iudicare non possunt quae sit propria laus Atticorum. Hos esse derisos memoria mandat Tusculana secunda: Reperiebantur, inquit, nonnulli qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse considerent, quique sperandi sibi eundem & bene dicendi finem proponerent: & quum obruerentur copia sententiārum atque verborum, ieiunitatem & famem se mallo quam vberitatem & copiam dicerent, unde erat exortum genus Atticorum, iis ipsis qui id sequi se profitebātur, ignotum, qui iam conticuere, penè ab ipso foro irrisi. Sunt autem Gracorum quinque dialecti, hoc est, linguae proprietates, Attica, Dorica, Aeolica, Ionica, Communis. In illis Attica princeps est & dignitate verborum, & liberali sono, hoc à cetero distans, quod sermo rusticus ab urbano. Cicero paulò post: Atheniensium semper fuit prudens syncerūque iudicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire & elegas. Idem ibidem: Ad Atticorum igitur aures teretes & religiosas qui se accommodant, iū sunt existimandi Atticē dicere.

**C O M M E N T A R I U S.** Videmus enim) Quærit exemplum optimi oratoris qui apte genera dicendi temperet. Talis orator nullus fuit apud Latinos ante Ciceronem. Sed ego) Hoc dicitur per prolepsim. In Bruto) Brutus Ciceronis est dialogus qui Latinos omnes oratores enumerat ac supra verum laudat: maximè autem illic commendat Antonium & Crassum, & perfectos oratores eos significare videatur. Recordor longè Raro ita usurpatur recordor. Itaq; nobis) Fuerunt Ciceronis tempore quidam quise Atticorum imitatores dicent, Atticūque genus possum esse putarent in orationis subtilitate & tenuitate: ex eorū numero fuit Calvus. Quo ne Athenas) Allusit ad Atticam eloquentiam, quæ omnium est optima adeo ut abierit in prouerbium. Sed tamen eos) Horum imitatorum laudandum est studium, quia ad optimum dicendi genus nituntur: vituperandum iudicium, quia quale sit optimum ignorant. Docbit autem Cicero quale sit Atticum genus dicendi, quod pertinet etiam ad descriptionem optimi oratoris.

**VICTOR.** Non querere externa) Id est, non labi in Gracos, sed Latinorum testimonius esse contentos. Qui est expositus in Bruto) Nam in eo libro, qui Brutus inscribitur, claros tam Gracos, quād Latinos recensuit oratores: in quo quum videatur Latinos plus quād conueniat, laudasse, cur id fecerit, hic reddit rationem: ait enim, vel ut hortarer alios, vel quod amarem meos.

Hoc nec grauior extitit quisquam) Quod grādilo quo conuenit generi. Nec callidior) Quod conuenit humili. Nec temperior) Quod conuenit mediocri. Qui aut dicis desiderant Atticos) Quoniam erant qui existimarent esse genus Atticum unum tanquam, & id esse humile: in quo longè falsos esse ostendit. Magis credo fuisse Atticas) Id est, geneze dicendi climatiōes existimat, tamen si Atticum dicatur ab Attica.

**MELANCHTHON.** Itaque nobis) Secundum præceptū qui sint Attici, facit autem duas species, videlicet quosdam tenues, alios aliquando rōbriores & grandiores, qualis fuit Demosthenes, aut Plato, aut Isocrates, & reprehēdit errorem eorum qui solum ieiunos, aridos, & secos vocabant Atticos.

Semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit auditorum prudētia. Omnes enim qui probari volunt, voluntatem eorū qui au-

Monet utendū  
esse foro, & sen  
sus auditorū esse  
cognoscendos.

## M. T. C I C E R O N I S

diunt, intuentur, ad eamque, & ad eorum arbitrium & nutum totos se fingunt & accommodant. Itaque; Caria & Phrygia, & Mysia, quod minimè politè, minimèq; elegantes sunt, adscierunt aptum suis auribus opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus,

*Apud Rhodios fuit Aeschines à quo illud subtile & tenue orationis genus dicerunt.*

quod eorum vicini, non ita lato interiecto mari, Rhodij nunquam probauerunt, Græci autem multò minus, Athenienses verò funditus repudiauerunt: quorum semper fuit prudens syncerumque iudicium, nihil vt possent nisi incorruptum audire, & elegans. Eorum religioni cùm seruiret orator, nullum verbum infolens, nullum odiosum ponere audebat. Itaque hic, quem præstissime diximus cæteris, in illa pro Ctesiphōte oratione lögè optima, summissius à primo: deinde dum de legibus disputat, pressius: pòst sensim incedens, iudices vt vident ardentes, in reliquis exultauit audacius: ac tamen in hoc ipso diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Aeschines quedam, & exagit, illudensque, dura, odiosa, intolerabilia esse dicit. quinetiam querit ab ipso, cùm quidem eum beluan appellat, vtrum illa verba, an portenta sint: vt Aeschini ne Demosthenes quidem videatur Atticè dicere. Facile est enim verbum aliquod ardens (vt ita dicam) notare, idque restinctis iam animorum incendiis, irridere. Itaque se purgans iocatur Demosthenes: negat in eo positas esse fortunas Græciæ, hoc an illud verbum dixerit, huc an illuc manum porrexerit. Quonam igitur modo audiretur Mysius aut Phryx Athenis, cùm etiam Demosthenes exagitetur vt putidus? Cùm verò inclinata v'lulantique voce more Asiatico canere cœpisset, quis eum ferret? aut quis potius non juberet auferri? Ad Atticorum igitur aures teretes & religiosas qui se accommodant, iij sunt existimandi Atticè dicere.

*S T R E B A E V S.* Paucis antè verbis aggressus est Atticos istos falsò nominatos. Nam pluribus ostendit quid sit Atticè dicere: definit à contrariis Atticum dicendi genus neque est impolitum, neque inelegans, neque opimum est adipale, neque inuerculum, neque durum est odiosum, neque auditu triste, neque v'lulanti voce declamandum sed syncerum, incorruptum est elegans: que declaratio facile à dictis eius colligitur. Ea melior est ac venustior positis exemplis, & inter se comparatis. Hunc totum locum Quintilianus occupauit libro duodecimo cap. 10. de genere dicendi. Tu si voles, iure repepes, & lege vindicabis. Plurimum conferet ad intelligendum verum illud dicendi genus. Auditorum prudentia est intelligendi iudicadq; ratio & facultas in singulis: que si parua est, parua desiderat: si mediocris, mediocria: si magna, res magnas. Hæc spectat oratori.

quoniam si probari velit, voluntatem eorum qui audiunt, intueatur necesse est, ut ad eorum arbitrium, hoc est, liberum iudicium, et nutum, id est, signis expressam voluntatem, se fingat, componat, accommodet. In primis enim habenda ratio personarum, videndumque qua quisque ratione trahi vincitur posse. Id confirmat exemplo Ascanorū, in quibus Phryges, Cares, Mysses, populi in Asia minore maritimi, fuerunt minimè politi, minimèque elegantes, sed in loquendo rudes, afferri, incompositi inflati, redundantes. Quamobrem adscierunt, sensimq; induxerunt aptum suis auribus vastis et agrestibus opimum et crassam quoddam et tanquam adipale et pingue dicendi genus. Quod eorum vicini non ita late interieco mari Lycio, Rhodio nunquam probauerunt, apud quos fuisse magnos oratores historiae testantur. Hoc pingue si queras ubi sit, insitum est verbis orationis, sonaque vocis illiberali et iniucundo. Quintilianus octauo, Neque enim Asiatici, aut quocunque alio genere corrupti, res non viderunt, aut eas non collocauerunt, sed illis in eloquendo vires desuerunt. Nonius Marcellus non adipale, sed adipata legit. Adipatum, inquit, veteres honeste pro pingui et succulento et orimo posuerūt. Et hac virtutis Ciceronis autoritate, Nec desunt qui adipata verbum barbarum putent. Arbitror adipata non adipata scripsisse Ciceronem, quia quem posuisset hoc epitheton, opimum, recta loquendi ratio poscebat adipate coniungi, non orationis filium in casum patrum male detorqueri. Sic enim rectum fuerat, Adscierunt aptum suis auribus opime quoddam et tanquam adipata dictio genus. Cur autem ab adipate non dicamus adipale, ut à lege legale, à ceruice ceruicale, à trabe trabale, à dape dapale? Nam clavi trabales, et scena dapalis est dicta. Quae porro ista est religio? que vana potius superstitionis? Nesciunt hoc precepisse Cicerone, ut ex inflexione verba nona faciamus? Redeamus in viam. Quemadmodū Phryges oratione impoliti fuerunt et incompositi, sic et Athenienses incorrupti et elegantes, et in dicendo religiosi: quorum religioni, hoc est, obseruantissima cura audiendi et loquendi, quam serviret orator, nullum verbum insolens, inauditum, inusitatum, ab Attico lepore alienum, nullum odiosum et auditu molestum ponere audebat. Itaque Demosthenes in illa celeberrima pro Cresphonte oratione, quem accusabat Aeschines quid contra leges in publico Demosthenem coronasset, summisius a primo, hoc est, a principio dixit, ut insolentiam vitaret et audaciam, ut illum honestum pudorem gratiamque verecundiam praeferebat: deinde prestitus, id est, subtilius et acutius, dum de legibus disputat, que vetabant ipsum coronari in theatro populo conuocato, qui locus non est legitimè concionis, quum etiam nihil de Repub. bene meritum ciuem, qui rationes sua curationis non retulisset, coronari non licet. Haec disputatio subtile dicendi genus, et pressum, vocem et actionem docentis plenam et securam petit. Post sensim incedens per ea que administravit in Repub. iudices ut vident ardentes orationis et affectuum flamma, in reliquis in aduersariū dictis exultauit audacius: ut si quis imperator aditu facto sive victoria fretus petulantius exultet. Aeschinos autem, et si Demosthenes examinat et quasi trutinatur pondera verborum, exagitat et reprehendit quemadmodum a dira, uxori, que intolerabilis, αὐτίσταυ εσσε dicit. Demosthenē belua appellat κινάδον, ab eo querit verum illa verba γέματα, an portenta βαρύματα sint. Aeschinis verba subscripsimus ad hunc illustrandum locum, δι μέμνηθε ἀντα τὰ μικρά καὶ απίθανα γέματα, οὐ τόδι τοσούτης ὑμεῖς ὡσιδίκεοι οἰκετεῖτε τὰ καρδιῶλυοις οὐτ' εἴη παρελθων, αἱματελεγύροι τινες τῶν τοῦ Λαύρην, αὐτατημένοι τινες τὰ κλίματα τοῦ Δήμου, λαοτέμιται τὰ νοσογόνη περιμέτροι, φορμαράφεμενα ὥστε τὰ στοὺς βελόγρας διέρχονται τὰ δέ δια τὸ κινάδος γέματα, οὐ βαρύματα. Non meministis eius odio et intoleranda verba que qua patientia audire potuistis, homines ferre? quum pretercurreret inquit, Sunt qui tanquam vites amputant cunctatem. Sunt qui exciderunt quasi palmitas populi, ab eis successi sunt Reipub. nerui. Cogimur in angustias, quasi in regetem insuti. Sunt qui nos tanquam acustri: ciunt. Hac, οὐ belua sunt verba, an portenta potius? Sic verba Demosthenis aliqua in concione concitatim reprehendit Aeschines: aduersus quem Cicero

## M. T. CICERONIS

purgat Demosthenem, qui ubi iam incaluit et oratio posuerit verba ardentia, quæ restinctis iam animorum incendiis, et affectu remisso, frigidiora videbantur. Et se ipse purgat tueriturque Demosthenes, negat in eo positas esse fortunas et res Graeciae, tu illius idem ut tequaque hoc an illud verbum dixerit in elocutione, hoc an illuc manum porrexerit in gestu. verba Demosthenis sunt, ταῦτα τοὺς τὸν ἔχοντας γεγράψατε τὰ τὸν ἀπόλυτον περιγράμμα, ἐποντὶ τῷ ἑνίκα, ἀλλὰ μὴ τοντὶ διελέχθωσθε. οὐ διεγίρητε χαράζετε, ἀλλὰ μὴ διεγίρητε περιγράμμα. Preclarè sanè se habeant fortuna Graecorum, ut videre potes, hoc si verbum, non illud locutus sim: aut si manum huc non illuc protulerim. Ex his facile est intelligere locum Ciceronis esse corruptum, et hoc modo legendum, Negat in eo positas esse fortunas Graeciae, hoc an illud dixerit verbum, hoc an illuc manum porrexerit. Si Demosthenes exagitatur et vellicatur ab Aschine tanquam putidus, id est, rancidus, auditu tristis et insuavis, quoniam modo audiretur Mysius aut Phryx Athenis? Omisit Carens illos barbaros in primis, quia noluit Car nominatiuum singularem inveniendum ponere, quem usurpat nonnunquam historici. Nec in verbis putidis solum est optimum genus, sed etiam ponitur in voce inclinata, id est, neque stante, neque erecta, sed deusta ad nimiam quandam severitatem. Cicero infra, Voleat orator inclinata voce videri grauis. Idem 2. de Oratore, Oratio potest inclinantem erigere, aut stantem inclinare. Est etiam vox Asianorum in epilogis siue perorationibus, quæ luppen more vultat, et triste quoddam canticum personat, quod in agendo sedifissimum est. Non enim canendum, sed voce molliter ac decenter flexa pronunciandum: quum mouemus affectus in peroratione. Dixit hic Cicero teretes aures, sicut Horatius os rotundum, Grauius dedit ore rotundo Musa loqui. Acron interpretatur os perfectum. Aures ergo teretes, perfectæ, perpolita, delicate, quæque sonis affiorib; facillimè leaduntur. Religiose verò, quæ nihil corruptum, nihil secundum, nihil putidis admittit, contraria legunt pura omnia, sancta et incorrupta, ut fieri solet in observatione ceremoniarum:

C O M M E N T A R I U S.

Semper oratorum) Quis Atheniensium iudicium syncerum fuit et prudens, idcirco eloquentia Attica omniū fuit optimis. Nam orator se ē auditoris iudicio soleat accommodare. Itaque Caria) Tria sunt apud Graecos dicendi genera, Atticum optimum omnium, Asianum redundans, et Rhodium tamquam intermedium. Probat igitur exemplis ab auditorum iudicio proficiet eloquentia disimilitudinem. Tanquam adipale) Nonius Marcellus legit adipata in genitivo eodem planè sensu. Quod eorum vicini Rhodium est in mari Carpatico. Rhodium verò dicendi genus ortum est ab Aschine, qui Rhodi exulauit. Eo in genere aliquid fuit vitij Asiani, aliquid synceritatis Atticae, ut author est Fabius. Itaque hic) Exemplum sumit ex oratione Demosthenis in qua aptè comparata sunt dicendi genera. Nam quādam partes sunt tenses, quadam sublimes, et certè vettere orationem Cicero ut Atticos confutaret.

In illa) Oratio illa inscribitur καὶ σφάνδυς, id est, de corona. Post sensim) Docet Demosthem diligeretur causisse ne Atheniensium animos offendere. Accusatus autem fuit Ctesiphon quod scitum fecisset ut Demosthenes in theatro coronaretur. Hoc exemplo probat castigatissimum suis Atheniensium iudicium, adeo ut Demosthenes vix sit astimatus Atticè dicere. At tamen) Fortè est legendum attamen. Facile est enim) In locis communibus et amplificationibus (ut ait Fabius) maior permittitur verborum licentia. Sic cum affectum cieret Demosthenes, verba usurparer audacia. Hoc an illud) Locus hic in omnibus vetustis exemplaribus est depravatus: sed quo rūdā iudicio sic tamen repositus, cum tamen non constat an sic à Cicerone sit scriptus. Quoniam igitur modo) Conclusio est comparativa à maiori: Si non placebat Demosthenes, multo minus placeret orator Asianus. Cum verò) Solebant Asiatici oratores in epilogis vocē in canticum inflectere. Quod etiam Roma faciebant tempore Quintiliani, ut Quintilianus reprehendit libro vñ decimo. Ad Atticorum) Huius est loci conclusio. Suntque oratores Attici qui se accommodant ad emundum Atheniensium iudicium.

**VICTOR.** *Moderatrix fuit auditioris prudentia) Quoniam præstantes dicendi facultate viri semper se se auditoribus accōmodarunt: talisq; fuit eorum oratio, ut auribus audientiū congrueret. Itaque *Caria*, & *Phrygia*, & *Mysia*) Quæ *Asia* regiones tumenti, ac inflato dicendi genere vſe sunt. Et tanquam adipata dictionis genus) Adipatū veteres, inquit *Nonius Marcellus*, honestē pro pingui, & succulento, & opimo posuerunt. Dictionis) Elocutionis: non verum grammatici accipiunt dictionem pro vocabulo. Eorum religione cū seruiret orator) Religio-nem *Atheniensium* vocat prudentiam in dicendo atque audiendo: ut nec plus, nec minus, nec alter quidm conueniat, audire velint. Nullum verbum insolens) Id est, à quotidiano vſo dicendi remotum. Itaque hic quem præstítisse diximus) Id est, *Demosthenes*, quem alios oratores Græcos diximus antecedere facūdia. In illa pro *Ctesiphonte* oratione) Quæ de corona inscribitur: in qua *Ctesiphontem* defendit aduersus *Aeschinem*. Summissus à primo) Vt deos deāsque precat-ur, vt sibi ita adfint, sicut ipse semper Reipublice commodis fuit. In reliquis exultauit au-dacius) Vbi iam in sua potestate viuis est habere auditorem. Facile enim est aliquod verbum ardens) Id est, per iram expressum: sicut etiam *Quintilianus* ardenter *Lucanum* dicit: nec ad ele-gantiam attinet, splendorēmque verborum, quæ in ipso prorsus non sunt. In eum) Subaudi *Aeschinem*. Vt putidus) Id est, corruptus. Inclinata vluantique voce) Quæ *Asiani* vntuntur. Aures teretes) Id est, rotundas, atque consummatas.*

Quorum genera plura sunt: hi vnum modò quale sit, suspican-tur. Putant enim, qui horridè incultéque dicat, modò id elegan-ter, enucleatéque faciat, eum solum Atticè dicere. Errant, quòd so-lum: quòd Atticè, non falluntur. Istorum enim iudicio, si solum il-lud est Atticū, ne Pericles quidem dixit Atticè, cui primæ sine con-trouersia deferebantur. Qui si tenui genere vteretur, nunquam ab Aristophane poëta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus esset. Dicat igitur Atticè venustissimus ille scriptor ac politissi-mus *Lysias*, (quis enim id possit negare?) dum intelligamus hoc esse Atticum in Lysia, non quòd tenuis sit atque inornatus, sed quòd nihil habeat insolens, aut ineptum. Ornatè verò & grauiter & copiose dicere, aut Atticorum sit, aut ne sit *Aeschines* néve *De-mosthenes* Atticus. Ecce autem aliqui se Thucydidos esse profi-tentur, nouum quoddam imperitorum & inauditum genus. Nam qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur, non qui-dem illum amplum atque grandem, subtilem & elegantē tamen, & qui in forensibus causis possit præclarè consistere. Thucydides au-tem res gestas & bella narrat, & prælia, grauiter sanè, & probè, sed nihil ab eo transferri potest ad forensem vsum, & publicum. Ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intelligantur: quod est in oratione ciuili vitium vel maxi-

*Verfarur ad-huc in illa colla-tione Atticoru.*

*Aliud genus peruersè Atticū, breue s. horridum, & ob-scurnum.*

## M. T. CICERONIS

*Sicut Athenie-  
ses primi ofte-  
derunt nobis fru-  
ges, ita eloquen-  
tiam.*

mum. Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis  
frugibus, glande vescantur? An victus hominum Atheniensium  
beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Quis porrò vnquam  
Græcorum rhetorum à Thucydide quicquam duxit? At lauda-  
tus est ab omnibus: fateor, sed ita, vt rerum explicator prudens, se-  
uerus, grauis, non vt in iudiciis versaret cauſas, sed vt in historiis

*Aled fuit igno-  
tus.*

bella narraret. Itaque nunquam est numeratus orator. Nec verò si  
historiam non scripsisset, nomen eius extaret, cùm præsertim fuis-  
set honoratus, & nobilis. Huius tamen nemo neq; verborum ne-

*Eius virtutē nō  
imitātur, sed vi-  
tia breuiora in-  
ſto & obscura.*

que sententiarum grauitatem imitatur: sed cum mutila quædam &  
hiantia locuti sunt, que vel sine magistro facere potuerunt, germanos  
se putant esse Thucydidis. Nactus suū etiam qui Xenophonis  
similem esse se cuperet, cuius sermo est ille quidem melle dul-  
cior, sed à forensi strepitu remotissimus. Referamus nos igitur ad

*Epilogus supe-  
riorum.*

eum quem volumus, inchoandum, & eadem eloquētia informan-  
dum, quam in nullo cognouit Antonius.

*S T R E B A E V S.* Tria genera facit eorum qui falso existimant se Atticē dicere. Alij  
subtiliter, sed horridè incultèq; dicendum putant, Lysias more: alijs se Thucydidos esse profidentur,  
alijs Xenophontis imitatores videri cupiunt. Istorium omnium prava iudicia castigat. Primi sectan-  
tur illud tenue dicendi genus, quod est elegans, id est, bonis sententias & verbis informatum: quod  
est enucleatum, hoc est dilucidum, cum expositione rerum, cum verbis propriis, usitatiss, compositis,  
horridum tamen, asperū & incultum, figuris & ornamentis minimè pulchris, biante iunctura ver-  
borum, numero neque perfecto, neque concluso: quo charactere philosophorum plerique sunt vsi.  
Id genus tenue & callidum, sed impolitum & consutò rude, Cicero Atticum fatetur, quia Ly-  
sias Atticus in eo præclarè constitutus sed id Atticum solum negat, quoniam graue mediùmque  
duo reliqua dicendi genera suscipiunt Attici. Nam quum Pericles ciuīs Atheniēsis veteretur ora-  
tione graui, primæ partes illi omnium consensu defrebantur: id quod affirmat Socrates in Phæ-  
dro Platoni, ut paulò ante dictum est. Quod ostendit Aristophanes poeta comicus, qui de Pericle  
scribit, ὥστε γέλει τοῦ Βεβύρα, ξωκρύνα τε ταύρα. Fulgurabat, tonabat, permiscebatur omnia. De Pe-  
ricle Cicero in Bruto, Ante Periclem, cuius quedam feruntur, & Thucydidem, qui non nascen-  
tibus Athenis sed iam adultis fuerunt, litera nulla est, quæ quidem ornatum aliquem habeat, &  
oratoris esse videatur. Itaque potuit à scriptis coniecturam capere, sed alterius cuiusdam esse credun-  
tur. Sit igitur argumentum à repugnansibus: Si tenuis orator solus est Atticus, Pericles ille grauis  
orator non Atticus fuit. Fuit autem Pericles in primis Atticus. Ergo non tenuis orator solus est  
Atticus. Quia verò dicunt imitari se Lysiam, qui sit tenuis & inornatus, probat eos existimare  
falsum, si puerū illud esse Atticum. Etenim Demosthenes non tenuis est, sed copiosus: nō inornatus,  
sed ornatus, & tamen in primis Atticus. Hoc est igitur Atticum in Lysia, nō quodd tenuis sit &  
inornatus, sed quodd nihil habeat insolens, alienum, peregrinum, absurdum, ineptum, vitiosum, in-  
gratum, ridiculum. Hic querendum videtur, cur Lysiam scriptorem vocet, deinde quo pacto posse  
idem esse venustissimus & politissimus, idem in eodem tenuis & inornatus? Caussam prioris sic

ostendit in Bruto. Tum fuit Lysias, ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregius subtilis scriptor, atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere. Ex quibus intelligentes horum sententiam verborum, qui LySIAM sequuntur, causidicū quendam sequuntur, non illum quidem amplius, atque grandem, subtilem, et elegantem tamen, et qui in forensibus causis posse praeclarè consistere. Is quum lex Athenis esset, ne quis veteretur oratore sed suam ipse causam dicere, cuius negotiorum et līs esset: scribebat imperitus orationes, quibus ad iudice veteretur. Aliquos extant adhuc dilucidè, tenues, sermonis illius cottidiani consimiles, unde proposuimus exempla si opus fuisset: sed qui Graeca norunt, ab ipso fonte credo haurire malunt. Orationes illae subtiles et inornatae videntur, quia non ita multū recedunt à sermone vulgari. Nihilominus venustrissimæ, hoc est, decentissimæ sunt, ut pote quæ mirum in modum placeat. Sunt et politissimæ, quæ nihil omnino redundant. Hæc in oratione non magis repugnant, quam eundem virum esse gracilibus membris, vulgariter indutis, ut Iulium Cesarem, eundem decere tamen, et χαριτας habere. Alterum genus cacozelorum proponit sibi Thucydidem imitandum: quorum iudicium Cicero sic eleusat, Non um quoddam imperitorum et inauditum genus. Deinde ratione refutat, hoc modo: Nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum: quia id maximè luceret in conciis, in quibus historicus agit oratorem. At vero illæ conciones in quibus frequens est Thucydides, ita multas habent obscuras abditæ que sententias, tum ex historiis congestis, tum ex quadam antiqua affectatione gravitatis, vix ut intelligantur: quod est in oratione ciuilis et oratoria virtus vel maximus. Postea rhetores Graecos obiicit, quos à Thucydide nihil unquam duxisse contendit. Tentat et mains, istos nec imitari debere Thucydidem, nec posse, qui nesciant virtutes eius, tantum viderint horridum et incultum genus orationis. Demosthenem tamen ferut Thucydidus orationem adeò probasse, ut eam non modò legerit, sed etiam edidicerit. Quod si est, qui constare possunt dicta Ciceronii? De scriptoribus magna sunt controversiae in praesentia omittenda: hoc ponendum forte, voluisse Ciceronem accommodare se causa, et Thucydidem non ita improbase, quin aliquid eloquentie conferre posse arbitraretur sed meliores semper fuisse duces eloquentie, de Thucydide paulò aliter. Alicarnassus, ὁ δὲ τὸν ἀληθινὸν ἔχει, ὃ καὶ παλαιότερον, ἀστραπαῖονος θεοῦ θυμῷ τὸν Σφράγιον τὸν αὐγαγέων. Sic veritas habet antiquior, Semper est admirando nomine Thucydides, ut omnium scriptorum felicissimus. Hanc sententiam Quintilianus Alicarnassii Dionysii amator probat: nec improbat omnino Cicero, qui fateatur esse rerum explicatorem prudētem, severum, graveum: qui præclarè narret res gestas in administratione ciuili, bella in expeditionibus, prælia in conflitibus. Et secundo de Oratore dicit, Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facile vicit. Et in hoc opere, In Thucydide orbem modò orationis desidero, cetera comparent. Quia liber Thucydidis habetur in manus, legas qui volet, et in re praesenti iudicium ferat. Semper tamen erit quadam peruersitas, et prævia sentiendi ratio et agendi, Thucydidem imitari te malle quād Demosthenem, quum Thucydides et antiquior sit, et aliud genus ipse trahet. Scitē comparat eiusmodi homines ita, qui frugibus inuentis glade vescebantur, propterea quodque posteriores Graeci, ut Demosthenes, ad eloquentiam inuenierunt, tanto præstantiora fuerunt illa Thucydidis antiquitate, quanto glandibus antiquorum meliores sunt inuenta à Cerere fruges. Nam quemadmodum doctore Triptolemo, viuis hominum beneficio Atheniensium excoli potuit, sic et oratio potuit. Fabulan de Cerere et Triptolemo scribit Ouidius quarto Fastorum:

Iste quidem mortalis erit sed primus ambit.

Et seret, et multa præmia tolleret humo.  
Graecos rhetores accipit etiam Oratores, sic enim εὐεργεῖς Graeci vocant, quos hic imitatus est Cicero. Latini appellant eos rhetores, qui præcepta eloquentiae tradunt. De nobilitate Thucydidis notemus haec pauca: Thucydides Olori et Aegeispyles filius, genus ad Aeacum Iouis filium referre-

## M. T. CICERONIS

bat. Is opibus potens & honore clarus erat Athenis: sed nō ita multo pōst quum venisset in suspicitionem proditionis, etius est in exilium. Ita non eloquentia civili, & felicitate rerum gestarum, sed historia conscriptione nomen extendit: quæ quum clara sit fama, & antiquam redoleat phrasim, imitatores isti sibi proponunt. Mutila quedam loquuntur, neque perfecta numeris, neque conclusa, neque modulata ad explendum aurium sensum: hiantia vastè promuntant, & ea quæ sunt ex aspero vocalium concursu, literisq; rixantibus, eam male cogmentata, ut ore hianti laborantique sint preferenda. Quod autem Thucydides angustiores interim numeros, & asperas concursiones admittit, ut in eius concionibus etiam videmus, se putant esse germanos, id est, similes Thucydidis. Tertium genus imitatorum Xenophontem probat, sententiarum pondere grauem, oratione prædulcem. Cicero tranquillorem putat, quam qui versari possit in strepitu forensi. De Xenophonte Diogenes Laertius, Χεροφῶν γένους πλούτου ἀδικίας, τῆς δύμων ἀρχαιός, αὐθίμων δὲ καὶ εὐεδέσποτος εἰς τὸν βολεῖν. ἐπειγόμενος Σωκράτες ἦν, τὸν Κορινθίων Περσῶν πρῶτος ἔργον. σωματικὲ δὲ βιβλία πρὸς τὰ τετραγόνα τὰ δέκατα διατίθενται. τέλος τὸ ἀνάβασιν οὗ οἱ Βιβλίοις ἡ ἴστινη προσίμων, ὅλης δὲ τοῦ, καὶ κύριος τοῦτο εἷναι, καὶ ἐλευθερία ἀπομνημονεύματα, συμπλόκη τοῦ δικρινωμένου, καὶ πολέμων, καὶ κινητικῶν, καὶ ἐπαναγκῶν, ἀπολεγόντων τὸ Σωκράτες, καὶ πολέμων, καὶ λέγοντα τὸ γεννικόν, ἀγοραῖον λαύρην, καὶ ἀθηναῖον, καὶ λακωνικούντων τολμήαν.

Xenophon Grylli filius Atheniensis fuit, vico Archieus, homo verecundus, & supra modum formosus. is auditor Socratis fuit, primusq; philosophorum scripsit historiam. Conscriptis autem libris ad quadraginta, alii alter partientibus. Ascensum Cyri, in quo singulorum librorum, non autem totius operis preemium fecit, Cyri Padian, rerum Græcarum commentaria, conuiuum, economicum, de arte equorum, de venatione, hipparchicum, Socratis defensionem, de seminibus, Hieronem, vel Tyrannicum, Atheniensium & Lacedæmoniorum Rempublicam. Ex operibus illius existant adhuc nōnulla præclara, in quibus stylus est tenuis quidē, sed venustus, ac redolens Atticismo: genus dicendi acutum, callidum, spatiosumque. De Platonis & Xenophontis æmulatione Gellius multa capite tertio, lib. 14.

**C O M M E N T .** Hi vnum) Descripsit genus Atticum quod omnium optimum. Multos Atticos oratores partitur, ut quidam sint tenues, quidam graues: temperatos omisit, cum facilis hoc genus intelligatur. Et certè Demetrius Phalereus orator Atticus excellit in medio genere.

Istorum enim) Si Pericles grauissimus orator Atticè dixit, non soli sunt Attici qui dicant tenuiter. Ita exemplo refutat. Poeta fulgurare) In vetusto legitur fulgere. Atque ita legendum videtur, ut sit versus Iambicus ex Graeco expressus. Dicat igitur) Attici illi quos Cicero reprehendit vnicè imitabantur Lysiam Atticum oratorem sed tenuē. Hanc igitur hypophorēm sibi obiicit. Ecce autem) Alij Atticorum imitatores Thucydidem sequebantur historicum, qui magnopere culpandi sunt. Etenim in imitatione seruari debet similitudo generis, ut poeta poetam, orator oratorem imitetur. Peccat igitur orator qui imitatur duntaxas historicum. Thucydides) Thucydides historiam scripsit de bello Peloponeseaco, quod Peloponesii gesserunt contra Athenienses. Locus est à differentibus. Ipsæ illæ) Quidam in Thucydide obscuritatem notarunt ut in Sallustio. Sed aliud est sibi proponere auditorem, aliud lectorem. Qui auditorem sibi proponit, facilissime esse debet, ut orator. Que est autem) Proverbium est in eos qui melioribus inuenitis deteriora sequantur. Ductum est ab antiquis, qui ante inuentorem frugum glandibus vescebantur. An vietus) Triptolemus rex Atheniensium primus aratum inuenit, rationē inque serendi frumenti docuit. Quis porro) At proditum est memorie Thucydidis, per quam studiosum fuisse Demosthenem, adeò ut cùm decies descripserit, iam in orationibus permultis Thucydidis locos solet imitari.

Explicator) Cicero semper dicit explicauit & applicauit, quamquam recentiores malunt explicauit & applicauit usurpare. Et ob id Cicero nunc dixit explicator. Itaque nunquam) Tradunt

*Pyrrham pati capitis r̄cum à Thucydide esse defensum, cùm accusaretur à Pericle, Thucydide m̄q; causam obtinuisse: ex quo conuicere licet Thucydide n̄ oratorem, quod testantur conciones historis admixtae. Huius tamen) Præceptum est imitacionis ut præcipuas exprimamus authoris virtutes. At Thucydidis imitatores virtutē potius sequuntur. Germanos) In vetusto legitur, germanos se putant esse Thucydidas, quæ lectio maximè probanda est. Nactus sum etiam) Xenophon Socratus ad eō suauiter tebat oratione & eleganti, ut Attica musa diceretur. Est simillimus Lysias, sed eleganter & ornatior. Referamus nos) Ex digressione reuertitur ad descriptionem oratoris perfecti. Iam hic informare & inchoare bifariam accipere posis, vel ut intelligatur animi conceptio, vel instrucción oratoris. Nam & Cicero solet appellare inchoatas intelligentias.*

*VICTOR. Hi vnum modo) His ubaudi (Latini) qui existimant vnum Atticē dicendi genus. Horridē, incultēque) Sine numeris, sine figuris. Eleganter, enucleatēq; faciat) Id est, modo proprietate utatur verborum, præsēque & acutē dicat. Cui prima sine controvrsia deferebantur) Id est, qui primum sibi locum vendicarat. Puit enim per id tempus Pericles oratorū facile princeps: & omni, vt ipse alibi ait, virtutis genere floruit. Ab Aristophane) Qui veteris Comœdia scriptor fuit. Dicat igitur Atticē venustissimus ille scriptor, ac politissimus Lysias) Nam vt ipse quoque in Bruto inquit, fuit Lysias ipse quidem in causis forensibus nō versatus, sed egregiè subtilis scriptor, atq; elegans: quem iam propè audeas oratōrē perfectum dicere. Ita Quintilianus, Subtilis atq; elegans Lysias: & quo nihil, si oratori satis sit docere, quæras perfectius. nihil enim est inane, nihil accersitum, pura tamen fonti, quād magno fluminī propior. Aeschines) Qui aduersari est Demostheni, is autē, vt Quintilianus inquit, Demosthenem magis fusus, & grandiori similis, quo minus strictus est: carnis tamen plus habet, minus lacertorum. Demosthenes Atticus) Qui, vt ait Quintilianus, omnium decem oratorum, quos simul Athenis una etas tulit, longè princeps fuit, ac penē lex orandi: tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam nernis intenta sunt: tam nihil otiosum, is dicendi modus, vt nec quid desit in eo, nec quid redundet, inuenias. Ipse quoque Cicero in Bruto, Nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum desit, Demosthenem facilè dixeris: nihil acutē inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil, vt ita dicam, subdolè, nihil versūtē, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil præfē, nihil enucleatē, quo fieri posuit aliquid luctuosum: nihil contrā grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborū gravitate, vel sententiārum, quo quidquam effet elatius. Aliqui se Thucydidos esse profidentur) Id est, imitatores Thucydidis. Fuit enim Thucydides historicus densus, & breuis in dicendo, & semper instans sibi, concitatus concionibus, magnus, vique multum potens. Ad forensem vsum) Id est, ad iudiciale genus. Et publicum) Vbi quid cum populo agatur. Vt inuentis frugibus glande recessantur) Id est, quum possint meliora, deligant deteriora. Atheniensum beneficium excipi potuit. Apud quos primū fruges inuentae. A Thucydide quicquam duxit) Id est, imitatus Thucydidem quicquam ab eo sumpfit. Germanos se putant esse Thucydidis) Id est, genus dicendi habere, quod planè habuit Thucydides. Qui Xenophontis similem) Xenophon Socratus inuiditate in affectata præcellens ad eō fuit, vt nulla eam conséquiri affectatio posset, vt sermonem gratiae finissime videantur: vt meritò hic dicat Cicero, eius sermonem melle fuisse dulciorē. Referamus nos igitur) Sensus est, Sed iam perfectum oratorem incipiamus exponere, ita eloquentia instructum, vt talcm nunquam cognouerit Antonius.*

*Magnum opus omnino & arduum Brute conamur: sed nihil Nova proposi- difficile amanti puto. Amo autem & semper amavi ingenium, stu- tio.  
dia, mores tuos. Incendor porrò quotidie magis, non desiderio so-*

## M. T. C I C E R O N I S

lum, quo quidem conficer, congressus nostros, consuetudinem  
victus, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam admirabi-  
li fama virtutum incredibiliū, quæ specie dispares, prudentia con-  
iunguntur. Quid enim tam distans, quam à severitate comitas? Quis  
Sūptū ab Ari-  
stotele, qui om-  
nes virtutes cō-  
nexas in prudē-  
tia esse ait.

tamen vñquam te aut sanctior est habitus, aut dulcior? Quid tam  
difficile, quam in plurimorum controversiis diiudicandis ab om-  
nibus diligi? consequeris tamen, vt eos ipsos quos contra statuas,  
æquos placatosque dimittas. Itaque efficis, vt cum gratiæ caussa ni-  
hil facias, omnia tamen sint grata quæ facis. Ergo ex omnibus ter-  
ris vna Gallia communi non ardet incendio, in qua frueris ipse te,  
in Gallia Cisal-  
pina.

Hoc tempore Bru-  
tus erat Procos.

Iam quantum illud est, quod in maximis oc-  
cupationibus nunquam intermittit studia doctrinæ? Semper aut  
ipse scribis aliquid, aut me vocas ad scribendum? Itaque hoc sum  
aggressus statim Catone absoluto, quem ipsum nunquam attigis-  
sem, tempora timens inimica virtuti, nisi tibi hortanti, & illius me-  
moriā mihi charam excitati, non parere nefas esse duxisse. Sed  
testificor me à te rogatum & recusantem hæc scribere esse ausum.  
Volo enim mihi tecum commune esse crimen: vt si sustinere tan-  
tam quæstionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit,  
mea recepti. In quo tamen iudicij nostri errorem, laus tibi dati  
muneris compensabit.

S T R E B A E V S. Planum fecit esse multa & varia genera dicendi, laudabilia quidem  
illa, sed tamen si summam eloquentiam requiras, imperfecta omnia: quamobrem se refert ad eum  
quem vult, inchoandum, eaq; eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius. Quo-  
niā autem difficultum est in tanta varietate indicare quæ sit optima forma dicendi, tanquam  
magnitudine rei percussus egreditur, vt expositis Brutii virtutibus, eā causam faciat curonus im-  
par suscepit, & in perseverando multum laborauerit. Alterum valet ad venian promerendam, al-  
terum ad operis huius & Brutii commendationem. Arduum, difficile est ex molestem. Gellius,  
Arduum Sallustius non pro difficulti tantum sed pro quoque ponit, quod Græci δύξεις aut  
χαρεσθεντι appellant, quod est cum difficile, tum molestum quoque & incommodum & intratabili-  
le. Inter ingenium & studia differunt est. ingenium naturæ est, studia opera nostræ & diligentie.  
ex ingenio & studiis, mores. His ergo rebus ordine positis amabilem Brutum significat, cui si in-  
genium bonum natum patriæ, magnisque rebus: cui studium virtutis, philosophie, atque eloquen-  
tiae cui mores ex severitate & lenitate composti. Qualia sint hec, Plutarchus in eius vita copiose  
narrat. Animaduertendum quod Cicero dicit, incendor. Nam amori postponit aliquid maius incen-  
dium, qui precipui amoris est ardor. Deus eius incendi causa ponit, absentis amici desiderium, fa-  
mam virtutum incredibilium, & quibus amor ille antea magnus incendi potest. Brutus aberat quo  
tempore C. Caesar in Africa bellum gerebat in Scipionem & Iubam, tūmq; prouinciam Galliam

regebat, eodem tempore Cicero Pœianus accepta venia, nunc Rome, nunc in agro Tusculano scripitabat libros, confessus, ut ait, hoc est, penè consumptus & temporum calamitate, & desiderio suorum: quorum congressus, & consuetudinem vicit, & sermones requirebat, quæ tria sic habent, ut primum sit congreedi, conuenire ac salutare, secundum, versari cum amico, & sodalitate recreari: tertium, & conuiuo liberius confabulari. Nec præterea nullū illud, laudes epithetis & adiunctis ad nomine, & rebus magnis & admirabilibus exornari. hinc istuc, Incendor admirabili fama virtutum in creditiblum, quæ specie disperas prudentia coiunguntur. Scitè etiā virtutes non contrariae, sed specie disperas censem. Nulla quippe virtus alteri virtuti contraria est, sed specie disperas, ut seueritas, & comitas quæ dicitur lenitatis, disperas non contrariae sunt. Ad seueritatem referes sanctum, ad comitatem dulce, in hac oratione. Quis tamē vñquā te aut sanctior est habitus, aut dulcior? Nam sanctitas est gratias, & vita seueritas quæ nulla vi corruptitur. Hoc autem dulce, lenitas est, & (ut ait in Partitionibus) moderatio animaduertendi, quæ non nihil de iure summo remittit. Vt rāq; virtus in iure dicundo maximè cernitur, ut in Bruto præside Galliae, qui controuersias eo temperamento iudicabat, ut non modo victores, sed eos ipsos quos contra statueret, sententiāque pronunciaret, aquos, id est, & quo animo vinci ferentes, placatosque dimitteret. Euit autem illud, contra quos, ut afferum & insinuae, & ab anastrophe remedium quæsiuit. Gratiam dicit pro favore. Nomen fauoris tempore Ciceronis non multū inoleuerat, sic pro Quintio, Quæ res in ciuitate duæ plurimum possunt, & contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia & eloquentia. Est summa gratia, summus fauor. Commune incendium significat cladem bellorum ciuilium. Brutus, quem provincias ceteri præsides auarè diriperent, Gallos in quiete summa regebat, omnisque accedebat amore Caesaris. Is igitur in Gallia fnebatur ipse, id est, fructum gloriāque percipiebat illius sue moderationis. In Italie luce, id est splendore magistratus, ut in Rullum, Honoris vestri luce caruerunt. Aut certè in Gallia, quæ sit lux Italie, ad quod faciunt hæc in Antoniana terria. Nec verò de virtute, constantia, gratitate provinciæ Galliae taceris potest. Est enim ille flos Italie, illud firmamentum imperii populi Romani, illud ornamentum dignitatis. Illic Italie florem Gallicam, hic optimorum ciuium florem illuc imperii firmamentum, hic optimorum ciuium robur varie dixit. In tot occupationibus, totque negotiis administrandæ provinciæ, nec intermittebat studia doctriinae Brutus, nec interrumpebat illam curâ artium liberalium. Adò literis intentus erat, ut prius quam prælio Philippensi mortem oppeteret, aliis omnibus anxiis de prælio futuro, Polybius epromen scriberet, quæ res viri constatiam demonstrat, & literarum eximium amorem. Quem autem Catonem se dicit absoluisse? Nō est hic Cato maior, & liber de Senectute, sed laudatio Catonis Uticensis, qui ne veniret in potestatem Caesaris, ipse sibi manus attulerat, in quem Caesar Anticataones edidit, ut Ciceronem refutaret. Ea de re Cicero ad Atticum: Quale futura sit Caesaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catoni, hinc istud est, Catonem ipsum nunquam attigisse, tempora timens inimica virtuti, id est, Caesaris tyrannidem, nisi tibi non parere nefas esse duxisse; sed & si fecerat me à te rogarum, hæc, Catonem & oratorem esse ausum. Volo mibi tecum commune esse crimen, id est, accusationem: ut si sustinere tantam questionem, id est, tantam caussam tueri non potuero, iniusti oneris, iniqui, viribusque maioris, tua culpa sit, mea receptio ex hoc tibi dato munere tantum percipiā laudis, quantum virtutis detur & vituperij, si quis in onere recipiendo fuit error iudicij nostri.

**C O M M E N T A R I U S.** Magnum opus) Rursum digreditur propter rei magnitudinem, cui magnitudinem amoris opponit. Digreditur item in laudationem Bruti. Quæ specie) Prudentia omnium virtutum est moderatrix, ac virtutes omnes (ut ait Aristoteles) in prudentia coniunguntur. Sanctior) Sanctum (ut ait Macrobius) sapientiæ usurpamus pro seueritate & austritate, ut & hic. Itaque officis) Captavit venustatem dicta dilogia. Nam gratia fa-

## M. T. CICERONIS

orem significat: at gratum significat iocundum. Ergo ex omnibus) Nunc commendatur Brutus ab administratione prouincie. Is enim præpositus fuit Gallie Cisalpina, quo tempore bellum Caesar gerebat in Africa. Nam quantum) Brutus (ut ait Plutarchus) omnium literarum omnisque disciplinæ fuit studiosus, sed præsertim Academiac: nunc igitur à studiis laudatur. Itaque hoc) Cicero Brutis rogatu scripsit laudationem Catonis Uticensis, qui Bruti amiculus erat. In qua Ciceronis laudationem Caesar duos Anticatonom libros scripsit: non tam ut Catonem vituperaret, quām ut homini discretissimo respondisse videretur. In quo tamen) Sensus est huiusmodi, Quanquam vituperabor quod onus maius viribus recepero, tamē in hoc laudabor quod amici petitioni paruisse non recusauerō.

VICTOR. Magnum opus omnino) Summa arte attentum lectorum facit, benevolentiamque Brutis sibi conciliat, miris ipsum laudibus efferendo. Doctissimos sermones requirens tuos) Dedit enim Brutus operam non modo eloquentiae studiis, verum etiam philosophia. Quæ specie diffares, prudentia coniunguntur) Quoniam res bellicas tu, ego res urbanas procul: & tu seuerus in ea tua philosophia, ego comis. Fuit enim ad reprehensionem vsq; facetus, urbanusq; Cicero, ut aliquando dicax habitus sit. Sanctor) Inuolabilior, incorruptior: unde & sancta urbis menia dicimus: & sanctos legatos à saginibus herbis, quas gestabat: ut Vlpianus inquit iurisconsultus. Ut cum gratiæ causa nihil facias) Probat incorruptum esse ideo, quod gratia nullius commoueatur ad indicandum secus, quām ipsa expostulet iustitia. Vna Gallia) Quam tu administras. Communi non ardet incendio) Id est, bello non mouetur. Frueris ipse te) Tuis viri tuis oblectaris, nam id demum frui dicimus: vti verò, vt equo, vt curru, cùm vehimur in villam, qua nobis suendum sit. Studia doctrinæ) Quoniam studium est animi ad aliquid agendum pertinacia, aut perseverantia. Catone absolufo) Quem de senectute aliqui inscribunt. Inimica virtuti) Cum omnia bellis ardeant. Tantam questionem) Quæ est, quisnam optimus dici orator posset: vel quid sit, quod consummatam posset efficere eloquentiam.

Repetit propo-  
situm.

Xægantè, pla-  
ne id è est, quod  
supra ideam vo-  
cauit.

Sed in omni re difficillimum est, formam, quod xægantè Græ-  
sitatem. cè dicitur, exponere optimi: quod aliud aliis videtur optimum.  
Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit à communi mo-  
re verborum. Pacuvio, inquit alius: omnes apud hunc ornati elab-  
oratique sunt versus, multa apud alterum negligētius. Fac alium  
Accio: varia enim sunt iudicia, vt in Græcis: nec facilis explicatio  
quæ forma maximè excellat. In picturis alios horrida, inculta, ab-  
dita, & opaca: contrà alios nitida, lata, collustrata delectant. Quid  
est quo præscriptum aliquod aut formulam exprimas, cùm in suo  
quodque genere præstet, & genera plura sint? Hac ego religione  
non sum ab hoc conatu repulsus: existimauique in omnibus re-  
bus esse aliquid optimum, etiam si lateret: idque ab eo posse, qui  
eius rei natus esset, iudicari.

STREBÆVS. Hæc annecte superioribus, Magnum opus omnino ex arduum Brutus  
conatur, quia non solum in eloquentia, sed in omni re, vt in ratione vivendi, difficillimum est for-  
mas speciemque exponere optimi, quod aliud aliis videatur optimū. Ex quo subvtae sunt illæ con-

certationes philosophorum de finibus bonorum & malorum, quod aliud aliis optimum perpetuo-que expetendum videretur. Nec enim χαρακτήρ magis est ceterarū rerum spe-cies & forma quedam. Nam quemadmodum χαρακτήρ significat id quod signo, speciem querendodo; scitiam χαρακτήρ est dispositio figura, & similitudo rerum. Sapè tamen orationis forma cha-macter appellatur. Quod autem aliud aliis videatur optimum, sicut in imitatoribus Grecorum pla-num fecit, sic & in censoribus lingue Latinae picturæ que demonstrat. Ennio delectantur alijs, quia versum ducit horridum & inculsum. Pacuvium illum Tragicum praeferunt alijs, quod Ennio sit di-ligentior in ornando. Fac, id est, finge alium Accio tragiciarum scriptore delectari, cuius librum Persius ut durum & asperum dicit esse venosum. Nam in tam variis iudiciis non erit facilis expli-catio, quæ forma maximè excellat: eodem modo iudicia variant in picturis. alijs probant horrida, id est, inulta, quia magis referunt antiquitatem, alijs contraria nitida, culta, & ornata, quoniam talia magnificientiora creduntur. In illis est quedam reverenda maiestas, in his pulchritudo & splendor illustris. Alijs optima putant abdita & opaca, quæ sunt frequentibus umbbris depresso, minif-que lucentia; quod genus pleraque videmus admodum iucunda. Illud enim opacum & obscurum, si modo scènæ pictum & adumbratum est, minus sibi tedium parit. Alij contraria summa iudicant læ-ta atque collustrata. Leta, porrecta, expressa, non reiecta, multisque velut tristibus umbbris opaca. Collustrata, quodammodo radiata, ut quæ lineamentis eminentioribus & colore viro spectatorū feriunt sensum. Idem tertio de Oratore: Quanto colorū pulchritudine & varietate floridiora sunt in picturis nouis pleraque, quād in veteribus? quæ tamen etiam si primo aspectu nos ceperūt, diu-nius non delectant, quin iudem nos in antiquis tabulis illo ipso horrido obsoleto que teneamur. Sic va-ria sunt iudicia quidnam sit optimū in eloquētia, ut in poëtis & pictoribus. Dicer igitur quissimam, quid est in tanta varietate quo præscriptum aliquod aut formulam exprimā? id est, cur certam le-gem, certumque præceptum definiat, tāquam Ludimagister, qui literarum formulæ quasdam pue-ro præscribit ad imitandum, quum in suo quodque generi præstet & excellat, ut graue genus, ut tenue, ut medium, ut poëma non discedens à communī more verborum, ut ornatum poëma, ut incul-ta pictura, ut nitida & ornata? Respondet ea se religione & veluti sancto metu nō teneri, quia sit in omnibus rebus aliquid optimum, quod etiam si latet, tamen citra crimen ab eo posuit, qui eius rei natus est, iudicari. Præscriptum accipere posu, eam præscriptionem quo prætor aut index certo mo-do certaque verborum comprehensione aliquid ante ordinat. Formulam quoque dicere licet, quali actiones & exceptiones comprehendebantur. Religio cultus est deorum, aliquando metus & soli-citudo. Terentius in Andria, Dignus es cum tua religione hac, odio.

**C O M M E N T.** Sed in omni Iam tandem ex digressione ad informationem optimi orato-ris reuertitur, qui describetur ab elocutione, cùm ea sit principia rhetorices pars. Fac alium) Fa-bius libro decimo primæ in tragœdia partes Pacuvio & Accio tribuit, sed Pacuvius videtur eru-ditor, Accius sublimior. Quid est? Hoc intelligendum est per hypophorū. Si enim sint plura genera quæ præstare videantur, male Cicero certam præscribit dicendi formam. Metaphora ducta est ab exemplaribus, quæ à magistris proponuntur ad imitandum.

**V I C T O R.** Formam qui χαρακτήρ Relatiuum consequenti coniunxit: ut si dicas, Ci-ues boni, quæ sunt viscera ciuitatis: tale illud. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

Ennio delector, ait quissimam) Ita Horatius,

Denique non omnes eadem mirantur, amantque:

Carmine tu gaude s: hic delectatur Lambis:

Ille Bionis sermonibus: & sale nigro.

Apud alterum) Subaudi Ennum. Fac alium Accio) Id est, dic aliū Accio delectari Tra-  
gico poëta. Abdita) Quæ à conspectu recedere videatur, & obtutu. Collustrata) Undique.

# M. T. CICERONIS

lumine expessa: à con & lustro: nam collusirata, quæ ex lacte fit concreto, à colluendo nascitur.

Prescriptum aliquod) Prescripta dicebantur, quæ magistri imitanda discipulis dabant: inde prescribere, præcipere, mandare que significat. Hac ego religione) Religionem Seruus Sulpitius esse dictam tradit, quæ propter sanctitatem aliquam remota, ac seposita à nobis sit: quasi à relinquentia dicta: ut à carendo ceremony. Cicero in libro de Natura deorum, religionem à relegendo, tanquam ex legendo legentes, & diligēto diligentes, his enim omnibus verbis inest vis legendi eadem, quæ in religioso. Laetantius autem libro quarto Diuinarum institutionum à religando putat: cuius contrarium vitiumque est superstis. Religionem igitur, obseruantiam quandam partem accipere. Qui eius rei gnarus esst) Id est, qui nosset.

Sed quoniam plura sunt orationum genera, eaque diuersa, neque in unam formam cadunt omnia, laudationum, scriptionum, & historiarum, & talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum, multiique alij qui sunt nominati Sophistæ, reliquarumque rerum formam quæ absunt à forensi contentione, eiisque totius generis quod Græcè ἐμδειπνωп nominatur, quod quasi ad inspicendum delectationis caussa comparatum est, non complectar ad pompaм & ostentationē cōparatum est.

Id est demōstra-  
tiū, quod quasi  
ad pompaм &  
ostentationē cō-  
paratum est.  
hoc tempore: non quo negligenda sit: est enim illa quasi nutrix eius oratoris quem informare volumus, & de quo molimur aliquid exquisitius dicere. Ab hac & verborum copia alitur, & eorum constructio & numerus liberiore quadam fruictur licentia.

Datur etiam venia concinnitati sententiarum, & arguti certique & circumscripsi verborum ambitus conceduntur: de industriāque,

Id est, ut sint iu-  
stitia periodorum.  
Vt sint δημοτι-  
κα. & rarius multò facimus, & certè occultius. In Panathenaico au-  
orationē scripsit tem Isocrates ea studiose consecutatum fatetur. Non enim ad iudi-  
ciorum certamen, sed ad voluptatem aurium scripserat.

94. est autē en-

comium Athe-  
narii & rerum  
gestarum.

S T R E B A E V S. Et si tria sunt omnino genera dicendi, de quibus antea dictum est: species tamen multæ. Aliæ quidem sunt velut oratoris incunabula, quæ in presentia tractat, aliæ ad acie dimicationē m̄q; paratores, quæ præcipue sunt in oratore perfecto. Verba sunt eius infrā: Sed quod educata huius instrumentis eloquentia, ipsa se poset à colorat & roborat, non alienū fuit de oratore quæ incunabulis dicere, verūm hac ludorū atque pompe, nos autem iam in acie dimicationē- que veniamus. Ex his intelliges quem seruaret ordinem collocaēti. Plura sunt orationum genera; inquit, ea diuersa, neque in unam formam cadunt omnia. Vnum genus laudationum est, quibus ma- xime quidem clari viri, sed aliæ res quoque laudantur, ut dy, vrbes, agri. Hoc genus dicitur à Græcis ιγνωματική, quo usus est Isocrates in Helenæ encomio. Alterum genus est scriptionum. Scri-

ptiones autem dicere videtur, omne genus scripti, ut secundo de Oratore. Illud autem est institutæ scriptiorum, ac temporis. & Tusculana quinta, Impulsi sumus ad Philosophæ scriptiones, quem si sequamur intellectum, scriptiones erunt ingeniorum quædam exercitationes, aut fabulosa, ut de rebus Herculis: aut fictitia, ut Icaromenipo: aut vera, ut de pace, de bello. Huc  $\chi$ ράσις & eiusmodi exercitationes referre licet. Possimus etiam deriuare à τῷ γράφῳ. Nam γράφῳ scriptio ad verbum interpretatur. Est autem γράφῳ, ut Suidas ostendit, accusatio legum atque decretorum, quæ sanciri nō oportuit, itēque omnium offenditionum publicarum delatio. Χωρὶς τοῦ γράφου καὶ τοῦ μων, καὶ τηλορατοῦ, καὶ τῆς δημοσίου ἀδικημάτων, τοῦ λόγου δὲ τὴν χρήσιν τοῖς φίλοις. Hac scriptio ut in iudicio est frequens, ita & ad meditationem proponi potest. Nam Isocrates multa scriptis in mores cinitatis, ut in Areopagico. Tertia est historiæ forma, quæ & eloquentia nutrita est. Cicero secundo de Oratore, Quæ als oratoris, & quanti hominis in dicendo, putas esse historiam scribere? Videlicet quantum munus sit oratoris, historia? Haud scis an summine oratione & varietate maximum. Alit eloquentiam, quia narrat, quia conciones aptat, quia oratori suppeditat exempla. Quartum genus est suasionum, non omnium (nam ad eloquentiam summam pertinet illa seria de magnis rebus & consilis oratio) sed talium suasionum, quales scripsit Isocrates in ocio. Panegyricus eius extat de rebus & utilitatibus Atheniensium, qui in conuentu commode haberi potest, & quo videtur hoc duxisse nomen. Est enim Panegyris, conuentus, celebritas & laus, quo nomine Plinius orationem de laudibus Traiani nominavit. Isocrates autem Sophista dictus est, sicut & ceteri professores tum philosophia tum disciplina rhetorica, ut Protagoras, ut Gorgias, ut ali⁹ prop̄ insinuit, qui mercede eapti profitebant artes liberales. Plato in Sophista tradit hoc nomine vocandos adolescentium nobilium diutinūque mercenarios venatores, quiske disciplinas emunt, quae alii postea renuant, quicq; verbo maiora pollicentur quād re ipsa præstare possint. Plutarchus in bonam partem Sophistas interim nominari dicit. Lege Sophistam & Gorgiam Platonis. Certe omnes ī Sophista sunt, qui sapientes videntur, & non sunt, ut Mathematici apud Aristophanem, ut multi philosophi apud Platone, multi rhetores apud eundem. Quintum genus ī deinceps non minatur, id est, demonstrativum, quod quasi ad inspicendum, & tanquam aliquod spectaculum delectationu causa comparatum est. Quid quid differat à laudatione, Quintilianus ostendit hū verbis. Sed mihi ī deinceps non ita demonstrationis vim habere, quād ostentationis videtur, & multū ab illo encomiastico differre. Nam ut continet laudatum in se genus, ita non intru hoc solūm consistit. An quisquam negauerit Panegyricos ī deinceps esse? at qui formam suadendi habet, & plerūq; de utilitatibus Gracia loquuntur. Hec ille. Unde scias ī deinceps genus latius patere, quād quod laudatum vocatur. Sunt & aliae forme non absimiles, quibus excentur ingenia, quales libello collegit Aphthonius: que quia rebus & verbis alunt Oratoris eius quem informat vim, hoc est cuius idēa specieque proponit, & de quo molitur, id est, ut in re difficulti conatur aliquid exquisitius, maius & excellentius dicere: quid differant à veritate causarum, quatuor amplectitur rebus. In illis generibus liberior est copia verborū & exuberātor, deinde numerus omnis & illa perfectio iucundior. Conceduntur arguti certique & circumscripsi verborum ambitus, quæ sunt periodi conclusæ atque perfectæ. Datur etiam venia concinnitati sententiarum. Ea est quæ sita pulchritudo rerum, quæ magnam audientibus afferunt voluptatem. Tum de industria ex compagno palam & aperte figurū ornatur & elaboratur oratio, ut verbis quasi demensa & paria respondeant: quod si multa membra eodem ferè syllabarum numero consonent. Sic enim demetimur posteriora prioribus, ut paria & magnitudine & qualia respondeant. Addit repugnantia & contraria comparata, similiter desinentia. Has omnes orationis delicias in veris causis usurpat Orator, & rarius, & occultius. De copia verborum, de numero suauis, de periodo conclusa, de paribus mībris, de similiiter desinentibus, de concinnitate sententiarum, sit hoc breve Ciceronis exemplum de

## M. T. CICERONIS

laudibus Pompeij. Ita tantum bellum, tam diurnum, tam longè latèque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur. Cn. Pompeius extrema hyeme apparauit, incunte vere suscepit, media estate conseruit. Haec res quæ ceteros remorari solent, non retardarunt. Non auaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam recuocavit, non libido ad voluptatem, non amicitia ad delectationem, non nobilitas verbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. De cœtrariis et repugnantibus sit hoc eiusdem: Antonij promissa cruenta, tetrica, sclerata, diu hominibusq; iniuria, nec diurna, neque salutaria: Nostra contrâ honesta, integra, gloria, plena latitudo, plena pietatis. Similia multa colligit: facile separabis hanc suauitatem ab illa contentiose afferitate causarum. Isocrates hec ornamenta studiose se consecutatum fatetur, quoniam ad aurum voluntatem multa conscriperat. verba sunt illius in Panathenico, nōc enīrūt ē περιγραφανύμενος τὸς πολέμου φρόντων τῷ πόλεων καὶ τοῖς ἀλλοῖς ἔλαστη συμβολῶντας, καὶ πολλῶν μὲν εὐημέρων γέμοντας, ἐκ διάγονον δ' αὐτοθεων, καὶ ταριχώσαν, καὶ τὴν ἄλλων ιδεῶν τὴν εἰ ταῦς ἐπιθέσιας διαλαμπεσσόν, καὶ τὸς ἀκέροντας ἐπιστημένας, καὶ βορεὺβαν αὔγυναζον. τωδὲ ὁ πατοῦν τὸς ποιήσεων. ἡγούμενος τὸ χρέοντας, ἐπει τοῖς ἑπτανταῖς τοῖς ἀντικίνεται καὶ πλανεῖν ὠνέγων τυγχάνει γεγράψεις, δολῶς τοῖς καὶ πολλὰς ἐχεισιν. Hoc est, in illis orationibus elaborati, quæ consilia darent veilia nostræ ciuitati, ceterisque Græcia, quæque refertæ essent et enthymematis, et oppositi, et paribus, aliisque ornamenti et luminibus in oratione lucentibus, quæ quidem et auditores comprimere, et eosdem concitatæ possent. Nunc eiusmodi delicias relinquo, quia sic arbitror, illud neque annos meos iam quatuor et nonaginta, neque canos cuiusquam decere. Hinc illud est Ciceronis de senectute: Est enim quiete, puræ et eleganter acte et atque placida ac lenis senectus, quem accepimus Isocratis, qui eum librum qui Panathenicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scriptissime dicitur, vixitque quinquennium postea. Panathenæa erant Athenis ludi et certamina in quibus pueri certabant, et victores olea coronabatur. Minoræ siebant in singulos annos, maiora quinto quoque anno. Ab illis nomen habet Isocratis oratio, in qua differit nōc τὸν τὴν πόλεων περιγραφῶν ἀρχεῖν, hoc est, de rebus gestis Atheniensium, et de virtute maiorum, aliquid etiam de se premittit.

**C O M M E N T A R I U S.** Sed quoniam) Quæquam omnis ornata oratio pertinet ad oratorem, tamen in oratoris descriptione orationem ciuilem potissimum adhibebit, quod in ea vis oratoris eniteat. Scriptorum) Appellat Cicero scriptiones generali nomine eas materias quae authores solent suis libris conscribere. Suasionum) Suasio publica duplex est, quadam ciuilis, quam in praesentia non reiicit Cicero: quedam epidictica, quam reiicit, qualis est Isocratis panegyricus, cum suadet Græcis ut Barbaris inferant bellum, in gratiamque redeant. Erant autem Panegyrici, orationes quæ habebantur in celebritatibus Græciae. Etiusque totius) Quidam (ut ait Fa- bius) genus epidicticum existimarent esse demonstrationum, cum tamen latius pateat, complectaturque quædam suasiones. Est igitur genus epidicticum, genus ad osticationem comparatum, cum proprium erat sophistarum. Est enim) Aristoteles genus demonstrativum ait omnium optimum esse ad exercitationem, atque eum qui sit orator futurus se maxime hoc genere exercere debere.

Et de quo) In genere demonstrativo omnia verborum, sententiarum, compositionis ornamenta liberius usurpantur. At in genere iudiciali arbitrarius aut certè occultius. Datur etiam venia) In genere iudiciali ars est occultanda, quæ in epidictico de industria ostentatur: proinde hoc in genere elegantissime periodi ornantur. Ut verba) Quædam sunt figura quæ apertiores habent concinnitatem, quæ ideo in genere iudicali solent esse rarores, in genere epidictico frequentiores. Has postea scribet figuræ suspicie natura orationem efficere numerosam. In Panathenico) Panathenæa festa erat Minerua et aqua; maiora et minora: maiora quinto quoque anno celebrabantur, ac tū ludi edebantur, et à sophistis orationes habebantur. Inde Panathenicus Isocratis appellatur.

**VICTOR.** Laudationum) Ut Panegyrici sunt, & huiusmodi aliud ubi quicquam laudatur. Scriptionum) Vbi quid componas doctrinæ causa, qualem Isocrates fecit Panegyricum: quæ oratio tota in laudatione consumatur. Qui sunt nominati Sophistæ Quos Latini rhetores vocant, cum Græci suo verbo id significant rhetorem, quem nos oratorem appellamus, dicitur ergo sophista, qui discipulos in dicendi facultate instruit. A forensi concione) Id est, à judiciali genere. Græci ἵππον τιμὴν) Id autem Latinè demonstratum nominamus: sicut encomisticum laudatum: nam è tāda si demonstratio nominatur, quam tamen aliter mathematici accipiunt.

Quem informare volumus) Munire, & eius quasi formam referre, cum nusquam compertus sit. Molimur) Tentamus. Construimus, & numeris) de quibus mox abundè dicetur. Et arguti) Acutè instituti. Circumscripsi) Collecti, minimèque fluentes ambitus: qui à Græcis periodi nominantur. De industria) Vnum verbum est, ac adverbium, quod dedita opera, consulto que significat. Non ex insidiis) Vt in judiciali genere, quo iudicium mens in nostram verti possit sententiam. Verba verbis quasi densa, & paria paribus respondeant) Nam ideo etiam à Græcis parisa nominantur, quod cæsim aut membratim loquētes, ut abundè paulopost dicetur, paribus syllabis colligamus, & periodos terminemus. Conferant pugnantia) Quæ in Topicis res pugnantia, vel quæ antitheta vocare grammatici solent. Pariter extrema terminenur) Quæ tum quiglobularia, tum homœoteleuta dici solent: id est, similibus casibus, aut simili sono terminata. Quæ in veritate caussarum, & rarius multo facimus) Ne dicendi lenociniū appareat.

In Panathenico Isocrates) Oratione que ita inscribitur de laudibus Minerue, quæ Athene præsidebat. Studio confectatum fateur) Inquiens: ἐτερόντων πάλιν τὸς θεῶν, &c. Non enim ad iudiciorum certamen, sed voluntatem aurium scriperat, quod certè ipse quoque confitetur dicens: καὶ τετέρων τῷ περὶ ὑδοτὸν καὶ χρήσιν λεγούσιν.

**MELANCHTH.** Sed quoniam plura sunt) Tria sunt genera caussarum, perstringit obiter communia & vulgaria precepta.

Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primùm, & Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium, multosq; alios, quos Λυστραῖς appellat in Phædro Socrates: quorum satis arguta multa: sed ut modò primùmque nascentia, minuta, & versiculorum similia quædam, nimiūque depicta, quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles: quorum ætas cum in eorum tempora quos nominaui, incidisset, longissimè tamen ipsi à talibus deliciis, vel potius ineptiis absfuerunt. Alter enim sine vllis salebris quasi sedatus amnis fluit: alter incitatiō fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum: primisque ab his (vtait Theophrastus) historia commota est, ut auderet vberius quam superiores & ornatius dicere. Horum ætati succelsit Isocrates, qui præter ceteros eiusdem generis laudatur semper à nobis, nonnunquam, Brute, leuiter & eruditè repugnante te. Sed credas mihi fortasse, si, quid in eo laudem, cognoueris. Nam cum concensus ei Thrasymachus minutis numeris videretur, & Gorgias, qui

Εγμηνα, exorta est, caput tractari.  
Ideo laudo, quia Isocrates primūm admiravit artē ad explanandas biulas, & pendentes sententias.

## M. T. C I C E R O N I S

tamen primi traduntur arte quadam verba iunxisse: Thucydides autem præfractior, nec satis (vt ita dicam) rotundus: primus instituit dilatare verbis, & mollioribus numeris explere sententias. In quo cùm doceret eos qui partim in dicendo, partim in scribendo principes extiterunt: domus eius officina habita eloquentiæ est. Itaque vt ego cùm à nostro Catone laudabar, vel reprehendi me à cæteris facile patiebar, sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Est enim, vt scis, quasi in extrema pagina Phædri his ipsis verbis loquens Socrates, Adolescentis etiam nunc ô Phædre, Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem inquit ille. Maiore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiae comparetur: præterea ad virtutem maior indoles: ut minimè mirum futurum sit, si cum ætate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum quantum pueris, reliquis præstet omnibus qui vñquam orationes attigerunt: aut si contentus his non fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Inest enim natura philosophia in huius viri mente quedam. Hæc de adolescenti Isocrate Socrates augatur. At ea de seniore scribit Plato, & scribit æqualis: & quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur vnum. Me autem, qui Isocratē non diligunt, vñà cū Socrate & Platone errare patientur.

*S T R E B A E V S.* Quoniam delicias attigit orationis, quasi prima summi oratoriis alimenta, altius repetit inventores earum rerum, docetque quos imitari maximè debeamus. Thrasyphorus Sophista Chalcedonius ex Bithynia primus ostendisse periodon & membrum, modumq; rhetorices induxit vñquam fertur. Scriptis & orationes, & libros de arte rhetorica. Quod autem scriptum reperimus Isocratis eum discipulum fuisse, constare non potest, si vera sunt quæ Cicero scribit: Horum, inquit, ætati succedit Isocrates. Scribendum igitur Socratis & Platonis auditori fuisse. Gorgias Leontinus ex Sicilia temporibus Socratis fuit (quod ex Gorgia Platonis intelligere facile est) discipulus Empedoclis, præceptor Isocratis, artis insignis ostentator. Frequenter usus est tropis, metaphoræ, allegoria, hypallage, catachresi, hyperbole, anadiplosi, epanalepsis, apostrophe, paribus relativis. hæc fert Suidas. De Gorgia Cicero de Senectute, Isocratis magister Leontinus Gorgias centū & septem complevit annos, neque vñquam in suo studio atque opere cessavit. Theodorus Byzan- tius ex Thracia, scripsit contra Thrasybulum & Andocidem, & alia quædam. Hunc Plato in Phædro λογδαδαλον, id est, orationis egregium artificem appellat. περοιμων μὲν οἱ μων πρότοις δούτοπον δὲ δὴ διηγοντί τοια, μερτυπίας τὲ εἰπεῖσθαι τοικῆσια: τέτραρχον, εἴρητα. καὶ τις αὐτον οἱ μων χρηστιστών, τούτη βίλτισον λογδαδαλον βυζαντίον εἴρηται. τον χρηστὸν λέγεται θεόδωρος στοιχεῖον: καὶ εἰλιγχόντες καὶ ἐπεξίλεγχον. ὡς ποιητον εἰ κατηγορία τε καὶ ἀπλογία. Meministi, credo, proemium consilui primo loco, narrationem & in ea ipsa testimonia; secundo, argumenta evidenteria: 3. 4. verisimilia: sed & probationem, & probationis confirmationem

addidisse virum Byxantium optimum artificem existimo. Theodorum illum frugis significas? Equidem certe ostendit idem ut in accusatione & in defensione instituenda esset reprehensio, & altera reprehensio. De Theodoro Cicero in Bruto, Itaque ait Aristoteles, quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes eum alii scribere coepisse, artem remouisse. Istorū satis arguta multa, id est acuta, sonantia, modulata. Nā sēp̄ sententias & numeros perquā suaues natura fundit. Sed ut modò primūque nascentia, hoc est quod tum suam haberent instantiam, minuta texebantur, & versiculorum similia quādam nimiumq; depicta. Hæc in numeris tria sunt viciorum genera. Nam minutus ille numerus & brevis, quia crebrè fert aurem, sensumq; qualitatem, insuauior est multo, quam qui longiore tractu veluti per declititia cum plena modulatione delabitur. Quamobrem periodus longioribus visuūt exornatores, qui se compararunt ad auditorum voluptatem. Contrà, minutioribus omnes qui instant, acres, afferi, vehementes, incitati. Numerus autē qui varietate maxime commendatur, utrum trahit ex similitudine: ut si quis multas continuet sententias ad modum mensurāmq; versus hexametri, vel iambici, vel hendecasyllabi. Nec laudabilis ille Rhythmus figuris ornamentiisque nimium depictus. Is est qui ex nimium multis paribus relatis, & contrariis, & repugnantibus, & antitheticis conficitur. In his est numerus penè naturalis, qui maxime probatur, si modum non excedit. In hac investigatione figurarum & concinnitatum, quæ numerum faciunt, temperatores fuerunt Herodotus & Thucydides, historici scriptis & fama notissimi, non qui dclitias orationis & ornamenta repudiarent, quorū studiosos fuisse Quintilianus affirmat: Neque, inquit, mihi quamlibet magnus author Cicero persuadebit, Herodotum, Thucydidem, Lysiam parum studiosos numeri fuisse, sed qui fugerent ineptias, & cultus immoderationes. De numero sentio cū Cicerone accerrimi iudicij viro, & id exemplis postea demōstrabo. Nec Quintilianus suo, sed Alcianasse Dionysij iudicio nititur. Ceterū laudādi sunt authores illi, qui neque quasi versiculos texuerunt, neque ambitione paria, contraria, antitheta, similiter desinentia, similiter cadentia quæferunt. Sunt iste in ep̄cia affectatorum. Quæ autem appellerent ineptias, ostendit his verbis secundo de Oratore. Qui aut tempus quid postulet, non vider, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere, aut inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur. In eodem libro de Herodoto & Thucydide Antonius: Apud Graecos autem eloquentissimi homines remoti à causis forensibus, cū ad ceteras res illustres, tum ad scribendam historiam maximè se applicauerunt. Nanque & Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornauit, in causa nihil omnino versatū esse accepimus: atqui tanta est eloquentia, ut me quidem, quantum ego Græcū scripta intelligere possum, magnope redeleceret. Et post illum Thucydides omnes dicendi artificio, mea sententia, facile vicit: qui ita creber est rerum frequentia, ut verborum propè numerum sententiarum numero consequatur. Ita porro verbis aptus & pressus, ut nescias utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur, atqui ne hunc quidem, quanquam est in Republica versatus, ex numero accepimus eorum qui causas dileitarunt: & hos libros tum scripsisse dicitur, quum d Repub. remotus, atque, id quod optimo cuique Athenis accidere solutum est, in exilium pulsus esset. hæc ille. unde constat omnibus in rebus à Cicerone Thucydudem probari, præterquam in numeris, quos ille non complevit. Herodotus sine ullis salebris, id est, afferiatibus & inæqualitate dicendi, quasi sedatus animis fluit, id est, oratione vtiatur æquali, dulci suauiter profluens: quod genus est oratio Cesaris in Commentariis. Thucydides incitatione fertur, hoc est orationi dat affectum impetumque maiorem, ut Linius apud Latinos: & de bellicis rebus canit etiam quoddammodo bellicum, & sonanti dictione tubæ sonum propè imitatur & clangorem. Quintilianus. Dēsus & breuis, & semper instans sibi Thucydides: dulcis & effusus Herodotus, ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille vi, hic voluptate. Ab his historia commota est, hoc est, ad ubiorem copiam, & ampliores ornatus

M. T. CICERONIS

**C O M M E N T A R I V S.** *Hec tractasse Sophiste antiqui illarum figurarum primi fuerunt inuenatores & usurpatores. Idem primi numeros orationi inuenierunt, & si eos postea emendauit Isocrates. Theodorum) Socrates in Phaedro vocat Theodorum logodelatum, quasi eum dicat artificem & variegatorem sermonis. Idcirco autem ita vocauit, quia sophistae magna cura consecebantur lepores ad orationem expoliendam. Alter enim) Obiter describit characterem viriusque historici. Est autem Herodotus temperatus & fusus: Thucydides grauis & concisus. Herodoto comparatur Liuius, Sallustius Thucydidi. Et de bellicis) Ideo tam concitatè res bellicas describit, ut more tubicinis videatur prælum committere. Horum etati) Isocrates primus usurpauit numeros, cum decressent Thucydidi & Herodoto, essent autem nimis in orationibus sophistarum*

*Nonnunquam Brute) Nam quidam eloquentiam Isucratim improbat, ut nimis depitam minimeque ciuilem, Laudatur tamen ab Alicarnasseo. Thucydides) Non astupilit Fabius Ciceroni. Significare enim Cicero videtur Thucydidem numeris carere ac durum esse, & tamen ei tribuit numeros Fabius. Quasi in extrema) Phaedrus, dialogus est Platonis in quo de pulchro*

disputatur, atque interim de virtutibus orationis & rhetoribus. Nomen autem habet hic dialogus à Phædro Platoni discipulo. Præterea) Eximiè laudatur Isocrates, cùm Socrates auguratur futurum, ut & in oratoria facultate & in philosophia (si velit) reliquos superet.

**VICTOR.** Quos logos dædalos) Id est, varietate sermonis distinctos. à logos, quæ oratio dicitur: & dædalo, quod est vario. Vel potius ineptis) ineptum sequidem est in his nimis inhærente. Alter enim sine ullis salebris) Herodotum dicit amoenissimum. Sine ullis salebris) Id est, sine scabro, durōque vlo dicendi genere. Alter incitatior fertur) Subaudi Thucydides. Canit quodammodo bellicum) Quia celsa ac sublimi quadam verborum virutur compositione. Successit Isocrates) Ex decens, qui uno tempore fuerunt Athenis oratoribus unus: quanquam rhetor prius, quam orator dicendus videatur. Laudatur) Quia omnes dicendi veneres consecutus est. Thucydides autem præfector) Quod nimis breuitas facere compulit. Nec saty (ut ita dicam) rotundus) Quia vt rotunda figura capacissima omnium est, ita absoluta vndique, cui nihil deest nihilque superfluit, rotunda nuncupatur.

Primus instituit dilatare verbū) De Isocrate loquitur. Et mollioribus numeris) Quia sunt & asperiores, sicut & voces. Domus eius officina habita eloquentie est) Itaque & in Bruto inquit) Exitit igitur iam senibus illis, quos paulò ante diximus, Isocrates (cuius domus cuncte Graeciae, quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi) magnus orator, & perfectius magister; quanquam forensi luce carnit, intraq; parietes aluit eam gloriam, quam nemo in eo quidem iudicio est postea confectus. Is & ipse scripsit multa præclaræ, & docuit alias: & cùm cetera melius, quād superiores, tum primus intellexit etiam in soluta oratione, dum versum effugeret, modum tam & numerum quandam oportere seruari, ante hunc enim verborum quasi structura, & quandam ad numerū conclusio nulla erat: aut si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quæfitam. Quintil. porr̄, Isocrates, inquit, in diuerso genere dicendi nitidus, & comprens, & palestræ, quād pugna magis accommodatus, omnes dicendi veneres sectatus est: nec immerito, auditoriis enim se, non iudiciis comparat inuentione facilis, honesti studiosus: in compositione adēd diligens, ut cura eius reprehendatur. In extrema pagina Phætri) Qui dialogus de Pulchro inscribitur. Phædrū à suo appellavit discipulo. Socrates auguratur) Id est, prædiuinat, ac conieclatur.

Dulce igitur orationis genus, & solutum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere, quod diximus proprium sophistarum, pompx quād pugnæ aptius, gymnasii & palestræ dicatum, spretum & pulsum foro. Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia, ipsa se postea colorat, & roborat: non alienum fuit de oratoris quād incunabulis dicere. Verūm hēc ludorum, atque pompx: nos autem iam in aciem dimicationēmque veniamus.

**S T R E B A E V S.** Qui primi vestierint orationem, quib[us]que rebus vestierint exposuit. Redite ad illud quietum genus, ut cum pugna forensi comparet. In illo epidictico genere, quod & laudationes & panegyricos & expositiones quād contineat, dulce est orationis genus, & auribus & sensu tam iucundum, quād grata sunt dulcia palato. Solutum, vinculum numero quidem, sed quietum, securum, remissum, nec ad pugnam fori collectum. Effluens, non præfactum & interfessens, sed libere sine ullis salebris excurrens. Sententius argutum, cuius pulchra & crebra sententia audientem voluptate demulcent. Verbis sonans, quorum bona pars multas habet syllabus, &

## M. T. CICERONIS

tas vocales, quæ sunt in his verbis, παιδισκός, παιδίσκα: et in his, laudare, obtemperare. Pompæ, id est, ostentationi ludorum, quam pugna forensi aptius, ut quod habet pulchritudinem cum securitate. Gymnasiis et palæstræ dicatum, destinatum certamimbus ludicris et scholasticis exercitationibus: et id distans à veritate caussarum, quod ludi gymnici ab hostium conflitu et prælio. Sed quod huius nutrientis educata eloquentia, se postea colorat et roborat, more pueritiae firmioris à latere depulsa: non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis et primis alimentis dicere. Sed haec ludorum atque pompæ sint, et ludicrae exercitationis. Nos in aciem dimicationemque veniamus, id est, eloquentiam foresem instruamus.

**C O M M E N T.** Dulce igitur) Obiter describit characterem generis epidictici, quod ad voluptatem comparatum est. Genus quod vocat in Partitionibus suave, solutum, non sine numeris, sed fusum atque copiosum, atque in quo numerus et ornamenta libiore fruuntur licentia. Sed quod Sophistæ qui professores sunt Rhetorices, adolescentes sibi commissos hoc in genere exercet. Utitur autem eleganti metaphorâ à pueris dulta, qui initio molliori nutriuntur cibo, adolescent et tandem roborantur firmiore cibi genere.

**VICTOR.** In illo epidictico genere) Ut supra diximus, demonstratiuo. Proprium sibi starum) Qui se ad laudandum, virtutem perendimque solùm exercuere. Gymnasiis) Quod mundus in palæstra essent corpora, perfusaque oleo. Palæstræ) Vnde et palæstræ, qui collectantur in palæstra, dicuntur. Huius nutrientis) Venustatis, et dicendi leporibus demonstratio generis. Colorat) Figuris distinguunt variantibus orationem. Et roborat) Sententiis. De oratoris quasi incunabulis) De primordiis: unde ipsa ali eloquentia consuevit. In aciem dimicationemque veniamus) Id est, iudiciale genus: in quo cum aduersantibus nobis collectamur, et quodammodo manus conserimus.

Quoniam tria videnda sunt oratori, quid dicat, & quo quidque loco, & quomodo: dicendum omnino est quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus atque in tradenda arte dici solet. Nulla præcepta ponemus (neque enim id suscepimus) sed excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus: nec quibus rebus ea paretur, exponemus, sed qualis nobis esse videatur. Ac duo breuiter prima: sunt enim non tam insignia ad maximam laudem, quam necessaria, & tamen cum multis penè communia. Nam & inuenire, & iudicare quid dicas, magna illa quidem sunt, & tanquam animi instar in corpore, sed propria magis prudentiæ, quam eloquentiæ, \* qua tantum in caussa est vacua prudentia.

Ego sic lego,  
\*qua tamē qua  
in caussa est vā-  
cua prudentia.

**S T R E B A E V S.** Iam multa constat esse genera dicendi, et ut in omnibus rebus, sic et in his generibus aliquid esse optimum: deinde laudationes, historias et epidicticum genus non optimi nomine censeri, dicendum postea quid hic optimum iudice. Et quoniam vis oratoris in quinque partes distributa est, inventionem, collocationem, elocutionem, pronunciationem, memoriam: decernit quid sit optimum in singulis, præterquam in memoria, quam omittit: quandoquidem, ut ait paulo post, de memoria nihil est hoc loco dicendum, quæ communis est multarum artium. Tria videnda

sunt oratori, quid dicat, id præstat inuentio: & quo quidque loco, quod est proprium collocationis: & quomodo, hoc duarum partium, elocutionis & actionis. De tribus harum partium pauca dicit, de elocutione permulta: ac de illis aliquanto secus atque intradenda arte dici solet, quia nulla precepta ponit quot & quis sint loci, quid sit & quād multiplex argumentū, qua collocatio & quād diuersa, que inueniantur exordia, que sint leges narrationis, que confirmationis, que perorandi, que pronunciandi: sed excellentis eloquentiae speciem & formam adumbrat, & veluti pictor quād lineamentis & umbris effigiat. Nec quibus rebus ea paretur exponit, sed qualis esse videatur. Quibus autem rebus ea paretur, explicat in tribus libris de Oratore ad Quintum fratrem, & in oratorius Partitionibus. Nec enim satis est hanc cogere summam eloquentiam parari natura, arte, & exercitatione. Ac duo breviter prima, que sit optima inuentio, & que præcellens dispositio, percurrit. Nam et si sunt ad maximam laudem necessaria, quia loquendi profluens sine vi sententiariū, improba est garrulitas, non tamen insignia, non excellētia, nō que pariant admirationē, ut solet excellētis elocutio, & optima ratio dicendi. Sunt enim cū multis, ut dialecticis, physicis, medicis, mathematicis, penē, id est, magna ex parte, communia. Inueniunt & illi quod loquantur, & alia ratione disponunt, nec tamen in admiratione sunt, quia plerique nō habent illam grauitē & copiosē dicendi facultatem, quam qui sunt affecti, philosophi mirabiles extiterunt, vt Plato & Theophrastus. Hac quum ita sint in hominum quorundam opinione, fatendum est tamē inuentio: & collocationem summae esse virtutes, & eas sine præcellenti elocutione præclarē consistere, elocutionem sine istis meram esse loquacitatem. Oratio est quasi quoddam corpus rerum & sententiarum vis, tanquam animi inſtar eſt, id est, animo comparanda in humano corpore: elocutio vero quād vestimentum. Sed quemadmodum in ornato regio, apparatus ille tenet admiratione mentes: sic & in eloquentia splendor omnis & apparatus & magnificētia & admiratio posits est in artificioſa ratione dicendi. Id natura fecit, ut multorum communia nemo miretur: multorum communis est illa prudentia inueniendi magistra: sed pauci res elocutione tractare potuerunt. Hac de re ſic Quintilianus octauo: M. Tullius inuentionem quidem ac dispositionem prudētia hominis putat, eloquentiam oratoris ideoque præcipue circa præcepta parti huīis elaborauit. Eloqui enim, hoc eſt, omnia que mente conceperis, promere, atque ad audientes perferre, sine quo superuacua sunt priora, & ſimilia gladio condito, atque intra virginem suam hærenti. Hoc itaque maximē docetur, hoc nullus niſi arte aſsequi potest, huic ſtudium adhibēdum: hoc exercitatio petit, hoc imitatio: hic omnis actus consumitur, hoc maximē orator oratore præflantior. Ergo elocutio tota artis eſt, inuetio & collocatio etiā prudentia. Quod igitur eloquentia ab elocutione nomē habet, & nihil eſt aliud quād copioſe loquens ſapientia, ut ait in Partitionibus, ea tantum in cauſa eſt vacua prudentia, id eſt, huc ſola pars non prudentia, ſed arte conſiſtit. Quo motus, ut opinor, Quintil, plus arti ſummā tribuit, quād ingenio naturae. Sic autem Ciceronem legendum puto. Sed propria magis prudentie quād eloquentiae: qua tantum in cauſa eſt vacua prudentia. Nam absurdum eſt & ſuperuacuum quod legitur. Nemo negabit, credo, qui nouerit naturam ab arte differre, quin prudentiam naturae, artem preceptis aſsignauerit, qui elocutionem illam præstantiorem arti ſoli dederit.

C O M M E N T A R I U S. Quoniam tria) Tres hoc loco commemorat Rhetorices partes, inuentionem, diſpositionem, elocutionem. Duas breuissimē perstringet: de tertia, quoniam ſolius oratoris eſt propria, pluribꝫ diſputabit: ad elocutionem tamen actionem quoque refert: memoriam omifit, quoniam ea communis eſt, ut ait, multarum artium. Et formam) Metaphora ducta eſt à ſchiographia, ut cum ſolent graphicē formam alicuius imaginis aut adiſciq; depingere. Et tanquam) Hac de cauſa ut libro ſecundo de Oratore diximus, Stoici in dialectica ſunt persecuti duntur: et iudicium, quia inuentionem prudentiae eſſe putabant non artis. Qua tantum) Legendum eſt, qua tamen in cauſa eſt vacua prudentia? ut intelligamus prudentiam uilem eſſe cauſis agendis.

## M. T. CICERONIS

atque hoc de causa inventionem & dispositionem quae sunt prudentia. Nonnulli legunt, quae enim.

**VICTOR.** Quid dicat) Quod inventionis est. Et quo quidque loco) Quod dispositio-  
nis est. Et quo modo) Quod ad elocutionem pertinet. Quid sit optimum in singulis) Ut decor  
ubique seruetur: ne quid ineptiarum a nobis emanet. Atque in tradenda arte) Quam in rheto-  
rica praeceptis exponendis memoriamus. Neque enim id suscepimus) Subaudi, ut praecepta tra-  
deremus. Ac duo breviter prima) Id est, inventionem, & dispositionem. Tanquam animi)  
Quia sicut animus corpus regit & mouet, & ut viuat scit: ita invenitio ac indicium totam oratio-  
nem complectuntur, vnde habere, & quasi sensus faciunt. Sed propria magis prudentiae, quam  
eloquentiae) Quoniam vel infantissimum quisque potest prudenter inuenire, ac de inuentis indicare.

Quae enim causa est vacua prudentia) Quae, inquit, contiouersia est, quae aliqua non admini-  
stretur prudentia? Alioquin non oratio sed inanum verborum compositio.

**MELANCHTH.** Quoniam tria videnda) Hactenus de genere demonstratio, &  
primo dixit quid sit. Postea recitauit exempla: nunc de iudicibus causis. Principio autem breui-  
ter percurris praecepta inventionis & dispositionis: admonet, quod oporteat horum peritum esse ora-  
torem, quanquam id non sit satis.

Nouerit igitur hic quidem orator, quem summum esse volu-  
mus, argumentorum & rationum locos. Nam quoniam quicquid  
est quod in contiouersia aut in contentione versetur, in eo aut sit  
ne, aut quid sit, aut quale sit, queritur: sitne, signis: quid sit, defini-  
tionibus: quale sit, recti prauiq; partibus: quibus & vti possit ora-  
tor, non ille vulgaris, sed hic excellens, a propriis personis & tem-  
*Id est, sciat etiā* temporibus semper, si potest, auocat contiouersiam (latius enim de ge-  
transferre hypo-  
thesin ad thesin. nere quam de parte disceptare licet, ut quod in vniuerso sit proba-  
tum, id in parte sit probari necesse) hæc igitur questio a propriis  
personis & temporibus ad vniuersi generis orationem traducta,  
appellatur thesis. In hac Aristoteles adolescentes non ad philoso-  
phorum morem tenuiter differendi, sed ad copiam rhetorum in  
vtranque partem vt ornatius & vberius dici possit, exercuit. Idem-  
*Topica intellige-* que locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit,  
vnde omnis in vtranque partem traheretur oratio. Facile igitur hic  
noster (non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabilam de  
foro, sed doctissimum & perfectissimum querimus) quoniam lo-  
ci certi traduntur, percurret omnis, vtetur aptis: generatim discet  
ex quo emanat etiam qui communes appellatur loci. nec vero vtetur  
imprudenter hac copia: sed omnia expendet, & felicit. Non  
enim semper, nec in omnibus causis, ex iisdem eadem argumen-  
torum momenta sunt. Iudicium ergo adhibebit: nec inueniet so-  
lum quid dicat, sed etiam expendet. Nihil enim feracius ingenii,

is præsertim, quæ disciplinis exculta sunt. Sed ut segetes fœcundę, & vberes, non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus: sic interdum ex illis locis aut leuia quædam, aut caufsis aliena, aut non vtilia gignuntur: quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibetur. Alioqui quonam modo ille in bonis hæredit & habitabit suis? ut mollet dura? aut occultabit quæ dilui non poterunt, atque omnino opprimet, si licebit, aut abducet animos, aut aliud afferet, quod oppositum probabilius sit, quam illud quod obstat?

**S T R E B A E V S.** Quicquid ratione & arte inuenitur, in locis inuenitur. Loci sunt argumentorum & rationum, hoc est probationum sedes. Locorum alij sunt communes, quos decem & septem ponit in Topicis, alij proprij singularum questionum, an est, quid est, quale est. alij proprij generū, laudationis, deliberationis, & indicij, utrosque posteriores in oratoria partitione assignat. Hæc tria genera locorū, si questiones omnes arte firmare velis, cognoscere necesse est: & hoc etiam nosse qui loci faciant ad signa que cadunt in sensum, & aliud ostendunt, quibus hic omnem coniecuram comprehendendi videre facile est, qui ad definitiones, qui ad recti praulq; partes, id est ad statum qualitatis. Sunt enim tres Status & in controvërsia, id est, questione finita; & in contentione, hoc est, infinita questione. Omnium istorum precepta scripta in aliis libris. Orator excellens à questione finita, quæ propriis personis & temporibus constat, ad locum & infinitam questionem auocat controvërsiam, quia copiosus esse vult: & latius de genere quam de parte disceptare licet: hoc est, amplior est disceptatio vel de toto genere, vel de tota specie, quam de singulis formarum partibus. Nam Cicero genere comprehendit & speciem: & quod multi vocant individuum, hic nominat partem. Atque quem agitur de parte, tum finita questione est: quem de specie & genere, infinita. Dicatur igitur non modò de Seruio Sulpicio iurisperito sed etiam de toto iure civili: non modò de Murana duce, sed & de arte imperiū: non modò de Catone Stoico, verum etiam de tota disciplina Stoicorū: non modò de seditione Norbano, sed etiam de omni seditione populari: non modò de Opimio interfectore Gracchi, sed etiam de liberatoribus patriæ. Hinc orationis vberas & copia, his ratio probandi duplex: altera in uniuerso ac in genere constituta, altera in parte. Vocatur questione infinita, generalis, & propositum, & consultatio, & questione uniuersi generis, & locis. Hac locis commodè tractabit, qui iam à prima adolescentia sic fuerit institutus & exercitatus, ut de rebus multis in utrunque partem differat. Id Aristoteles amulatus Isocrati fecit, ut adolescentes rhetorum more ad vberius & ornatus dicendi genus exercerent. Alius est mos philosophorum differendi tenuerit, hoc est subtiliter argumentando sine vberitate popularium sententiārum, sine eleganti numero quoque orationis ornato. Idem tradit locos rō̄t̄, & octo libros rō̄t̄inō̄, ut essent quasi argumentorum note & indicia. Ex his locis nihil ferè egregium ducet declamator ille rudit è ludo scholeque magistrorum, qui declamatione quasi tyrocinio contentus, nūquam venit in pralij certamen. Nihil itidem rabula de foro, qui sit indolens & impolitus, egregie tamen litigiosus, & in vociferando contentiosus. Sed orator ille bonus percurret omnes, ut si quid forte detur excipiat. Ut tetur apud generatim, hoc est, per singula genera questionum, coniecturæ, definitionis, qualitatis. Ut tetur iis argumentis, quæ à locis apud suggesterentur: qui quibus generibus conueniat, ostendit in Topicis. Ad coniecturam maximè apta, quæ ex causis, quæ ex effectis, quæ coniunctis sumi possunt. Ad definitionem autem pertinet ratio definiendi, antecedentia, repugnatio, causa, & effectus, ad qualitatem,

## M. T. CICERONIS

genera bonorum & commodorum, omnis aequitas, leges, atque mores. Discit etiam ex quo emanet qui communes appellantur loci de quibus sic ait in tertio de Oratore: Consequentur etiam illi loci, qui quanquam proprii causarum, & inherentes in earum nervis esse debent, tamen quia de uniuersitate tractari solent, communes a veteribus nominati sunt. Quorum partum habent vitiorum & peccatorum acrem quamdam cum amplificatione incusationem, aut querelam, contra quam nihil dici solet, nec potest: ut in depeculatorum, in proditorum, in parricidum, quibus uti confirmatis criminiibus oportet. Alter enim sunt ieiuni atque inanes. Alij autem habent depreciationm, aut miserationem: alijs veroe anticipites disputationes, in quibus de vniuerso genere in utrunque partem differi copiosè licet. Hactenus Cicero. Omnes loci rhetorici communes appellari possunt, quod nullus est arte comprehensus, qui vni solique causa subseruat: nam praecipit, sunt communium, non singulorum. Hi tamen communes vocantur, quia in thesi & in infinita quaestione versantur. Emanant autem atque derivantur ab insigni aliqua virtute, aut a virtute, aut a calamitate, aut a meritis, aut ab anticipiti controversia generis & forme: que quum venient in causam, dabut occasionem latius expatiandi per infinitum. In percurrendis locis argumentorum sicuti militum faciens est delectus. Non enim solum numerus & multitudo, sed etiam robur queritur. Ergo scrutabitur & queretur ex omnibus, sed adhibebit iudicium, ut levia reliquit, nonnunquam etia communia pretermittat, & non necessaria. Expendat etiam & ponderet que grauia, que levia. Seligat & excipiat robustiora: quoniam ex iisdem locis in omnibus causis non eadem argumentorum momenta sunt, non sunt persimiles opportunitates & occasions, sed ad alias causas firmiora suggester argumenta, ad alias imbecilliora, minorisque momenti: ut qui probat eadem esse factam, rationes optimas ducit a causis, ab eventis, ab adiunctis, a testimonio: non eodem modo a ceteris rhetorum locis. Opus est ergo iudicio. Nam quemadmodum seges, id est terra secunda, non modò fruges, & fructus aptos vobis humanis, verum herbas etiam effundit inimicissimas frugibus, ut lolium, caryduos, lappas: sic etiam ingenium ferax lenia quedam, aut causis aliena, aut non utilia gignit, nisi iudicium adhibeat, quasi si manum ad truncationem. Hic seges dicitur humus arata & subacta ad recipiendum semen, & aruum bonae specie. Virg. Illa seges demum votis respödet anari Agricolæ. Hanc cū ingenio feraci comparare videbatur, sed comparationem ad locos transstulit, occulta quadam mutatione, quia locus loco melius confertur, nectamen aliquid potest locus sine ingenio. Ingenium & iudicium vitabit leue argumentum, alienum a causa, inutile Leue est. Pecuniam sustulisti, nam pauper eras. Alienum a causa, Si omni constitueris verus accusator, quoniam questor eius eram. Inutile. Magnum crimen est sacrilegi, damnandus igitur hic reus. Iudicij summa vis est in oratione, expendit & felicit argumenta, cohabet ingenium cupidum, ut in bonis habeat & habitet suis, ne vnumquam vagum querat aliena. Mollit dura, siue ea laedant iudicem, siue noceant litigatori, siue non deceant agentem, siue displaceant circumfusæ multitudini, siue talia intorsit aduersariu. Tot enim durorum genera mollienda sunt, oratione que lenienda. Iudicium occultat, & quibusdam verbis opacat ea que dilui non possunt. aut enim contemnit, aut multò minora esse dicit, aut extra causam esse contendit, aut alio deuinat. Idem iudicium opprimit & refutat argumentis ea que dilui possunt. idem abducit animos ab eo quod nocet in causa, ad id quod utile est. Idem si contraria refutare non potest, argumentis aduersarij vel aequaliter firma vel firmiora opponit argumenta. Quid opus est multus? Iudicium in omni arte dominatur, sed præsertim collimat intentionem. Haec dicimus de iudicio naturali, de quo Quintilianus in sexto.

C O M M E N T A R I U S. Nouerit igitur Loci dialectici utiles sunt oratori, quia ab his pendent loci causarum, ut docet Antonius libro secundo de Oratore, & copiosorem ministrant disputationem. Addit perfectum oratorem copiosum esse debere, atque eum auocare debere controversem ad thesin, ut latius disputet quam orator mediocris aut tenuis. In hac Aristoteles,

Aristoteles motu gloria Isocratis rhetoris horis pomeridianis cœpit rhetoricanam profiteri, & cum philosophia eloquentiam coniungere. Is primus instituit adolescentes exercere versandis in utraque partem thesibus. Facile igitur Tenere locos dialetoicos debet orator & locos communes, qui à philosophia morali emanant, cum sint formulae communes de virtutibus & vitiis. Aut rabulam Nonius Marcellus hunc locum citat, ac rabulam à rabie dictum putat, alioque esse adiuto eatum & patronum. Re autem vera est nomen contumeliosum in aduocatos. Nihil enim) Eleganti similitudine veitur, ac interim monet quis esse debeat argumentorum delectus, & qua reiectio. Firmis ergo argumentis est vtendum, leibus raro, alienis & inutilibus nunquam. Quoniam modo) Id est, quo modo causam obtinebit argumentorum firmitate. Molliet dura) Refutatio pars est multo difficultissima, variisque (vt ait Fabius) requirit flexus & anfractus. Igitur tum maximus iudicio est rendum. Id item potest intelligi de confirmatione. Quod obstat) Id vocatur antisagoge, cum argumentum non soluitur, sed alio compensatur firmiore arguento.

VICTOR. Argumentorum & rationum locos) Locus, argumentorum sedes est. Et Pro id est: nam nihil aliud est argumentum, quam ratio eius, quid in questione positum est. De locis autem argumentorum, & qui sunt, & quomodo tractentur, in Topicis à Cicerone traditum, interpretate elegansissimo praceptore nostro Georgio Valla. Nam quoniam) Controversiarū nunc genera tangit, quem status, tum constitutiones appellantur. Quicquid in controversia) Id est, quicquid cum aliquo controversatur, Aut in contētione) Id est, siue id cōtentionem malis appellare. In eo aut siue) Cum enim queritur factum sit, necne, constitutio conjecturalis, & pariter inficialis appellatur. Aut quid sit) Actum finitus, siue definitio status nominatur. Aut quale sit queritur) Qui status qualitatē, siue de summo genere nuncupatur, is in negotialem & iuridicalem diuisus est. Si ne, signis) Quibus conjectura excuti solet ut pro Milone contra Clodium, Vter veri fecerit insidias. Quid sit, definitionibus) Ut cum quis læse maiestatis crimen accusetur, definiendum est, quid sit ledere maiestatem. Quis sit, recti praulque partibus) Tum enim oratori inspicendum quid rectum, quid prauum, & utriusque species tractandæ: ut cum queratur, iuréne Orestes matrem occiderit. & à propriis personis, temporibus, semper, si potest, auctorat controversiam, nunquam enim Cicero probaverit prius Miloni licuisse Clodium occidere, quam constet in uniuersum licere omnibus insidiatorem suum occidere: ubi personarum, temporum, & locorum nulla complexio est. A propriis personis) Id est, à personis, de quibus in infinita questione nulla sit mentio. Et temporibus) Nam si personæ reticentur, tempora quoque reticeantur necesse est. Ad uniuersi generis orationem) Id est, ad questionem infinitam. Appellatur thesis) Id est, infinita questione, siue (vt Cicero alibi) propositionem. Tenuiter differendi) Id est, acutè disputandi. In utraque partem) Nam cum omnis questione partem habeat negandi unam, alteram affirmandi: ut, sítne mundus infinitus, necne: liceatne insidiatorem occidere, enon:excitationis causa in utraque partem Aristoteles discipulis suis suggerobit argumenta, non angustè & pressè disputandi, ut solent philosophi, sed copiose, ut oratores. Idemque locos) Idemque in Topicis. Unde omnis) Siue ad affirmandum, siue ad negandum. Hic noster) Quem instituimus declamatorem: qui facta & umbratili rituit eloquentia, themate proposito. De ludo) Id est schola, cum se apud rhetorem exercet. Rgbalam de foro) Id est aduocatum, patronumque causarum. Certi loci) Causæ cuiilibet accommodati: ut apud ipsum Ciceronem in Topicis est videre. Generatim dicat) Genus complectatur ipsum, id est, infinitam questionem, quam thesin vocant Græci. Ex quo enaniant etiam qui communiter appellantur loci) Qui ideo communes dicti, quod in omni causa simili eis uti possumus: ut contra sacrilegum, contra furum. Eorum autem tractatio precipua est, postquam confirmaverimus nostra, & confutauerimus aliena: id est, post reprehensionem, & ante epilogum. Omnia expederi) Quæ quibus conueniat

## M. T. CICERONIS

locis. *Et s̄liget) Quæ argumenta questioni, quam tractamus, maximè conueniant, & quæ nō.*  
*Ex eisdem) Subaudi, locis. Argumentorum momenta sunt) Rationum pondera, inquit, in omnibus causis, non ex eisdem semper locis eruuntur: sed alij alius magis congruent. Sed etiam expendet) Id est, examinabit secum diu voluntatis, quid cuique questioni maximè conueniat.*  
*Quæ disciplinis exculta sunt) Nam cùm ad disciplinas accedunt ingenia, vndeque res abundant: nec deesse copia in dicendo potest. Sed ut segetes fecundæ) Elegans & faceta similitudo, feracibus & doctis collata ingenii. Ex illis locis) Assumptis de variis disciplinis. Leua quædam) Id est, finula, frigidæque; aut parui momenti. Delectus magnus adhibebitur) Subaudi, qui quibus conueniant locis. Vt mollet dura) Fugienda, siquidem dura locutio est, id est, vbi rem verba nō consequuntur. Aut occultabit quæ dilui non poterunt) Hoc est, argumenta aduersariorum, quæ confutari non poterunt, in nostra argumenta oboluventur: ut pariter cum aliis responsum videatur, cùm tamen id non fecerimus. Aut abducet animos) Id est, in aliam renocabit mentes audiencium sententiam. Aut aliud afferet) Si modò id refellere non poterit, proferet aliud. Quod oppositum probabilius sit) Quædam quod proposuerit.*

Iam verò ea quæ inuenierit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus. Vestibula nimirum honesta aditusque ad caussam faciet illustres: cùmque animos prima aggressione occupauerit, infirmabit excludetque contraria: de firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leuiora. Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset, summatim breuitérque descripsimus. Sed ut antè dictum est, in his partibus, et si graues atque magna sunt, minus & artis est, & laboris.

S T R E B A E V S. *Ex illis, quid, quo quidque loco, & quomodo dicat orator, alter est locus de collocatione, quanam dispositio Ciceronis optima esse videtur. Itaque transcurdi causa sic interrogat: Iam verò quæ inuenierit orator, qua diligentia collocabit? Quia summus est atque perfectus, summam in dispositione diligentiam ponet, quemadmodum summus imperator in acie dirigenda, & in statuendis ordinibus vehementer elaborat. Vestibula, hoc est, exordia, ut par est, causamque decet, honesta & splendida faciet: hoc est, adiutor ad caussam faciet illustres. Nā secundum est prioris interpretamentum. Exordiorum genera duo sunt, unum vulgatum atque tritum, alterum doctum & illustre, hoc eloquenti conuenit, illud indocto. De priore in divinatione: Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras. Si quid ex vetere aliqua oratione, Iouem ego opt. max. aut. Velle, si fieri potuisse, iudices: aut aliquid eiusmodi ediscere potueris, preclarè te paratum in iudicium venturum arbitraxis. Vestibula sunt honesta, & aditus illustres, qui maiore quodam artificio parant animos, reliquo genere exordiendi infirmo, nimirumque vulgato. Quid hic collocare oporteat honestum, illustre, & magnificum: non artis est, sed prudentiae inuenire. Id aut à personis, aut à caussa ducet optimus orator. Quimque animos prima aggressione, hoc est, aditu proemij occupaverit, benevolosque suæ caussæ fecerit, infirmabit contraria, aut excludet, prorsusque diluet ab adversario dicta. Narratione docebit iudicem, & interiectis argumentorum seminariis infirmabit contraria. Confirmatione quicquid erit in caussa dubium, excludet. Partietur argumenta in tres ordines. De firmissimis alia prima ponet, ne praliū statim ab initio frigidum languere videatur: alia postrema, ut auditoris animo relinquant aculeum. Inculcabit, hoc est, in medio constituet, densa & fre-*

quentata leniōne: quoniam in illis minus est praesidij, nisi cum turba roborantur. In primis duabus partibus, inuentione & collocatione, qualis esset excellentis eloquacia species & forma, summatim breviterque descripsimus, id est, breui summa comprehendimus. Nam eis graues sunt pondere sententiarum, magna virtute rerum, quae sunt tanquam animi instar in corpore, tamē in his minus & artis est & laboris, quād in perfecta elocutione.

**C O M M E N T A R I U S.** Iam verò) Est per quam necessarium in dispositione quoque indicum. Cūm autem sit dispositio multiplex, quædam partium, quedam argumentorum, quedam questionum, duntaxat de collocatione partium & argumentorum agit. Cūmque animos) Bifariam potest accipi locū, vel ut intelligamus oratorem ita narraturum spargendis suspicionibus, ut aduersariorum argumenta obruat: aut intelligamus hoc preceptum de refutatione. De firmissimis) Hæc dispositio argumentorum frequentissima est, ut firma ponantur initio, firmissima in fine: quia primum docendus est auditor, post impellendus. Fabius tamen libro quinto tradit aliter etiam disponi argumenta posse.

**VICTOR.** Iam ea quæ inuenierit, qua diligentia collocabit) Non satis est enim optima inuenisse, nisi ea diligenter collocemus, nam nisi digeramus ea suis, opportunitatibus locis, erit quemadmodum qui suppellicilem habet pulcherrimam, & eam suo tempore, ac loco promere necit: aut in acerum congestam profert, ut speciem nullam præ se ferat nobilis. Quoniam id secundum emi de tribus) Dictū siquidem suprà est, tria potissimum consideravi oportere, inuentionem, secundo loco dispositionem, tertio elocutionem. Vestibula) Id est, primos ad causam accessus. Honestam Honorem ac copiam præ se ferentia. Prima aggrēsione occupauerit) Ideo prima argumenta validiora probabiliorā esse oportet. Infirmabit, excludētque contraria) Quæ ad aduersariis illata fuerint. Alia prima ponet, alia postrema) Nam debiliora in medio collocabit: quoniam prima oppugnare, ultima in auribus audientium relinquuntur media verò, utrinque conclusa non apparent: ut in acie instruēta fieri solet, in prima fronte acres bello, in ultima subsidiari milites collocaantur: in media autem acie cohortes, in quibus spes aut nulla, aut per pauca est. Inculcabitque leniora) In medio loco infarciet.

**MELANCHTHON.** Atque in primis duabus) De elocutione nunc incipit dicere, & perstringit obiter quædam de actione.

Cūm autem quid & quo loco dicat, inuenierit, illud est longè maximum, videre quoniam modo. Scitum est enim quod Carnades noster dicere solebat, Cistomachum eadem dicere, Carnadem autem eodem etiam modo dicere. Quod si in Philosophia tantum interest quemadmodum dicas, vbi res spectatur, non verba penduntur: quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio? Quod quidem ego Brute ex tuis literis sentiebam, non te id scitari, qualem ego in inueniendo & in collocando summum esse oratorem vellem: sed id mihi querere videbare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem. Rem difficilem, dij immortales, atque omnium difficillimam. Nam cùm est oratio mollis, & tenera, & ita flexibilis, ut sequatur quocunque torqueas: tum & naturæ variae, & voluntates, multum inter se di-

Par's felicitate,  
pari cursu elocu-  
tionis & actio-  
nis.

Quia sunt varia  
dicendi genera:  
itē diuersa natu-  
re que diuersa  
probant.

## M. T. C I C E R O N I S

stantia effecerunt genera dicendi. Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Distincta alios, & interpuncta interualla, moræ, respirationesque delectant. Quid potest esse tam diuersum? tamen est in utroque aliquid excellens. Elaborant alij lenitatem, & æquabilitatem, & puro quasi quodam & candido genere dicendi. Ecce alij duritatem & seueritatem quandam verbis, & orationis quasi moestitiā sequuntur: quodque paulò antè diuisimus, vt alij graues, alij tenues, alij temperati vellent videri: quot orationum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur.

*Vt Cice in Epistolis.*

*Vt Thucydides apud Graecos.*

*Varro & Cato apud Latinos.*

**S T R E B A E V S.** Quum tria videnda sint oratori, quid dicat, & quo quidque loco, & quomodo: tertium longè maximum est videre quomodo dicat. Id tribus rationibus confirmat, ne tenerè minus in aliis, plus in hac parte laborasse videatur. Una dicitur à philosophia comparatione: altera à sacro quodam Brutii testimoniio: tertia ad comparisonem reducendam: elocutionem difficultorem esse reliqua partibus, quoniam illæ simpliciores sunt, hæc in plures variat formas. Hac autem disputatio inducta est, ut unam maximè excolet elocutionem. Nam quum dicendum suscepisset quid est optimum in singulis rhetorica partibus, ceterasque partes vidisset cum multis aliis esse communes, minusque mirabiles, elocutionem propriam eloquentiae, hanc partem reliquis anteposuit: ut qua tota sit in arte posita, nec tum Latinorū præceptis usque celebrata, præsertim quum res esset insignis ad maximam laudem, & in ea maximè spectari posset ille summus orator. Scitum est argutè, doctè & eleganter dictum, quod Carneades noster hic iunior tibi miseri quo notus, & aliquando familiaris, vir memor & summae, dicere solebat de veteri Carneade & Clitomacho: Clitomachum eadē dicere, id est, easdem sententias & res inuenire & collicare, nec animos recreare posse inueniendi varietate: Carneadem autem eodem etiam modo dicere, & uno eodemque grani styllo semper viæ Carneades philosophus Cyrenæus Chrysippi studiosus fuit, vir eloquentia tanta, ut ad eum etiam confluenter oratores. Nam ut ait Laertius, δέροσε λέπτη τλακτηγός, καὶ τοῖς ζητηοῖς διορυχός, acriter inuehebatur, & in questionibus erat inexpugnabilis. De Carneade Cicero per sepe mentionem facit, & in Oratore, & in Academicis, alijque locis. Hoc unum profersimus è secundo de Oratore: Carneadis vis incredibilis illa dicendi & varietas per quā esset optanda nobis, qui nullam unquam in illis suis disceptationibus rem defendit, quam non probauerit nullam oppugnauit, quam non euerterit. Hic Antonius intelligit non eloquendi, sed inueniendi varietatem. Gellius in septimo refert ex Ruellio & Polybio, ut Carneades Romanum legatum multis admirationi fuerit, & in differendo violenta & rapida dixerit. Venit autem Romanum temporibus Censorij Catonis. Clitomachus Carthaginensis Academicus Carneadis auditor, de quo Crassus primo de Oratore: Adiuvi enim summos homines, quum questor ex Macedonia venisse Athenas, florente Academia, ut temporibus illis serebatur, quod eam Carneades & Clitomachus & Aeschines obtinebant. &c, inquit Laertius, ἀς τοῦδε τὸν περὶ τὴν εργασίαν, ὅσε ὡρᾶ τὰ τέτερα βιβλία συντεχεῖ, καὶ διελέγετο τὸν χαρακόδων, καὶ τὰ τοῦ μάλιστα διὰ τὸν οὐργαριθμὸν ἐφύπνει. Ed venit industria, ut supra quadringenta volumina conscripserit successeritq; Carneadi, cuius dicta monumētis literarū maximè illustravit. Carneades igitur & Clitomachus viri quidem magni fuerunt, sed in quibus tamē aliquid Critici desiderarint. In philosophia, nō in eloquentia tantum, magni interest quemadmodum dicat, quāque elocutione utare. Nam multo maior habe-

tur Plato propter illam varie<sup>t</sup> et copiose dicendi facultatem, et Theophrastus inde diuinum reperit nomen: et Galenus in medicis magnus, et si Asianorum more tumet et redundat, tamen copia verborum magis quam rerum, ceteroru gloriam adumbravit. Philosophia res sententiæque spe-Elat, non verba pendit, nec quasi lance trutinatur, ut eorum pondus examinare possit. Id in causis cœtrâ facit orator: quibus totis moderatur oratio, hoc est, quas totas oratoris elocutio regit. Est enim, ut postea dicet, oratio oratoris elocutio, que regit animos, et peccata mulcet, In partesq; rapit varias, p̄rque omnia versat. Hoc Brutus philosophia studiosissimus vidit, et è Gallia Romanam literas misit, quibus id quereret, quod genus ipsius orationis, id est elocutionis, optimum iudicaret. Cicer-  
ro verò qui à rebus optimam elocationem separare nollet, alia quedam adiecit quasi corpus et ani-  
num, sine quibus eloquentia non constet. Sed orationis quasi de corpore et animo indicare facile  
est: de decoro autem et ornamenti veram ferre sententiam, res est difficilis, atque omnium diffi-  
cillima. Etenim quemadmodum in cōmuni hominum vita perrād quaritur quid aut quale sit cor-  
pus, quid sit animus, quæque animi natura, sed labor omnis adhibetur aut nutriendo corpori et  
vestiendo, aut animo ornando scientiis et virtutibus: sic et in eloquentia studium summum est nu-  
trienda dictionis, aptandi decori, ornandi verbisque decorandæ sententie. Natura numerum res pe-  
perit, homini polandas ac ornandas reliquit. Ergo sicuti de rebus hominum multi dissentunt, ita di-  
ferti de ratione figurâque dicendi. Nam oratio mollis est et tenera ut cera, et ita flexibilis in om-  
nem figuram, ut sequatur quoquaque torqueat, et quasi digito flectas. Ex iisdem verbis orationem  
conficit asperam et tristem: vt, Cn. Pompeius superauit virtute non modò gloriam eorum homi-  
num qui nunc sunt, sed etiam antiquitatis memoriam. Ex iisdem mollem atque iucundam: vt, Cn.  
Pompeius non modò eorum hominum qui nunc sunt gloriam, sed etiam antiquitatis memoriâ vir-  
tute superauit. Quæso et obtestor ne pro me unquam vota Respub. iuncta suscipiat: aut si suscep-  
rit, iuncta ne debeat. Ex iisdem tardam et interstictam. Quæso et obtestor ne pro me unquam vo-  
ta, iuncta suscipiat Respub. aut si iuncta suscepit, ne debeat. Hic flexus orationis, et varia homi-  
num natura ac voluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. Nam, quod antè di-  
xit, semper oratorum eloquentia moderatrix fuit auditorum prudentia: et si verum querimus, to-  
tidem sunt genera diversa, quot hominum natura. Verborum flumen aliis cordi est, id est, fluxus et  
celeritas placet, et volubilitas, rotundâque figura dicendi. Id assequuntur coniunctione verborum  
leni, et pede celeri, ut daechlo, pæane, iâbo, choreo, proceles, smatico, periodis catenatis, quo genere  
frequenter vtuntur Historici et Oratores in exemplorum narratione. Distincta alios et interpus-  
ta interualla, moræ respirationesque delestant. Distincta, non cohaerentia, sed conatus pronunciandi  
et interrupto preferenda. Interpunktæ interualla, quasi puncto interiecto separata. Moræ et re-  
spiraciones, spiritus intermissiones. His omnibus significat orationem curtatam atque concisam, plus  
ribus quidem incisis et membris, nullis serè periodis constantem, in qua frequentes illæ que pausa  
nominantur, et ñ̄m̄s, ypa. Cicero tertius de Oratore, Clausulas atque interpunktæ verborum, ani-  
me interclusio, atque angustia spiritus attulerunt. In hoc genere multus est Seneca, multus etiam  
Plinius in historia naturali. Et amplificationes acerrime hoc ferè genere constant, tum enim casim  
membratimque vehementius dicitur. Alterum genus habet continuum quasi fluminis cursum, hoc  
veluti in faxo resilientes undas, et interruptos impetus. In altero volubilitas, in hoc interpunktæ  
respiratio, hæc omnino diversa: tamen est invtroq; aliquid excellens. Illud enim genus in recita tra-  
etâque laudatur, hoc in horrida grauitate commendabile est. Elaborataq; lenitate et aquabi-  
litate, et puro quodam et candido genere dicendi: ad quod perficiendum legenda sunt verba le-  
nia, et venusta, et aquabilia, modiq; pari demenza, ne interiecta disparia, ut sesquipedalia, aut  
monstrum pariant, aut sonos dispare efficiat. Hoc purum genus est et candidum, quod nullo dis-  
simili colore sicutum est: in qua figura totus est Cæsar in Commætariorum: et nos in genere commen-

## M. T. CICERONIS

randi, si quid in hac re possimus, illud non invitè sequimur. Ecce alij duritatem & severitatem quandam verbis, & orationis quasi mestitiam sequuntur, hoc est, auribus dura, affera, tristi compositione exhortescunt, ut Ennius, Cato Censorius, plerique philosophorum.

**C O M M E N T A R I U S.** Clitomachum) Clitomachus philosophus Academicus auditor Carneades cum eadem diceret, eodem tamen non vtebatur charactere: & Carneades de rebus grauibus eodem modo semper disputabat, eodem characteris tenore: quanquam in quibusdam codicibus legitur Charmadas, qui insigni fuit memoria, ut scribit Plinius libro septimo. Ego Brute) Scribit Cicero in Epistola ad Atticum, precibus pene summis a Cicerone petiverat Brutus, ut de genere optimo dicendi scriberet: petitionem interpretatur Cicero de elocutione, non de inventione aut collocatione. Nam cum est ostendit difficultatem iudicandi de optimo genere, cum tamen sit orationis varietas naturarum atque voluntatum. Metaphora autem ducta est à cera vel à vimine.

Flumen) Nonnulli delectantur celeri continuacione verborum & profusa periodis. Alij contraria periodis non comprehendunt sententias: sed omnia casim dicunt & membratim. Ecce alij diuitiam) Superioris discrimen positum erat in modo comprehendendi sententiam: hoc autem positum est in verbis & collocatione.

**VICTOR.** Videre quoniam modo) Id est, quoniam praditum eloquentia esse conueniat. Clitomachum ea dicere) Id est, qua causa exigetur. Carneadem eodem etiam modo) Quo res ipsa dicenda fuerit. Quod si in philosophia tantum interest) Nam philosophi suere ambo, Clitomachus inquam, & Carneades. Vibes spectat Sententia consideratur. Quibus totis moderatur oratio) Moderar huic rei dicimus, ut hic & hanc rem, ut ipse pro Flacco: ut, Omnia verba moderatur. Rem difficilem, dñ immortales) Quoniam non de inventione & dispositione traditi tibi precepta expostulas, quæ peruvulgata: sed quod remotissimum est, longèq; difficillimum: ut optimi oratoris tibi formam verbis depingam. Qui ponunt in orationis electione eloquentiam) Id est, qui putant facundiam esse in delecto orationis. Alios, & inter puncta interwalla, mora, respirationesque delectant) Ut casim, membratimq; loqui, quād simplici periodo malint. Quid potest esse etiam diuersum) Quād flumen volubilitatemque verborum amare, & inter puncta interwalla, moras? Tamen est in vitro aliiquid excellens) In suo, inquit, genere est aliiquid etiam quod eminet. Alij temperatis vellent videri inter graves, & tenues medijs. Quo orationum genera) Que tria esse diximus: grande, tenuis, medium.

*Manus, elocutione intelligit.*

*Hoc est, de elocutione.*

*Singuli affectus suas habent indicationes in voce.*

Et quoniam coepi iam cumulatius hoc munus augere, quād à te postulatum est (tibi enim tantum de orationis genere quārenti, respondi etiam breuiter de inueniendo, & collocando) ne nunc quidem solūm de orationis modo dicam, sed etiam de actionis. ita prætermissa pars nulla erit: quandoquidem de memoria nihil est hoc loco dicendum, quæ communis est multarum artium. Quo modo autem dicatur, id est in duobus, in agendo, & in eloquendo. Est enim actio, quasi corporis quādam eloquentia, cum constet ē voce, atque motu. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximē voce commouentur. Itaque ille perfectus, quem iamdudum nostra indicat oratio, vt cunque se affectum videri, & animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit so-

num. de quo plura dicerem, si hoc præcipiendi tempus esset, aut si tu hoc quæreres. dicerem etiam de gestu, cum quo iunctus est vultus: quibus omnibus dici vix potest quantum intersit quemadmodū vtatur orator. Nā & infantes actionis dignitate eloquētiæ sāpe fructum tulerunt, & diserti deformitate agēdi multi infantes putati sunt: vt iam non sine caussa Demosthenes tribuerit & primas & secundas & tertias actioni. Si enim eloquentia nulla sine hac, hæc autem sine eloquentia tanta est, certè plurimum in dicendo potest. Volet igitur ille qui eloquentiæ principatum petet, & contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata videri grauis, & inflexa miserabilis. Mira est enim quædam natura vocis, cuius quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, graui, tanta sit & tam suavis varietas perfecta in cantibus.

*Cōtentā, intēsa,  
exaltata.  
Mirabilis que-  
dā musica in vo-  
ce: ex tribus enti-  
tonis tēpenatur  
tota musica.*

*S T R E B A E V S.* Quanta vis esset eloquendi, in viuicium proposuit: ut proprius accedat, dicendi modum partitur in actionem ac elocutionem Nam eloquendi comes est actio, ut altera quædam mentis interpres. Quod autem natura prima est elocutio, actio vero secunda, quoniam prius verba mens concipit, quædam tradat actioni, causam præmitit cur sit visus hoc ordine. Cumulare et augere munus voluit, neque tantum Bruto de orationis genere, id est, de modo et ratione eloquendi, sed etiam de inueniendo et collocando et agendo breueriter respondere, quas partes anteponi melius putauit, ut liberior elocutioni daretur locus. Ne nun: quidem, inquit, ubi tertium illud occurrit quomodo dicat orator, solum de orationis modo, hoc est, habitu et figura dicam, sed etiam de modo et ratione actionis, quæ pronunciatio dicitur. Ita prætermissa pars nulla erit, in qua bonus excellat orator, quando quidem de artificiali memoria nihil est hoc loco dicendum, quia communis est multarum artium, ut scientie ciuilis, ut philosophiae. Principio describit actionem quasi corporis quandam eloquentiam, quæ definitio à simili dicitur, ut plerunque solet. Quemadmodum igitur vis eloquentis animi materiam proposita questioni bonam copiosamque suggestit, verba rebus apta componit: sic etiam corporis eloquentia rebus et verbis flexus vocis et motus accommodat. Et sicut animi sapientia per eloquentiam se promitt, ita etiam corporis facultas vivitur instrumento vocis et motus. Corpus itaque quodammodo loquitur, sicut et animi vis et facultas. Ad hæc subscrribit Quintilianus undecimo: Pronunciatio a plerisque actio dicitur, sed prius nomen à voce, sequens à gestu videtur accipere. Nanque actionem Ciceru aliás quasi sermonem, aliás eloquentiam quandam corporis dicit. Secundo loco diuidit actionem in vocem atque motum. vox aures, motus oculos tangit, per quos duos sensus in animos penetrat orator. Vocis mutationes totidem sunt, quæ animorum, qui maximè voce commouentur. Quæ mutationes animorum sint, abunde scribit Tusculana 4. Quæ proponuntur oratori, copiosè scribit 2. de Oratore. Mutatur ad amorem, odium, benevolentiam, fætem, metum, cupiditatem, ægritudinem, letitiam, mærorem, misericordiam, acerbitudinem, et ad finitimas perturbationes. Quod animi voce maximè commouentur, ostendit ars bene canendi, quæ non modò pedem saltantem ad numerum regit, sed animum quoq; versat in omnem affectum. Talis est oratio modulata, suòque modo dicta. Cicero 2 de Oratore, Tantam vim habet illa quæ rectè à bono poeta dicta est flexanima, atque omnium regina rerum oratio: ut non modò inclinatum erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem et repugnantem, ut imperator

## M. T. CICERONIS

bonus ac fortis, capere posse. Itaque summus orator secunque se affectum videri, et animum audiens moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum. Certus erit sonus, si rebus fuerit aptus, ut dulcibus dulcis, asperis asper, atrocibus atroc, lenibus lenis. Motus dividitur in gestu atque vultu. Vultus est in spiritu, sanguine et oris habitu quodam, qui motus animi produnt. Gestus est motus corporis et partium eius. hoc modo cum gestu iunctus est vultus, quoniam in genere motus conueniunt. Vt que rebus ipsis, sicut et vox, debet accommodari: quod ut fiat, usus et exercitatio plus iuuabunt, quam Rhetorum precepta. Actionem plurimum valere probant euētus. Nam et infantes, id est, infacundi viri, ruidi, q. dicendi, ut Cn. Lenius, actionis dignitate, bona et decora pronunciatione, eloquentia fructum et gloriam tolerunt. Et diserti, quibus est diuerso oponuntur infantes, deformitate agendi, hoc est, indecora et stœda pronunciatione, a multis infantes et indiserti putati sunt: cuiusmodi L. Cottam dicit Cicero fuisse. Huc pertinet illa sententia Demosthenis, qui sine actionis dignitate eloquentiam nullam censuit: de qua Fabius, Siquidem et Demosthenes, quod esset in toto genere dicendi sumnum, interrogatus, pronunciationi palmam dedit, eidemque secundum ac tertium locum, donec ab eo queri desierit: vt eam videri posse non præcipuum, sed solam iudicasse. Itaque ille perfectus ut animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum. Voleat autem qui eloquentia principatum petet, id est, qui summus haberi cupiet, contenta voce, forte, et quasi est chordis cōtentis edita, atrociter dicere: quod est vti amplificatione, et gratui genere dicendi: vt si agat haec, O mulieris felius incredibile, O libidinem effrenata et inauditam, O audaciam singularem. Voleat summissa voce, depresso, suau, et ea quam vulgus appellat flida, leniter dicere, et vti genere leni et quieto. Ea voce efferratur haec oratio, Ex eius ore, melle dulcior fluebat oratio. Voleat videri grauis, et plenus authoritatis inclinata voce, id est, neque erecta, neque stante, sed deflexa ad medium penè temperamentum: vt si dicenda est haec oratio, Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non vim maiorem aliquam, non authoritatem excellentem, non nimiam gratiam: valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum: in periculo vero et in pernicio ciuium repudientur. Voleat idem miserabilis videri, dignissime que veria, inflexa voce, hoc est, subinde mutata ab acuto sono ad grauem: vt si sit hoc pronunciatione, O me miserum, o me infelicem, reuocare tu me in patriam Milo potuisti per hos, ego te in patria, per eosdem retinere non potero? Tres soni vocis omnino sunt, qui dicuntur accentus, acutus, grauis, inflexus: quorum nomen et ratio defluit a Græcis, quibus sunt ἀρχὴ ὁντας τρεῖς, δέσμη, βαρεῖα, πολὺτον, πλεύ. Ex illis acutus habet primas, non modò quia natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, ut postea dices, sed etiam quia simplex est, nec alterius gerit vices. Grauis accentus est natura secundus: est enim simplex, sed frequenter obit acuti minus. Nam si dicimus, Cicero magnus est vir, postremum acuitur verbum. Si vero dicimus, Cicero vir est magnus, idem verbum graui profertur accentu. Tum enim acutus in grauem mutatur, ne turpiter exultet actio. Circumflexus ex acuto grauique componitur, Ideoque numero tertius est, unde constat illum ordinem Græcorum a Cicerone mutatum, aut ut consuleret orationi, quia languida erat istuc, acuto, graui, inflexus: aut quia non ingratia est negligentia quodam circa res minores. Cur autem ex tribus sonis tanta sit et tam suavis varietas in cantibus, si forte quaris, hoc dicendum videtur, innumerabiles esse flexus inter acutissimum sonum et grauissimum: vocum genera esse per paucā, multas autem species, unde varia selectur illa modulatio. hoc modo ex tribus nervis organum musicum mille diuariat flexus, quum per gradus a summo tono deflectitur ad imum. Haec igitur posita sunt, ut orator qui norit tam multos esse vocū gradus, per illos voce discurrere assuecat: quia nihil est auribus odiosum magis, quam vox illa rigida que semper uno sonat modo cotumax.

C O M M E N T . Et quoniam Tertiam partem supradicta retulerat dum taxat ad elocutionem: ea nunc quoque comprehendit actionem, quæ (ut ait in Partitionibus) comes est elocutionis. Est

# ORATOR.

30

enim actio) Actio nomen habet à tragedis et comedis qui in scena gestum representant. Hac autem vox dicitur à motu corporis, ut pronunciatio à voce, per synecdochen. Vt unque se) Cicero tertio de Oratore luculentè explicat quo modo singulis affectibus voces sit aptandæ. Nam et) Sic Lentulus orator numerabatur propter elegantiam actionis, et hoc nomine Hortensius eloquentia erat commendabilior. Contra, Cotta alioqui disertus agendi deformitatem propemodum habebatur infans. Voleat igitur In miserationibus opus est vocis inclinationibus et inflectionibus, ut varijs sine toni et quidam quasi cantus: talis enim esse solet vox querula.

**VICTOR.** Quomodo autem dicatur) Qua ratione facundi laquamus. Atque motus) Totius quidem corporis. Totidem sunt, quot animorum) Miserabilem, miserabiles: fictorum, fictariorum, irate: et id genus alia. Cum quo iunctus est vultus) Qui facies forma quedam, et hypocrisis est rei, de qua agitur, accommodata. Nam et infantes actionis dignitate) Infans aliquando ad inanimata referimus: ut cum ait Horatius, Infantes sindic statuar. Aliquando ad animata sed bruta: ut apud Plinium, Est (inquit in 29. Naturalis historie) vermiculus in lingua canum, qui vocatur à Græcis litta: quo exempto infantibus catulis, nec grauidi sunt, nec fastidium sentiunt. Aliquando infantem puerum dicimus, quod fari nesciat, id est, verba, que intelligi possint, explicare: idque propter nimiam adhuc teneram etatem. Denique infantem minimè secundum, sicut hic Cicero. Vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas, et secundas, et tertias actioni) Nam rogatus iterum ac tertio quid in Oratore potissimum esset: respondit, Pronunciatione: nam ea actio etiam dicitur. Nam, quemadmodum Quintilianus inquit, Demosthenes quid esset in toto dicendi opere primum interrogatus, pronunciationi palmam dedit, idemque secundum, ac tertium locum, donec ab eo quare desineret, ut eam videri posset non praecipuum, sed solam iudicasse. Contenta voce) Quasi compressa: nam ita sit truculentior. Inflexo) Qui sit ex acuto et graui: ideo etiam inflexus vocitatur. Acuto, graui) Nam tot sunt accentuum genera: et tot a- apud musicos vetustissimos fuere toni, Phrygicus, Dorius, Lydius, qui has voces exprimebant: inde ad tredecim usque secundum Aristoxenum: secundum vero Ptolemaeum, qui Aristoxenum car- pit, octo.

**MELANCHTHON.** Est enim actio) Supradictum de inuentione, infelix de elocutione dicitur, nunc de actione agit. In has enim partes partitus est eloquentia. Ea autem apud nos actio commendatur, quæ quād minimum corpus commovet: nec possumus imitari veteres in hac parte, quum de actione et pronunciatione hodie nulla extant exempla.

Est autem in dicendo etiam quidam cantus obscurior, non hic **Non Gallicum** è Phrygia & Caria Rhetorum epilogus penè canticū: sed ille quem significat Demosthenes, & Aeschines, cum alter alteri obiicit vocis flexiones. Dicit plura etiam Demosthenes, illūmque saepē dicit voce dulci & clara fuisse. In quo illud etiam notandum mihi videatur ad studium persequendæ suavitatis in vocibus. Ipsa enim natura quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec una plus, nec à postrema syllaba citra tertiam: quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria. Ac vocis quidem bonitas optanda est, non enim in nobis, sed tractatio atque usus in nobis. Ergo ille princeps variabit, &

Hij

*Natura voluit  
indicare alia es-  
se eleuanda, aliæ  
deprimenda.*

# M. T. CICERONIS

Principē vocat mutabit, & omnes sonorum tum intendens tum remittens perfectū oratore. quetur gradus.

**S T R E B A E V S.** *A natura datur vox, ab arte flexus, à flexu gignitur cantus. Qui si temperatus est in actione, decet oratorem maximè in affectibus mouendis.* Cicero secundo de Oratore: *Quis enim cantus, moderat orationis pronunciatione dulcior inueniri potest? Idem si nimius est, accedit ad canticum carmēnq; phonasorum, nec oratoris actionem decet, sed ne lectionem quidem.* Sit, inquit Quintilianus, in primis lectio virilis, non in canticum dissoluta, nec plasmata, vi nunc à plerisque sit, effeminata: de quo genere C. Cæsarem praetextatum adhuc accepimus dixisse: *Si cantas, malè cantas: si legis, cantas.* Canticum oratorum sic agitat Persius, *Men moueat quippe, & caneat si naufragus, asserit Protulerim? cantas, quum fracte te in trabe pictum Ex humero portes?* Vitet igitur orator illam scenicam modulationem: *vitet vultans canticum Asianorum in epilogis ac perorationibus.* *Affectus animi concitandi sunt, non ad risus & cachinnos, sed ad utilitates & commoda caussarum.* Canunt autem poetae, sed obscurius. Canunt oratores etiam obscurius, & in omni pronunciatione, & maximè in amplificatione. Nam, quod ait Quintilianus, seq; Demosthenes per Marathonis & Platearum & Salamini propugnatrices recto sono iuravit: neque Aeschines Thebas sermone defleuit. Viterque igitur obscurore cantu modulatus est orationem. Quod quā fecisset ad rapiēdos animos, & ad facilius obtinēdā causā, nō caruit reprehēsione, iniusta quidē, sed tamē accusatoria. Aeschinius verba sunt, ὅλως δὲ τὰ δικαιώντα δὲ περγυνή οὐδέ τόνος τῆς φωνῆς. Tandem quid lachrymæ sibi voluit? quid vociferatio? quid tonus vocis? Demosthenes hoc refert, εἴ τ' αὖτις τὸ τέτταρα καὶ εἴ τός ἐστι φυντὸς τῆς ἡσυχίας δύσπειρος πνεύματος ἐφάνη, τὸ τριφωνικὸν καὶ συναλλαχός ἐμμετά τοῦ λόγου, συνέρει τὸ τοστὸ σαφῶς καὶ ἀπνοντι. Deinde nactus opportunitatem, & hoc tempus, orator ē quiete veluti quadam procella subito prodit: & ubi variò cantitauit, & verba meditanda collegit & orationes, continuat eas claro & infratio spiritu. Cantus hic in oratione, sicut cæcera omnia, cepit à natura seminarium, arte & humana industria collendum. Natura modulata est hominum orationem, certāque voces ad agendum dedit: & ut impetu quodam proferrentur animo concepta, & aurem feriret, in omni verbo posuit acutam vocem, nec una plus, ut esset varietas: nec à postrema syllaba citra tertiam, ne quid spiritus laboraret. Omne verbum aut unius est syllabæ, aut duarum, aut trium, plurimumve. Si in verbo trium syllabarum plurimumve fuerit accentus in tertia ab extrema, is semper erit acutus, ut Ολόσφορος, dominus. Si fuerit accentus in secunda à fine, aut acutus erit, αὐθόπω, virili, λύγος, δέος, aut circumflexus, ut οὐρανός, μέσα, Romānus, Rōma. Quod igitur inflexus ex acuto est & gravis, non defuerit acutus, si ponetur inflexus In ultima nunc est acutus, βαστάσις, dux. nunc circumflexus, βέσι, bōs. Nihil refert an unius sint syllabæ verba, an verò plurium. Nunquam gravis erit ultima, nisi quum verbum acutum ceperit aliam ab ultima sedem, propter quod mutariat accentum, ut διατλός ἐφη, dux locutus est: iam gravis hic est pro acuta. Ergo natura in omni verbo posuit acutam vocem, que quam altius ederetur, & reliquæ summissis consonarent, iucundam è varietate ciceret modulationem. Interim unum verbum duos habet accentus acutos, sed unum ab alio verbo dicit, ut Ολόσφορος, dominus. An acutam vocem dicit eam qua clarius auditur, magis que ferit aures, non illam tantum quam propriè dicimus acutam? At vocis quidem bonitas optanda est: non est enim in potestate nostra, sed à natura datur: tractatio tamen & usus, hoc est ratio regenda: vocis & efferenda, nos, scilicet laborū est. Quintilianus, Nam bene pronunciare non poterit, si incommoda obstat. Sed ne vox quidem nisi liberalis actionem habere optimam potest. Bona enim firmaque, ut volumus, ut licet: mala vel imbecilla & inhibit multa, ut insurgeat, exclamare: & aliqua cogit, ut summittere, deflectere, & raucas fauces, ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed ille

princeps & summus orator bonitate vocis fruetur, eamque variabit & mutabit, id est, sum intendit, sum remittet per omnes sonorum gradus.

**C O M M E N T A R I V S.** Est autem in dicendo) Hic cantus obscurus, est obscura vox inclinatio & inflexio qua licet viri in locis communibus atque affectibus, praesertimque in commiseratione: cauerat tamen a portet cantum, quo virtus plerique laborabant tempore Quintiliani, qui vocem ad cantum plasmate effeminabant. In quo illud) Si dictio sit polysyllaba cuius penultima sit brevis, accentus erit acutus in antepenultima. Sin penultima sit longa & ultima brevis, accentus erit circumflexus qui complectitur acutum. Sin penultima & ultima sint longae, accentus erit acutus in penultima. At dissyllaba dictio semper priori loco accentum habet acutum, nisi sint penultima longa & ultima brevis: nam tum habet circumflexum. At monosyllaba si natura est longa, circumflexum habet: si brevis, acutum. Item omnis dictio acutum habet accentum. Accusatio) Cornificia vox magnitudinem & firmitatem à natura dari scribit: sed molititudinem studiū acquiri, qua de causa olim dabant operam phonisko. Ergo ille) Fabius enim scripsit nihil esse turpius monotonia, id est similitudine toni, cum vocem nullo modo variamus.

**V I C T O R.** Non hic ē Phrygia, & Caria) Quem Græci ut vulgantem, ita barbarum dixerunt: & Caras, barbarophonus Homerus appellauit. In omni verbo posuit acutam vocem) Non equidem omne verbum acutam habet vocem: sed hoc dicit, In omni genere verborum, acuta inuenitur vox, in monosyllabo, ut est mūx: in dissyllabo, ut bōnus: in trissyllabo, ut Tullius: in tetrasyllabo, ut Tulliolus: ac ita deinceps. Nec vna plus) Nam si dictio vnam habet acutam vnam, plures acutas habere non potest, & ne quidem flexam ullam, idem de flexa intelligendum, at de grāni non idem dicere possumus. Vbiunque enim acuta, aut flexa non est, ibi sit grauis neceſſe est. In una tantum syllaba, est arsis in reliquo est theſis omnibus. Nec à poſtrema syllaba circa tertiam) Nam raro ultimum tenet locum tam flexa, quam acuta vox, penultimum autem, flexa semper acuta autem, & penultimum & antepenultimum, ante verò, nunquam: sed grauis tantum.

Non est in nobis) Potius optare, quām vendicare nobis bonam vocem possumus. Sed tractatio) Subaudi, in nobis est. Nam tractando ipsam possumus efficere meliorem. Intendens) Id est, exacens. Tum remittens) Grauans, vel infleſſens.

Idēmque motu sic vtetur, nihil ut supersit in gestu. Status erectus, & celsus: rarus incessus, nec ita longus: excursio moderata, eaque rara: nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum: non ad numerum articulus cadens: trunco magis toto se ipse moderans, & virili laterum flexione: brachij projectione in contentiōibus, contractione in remissis.

**S T R E B A E V S.** Actio conſtat ē voce atque motu. De motu breviter dixit, nunc aequē de motu qui continet gestum atque vultum. Gestus motus est aptus corporis atque membrorum, ut capitilis, frontis, oculorum, narium, oris, menti, cervicis, humerorum, manuum, pectoris, ventris, laterrum, pedum, de quibus singulis Fabius multa: quia sicut ambitiosè gestum seruauunt Athenies tēpore sua libertatis, ita ambitiōsus multo Roma captauit. Cicero pauciora dicit, nec enim precepit apud, sed quid optimum sit in singulis, indicat. Motu, inquit, sic utatur orator, id est, sic in agendo moueat corpus & membra, nihil ut supersit in gestu, ut spectator nihil in gestu pulcherrimo desideret. Hoc assequetur, si, quoniam stare debet orator in agendo, fuerit status erectus & celsus, non incurvus, ut rusticorum: non deiectus, ut verecundiæ puellaris: non contraēbus, ut scelerati me-

Hoc est, in dicendo non multum & predicitur aut regreditur.

## M. T. CICERONIS

tus & pudoris non pronus & titubans, ut ineptorum & inconstantium. Hoc positum est in toto quasi corporis trunco. Iam subiicit precepta de partibus. Sit rarus incessus, nec ita longus. Proferat orator pedem, ne statua more stet iunctu pedibus, sed per raro incedat, aut si quando licet, sit eame brevis incessus, ne qui dicit, sui prorsus immemor aut securus esse, aut deambulare videatur. Etenim quemadmodum turpe ducimus eos qui de suggestu ad populum verba faciunt, hic illuc cursum, totamque per currere cathedram: sic turpe videbatur, oratorem ad subsellia dicitem, aut longius incedere, aut celeriter excurrere. Sit igitur excursio moderata, id est, temperatus & modicus a statione proiecitus gradus: de quo sic est Quintilianus iudicium: Procuratio opportuna, brevis, moderata, rara. Conuenit etiam & ambulatio quadam propter immodicas laudationum moras: quanquam Cicero rarum incessum, nec ita lögum probat. Discursare vero, & quod Domitius Afer de Sura Massilio dixit, sat agere, ineptissimum: urbanèque Flanius Virginius interrogavit de quodam suo Antisophiste, quoniam millia passuum declamasset. Nulla sit mollitia ceruicum, nec enim ceruix rigida esse debet, ut in homine ceruicoso: nec mollis, & fluctuanti similis, ut in lepidulo amatore. Dixit autem rellum casum mollitiae, non mollities, propter literam sequentem: & ceruicum, non ceruicis, quod illud verbum singulariter rarius usurparetur. Nam primum Hortensius ceruicem singulari numero dixisse fertur. Nullae sint argutiae digitorum, nullae celeres & quasi fortientes digitorum vibrations. Nec enim summi viri est in dicendo precipites agitare digitos, nimilque mobiliter ad verba iaculari. Id prestatior ille faciat, qui obstupente plebecula nubes versat in cyatho. Ne ad numerum cadat articulus. Is est tibicinum gestus, qui ad rhythmum numerumque carminis articulos fleant, & vincula membrorum. Trunco magis toto quodam singulis corporis partibus se ipse moderetur & decenter gerat Orator, & virili laterum flexione, id est, que virum amplissimum deceat, se temperet. Brachium proicit, longèque promoueat in contentionibus, hoc est, gravioribus in locis & amplificationibus, que acriter & vehementer instant, ideoque contentione vocis egerit. Contraria brachium admoueat corpori in remissis orationibus, que tranquilla voce dicuntur.

**C O M M E N T A R I U S.** Excursio) Incessus lenior, excursio concitior, si cum incessu comparetur. Non ad numerum) Metaphora est ducta a saltatoribus, qui pedes & cætera membra ad numerum mouent. Sic nonnulli oratores numeros periodoru consequuntur motu digitorum.

**VICTOR.** Nihil ut superfit in gestu) Ne quid in motu corporis sit nimium, ac redundet. Rarus incessus) Pedum ante commotio. Excursio) Pedum celeris commotio. Nulla molitiae ceruicum) Ne ceruix molliter proclinetur. Nulla argutiae digitorum) Eleuationes sursum, ac deorsum, ante, & pone. Non ad numerum articulus cadens) Ne digitorum quidem articuli ad numerandum inflectantur. Trunco magis toto se ipse moderans) Quod & Quintilianus de pronunciatione ipse quoque commonet, ut totius corporis virilis motus sit. Brachiū proiecione) Vbi quid concitatum pronuntietur.

Vultus vero, qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum venustatem? in quo cum efficeris ne quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est quedam magna moderatio. Nam ut imago est animi vultus, sic indices oculi: quorum & hilaritatis & vicissim tristitiae modum, res ipsæ de quibus agetur, temperabunt.

**STREBÆVS.** Vultus est motus pars altera, qui secundum vocem, id est, post vocem in actione principem, plurimum potest. Affert enim tum dignitatem, cum venustatem. Dignitas est

in maiestate quadam, venustas in elegancia, quæ spectatori placet. Ea de re Quintilianii verba sunt: Dominatur autem maxime vultus, hoc supplices, hoc minaces, hoc blædi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc summiſi ſumus, hinc pendente homines, hunc in tuentur, hunc ſpectant etiam antequam dicamus, hoc quidam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus, hic eft ſepe pro omnibus verbis. Hanc varietatem in hiftrionibus videas, pro ratione personarum quas agunt, vultum mutantibus. In vultum duo virtus cadunt, vt vultuosum, & ineptum. Vultuosum, non triste, vt quidam interpretantur (vultus enim tristis ſepe deceat) ſed vultuosum, crebro vultu nimiq; variatum. Inclinationes in oſis, authore Nigidio, nimium ac præter modum ſignificant, & idcirco in culpas cadunt, vt vinofus, famofus, morofus, ebrofus. Ineptum eft quod aut perſone, aut rei, aut temporis, aut loco non conuenit. In vultu ſunt oculi: teſtatur Quintilianus hiſ verbis, Sed in ipſo vultu plurimum valent oculi, per quos maxime animus emanat, vt circa motum quoque & hilaritate niteſcant, & tristitia quoddam nubilum ducat. Id ex hoc fonte deduxit: oculorū eft quædam magna moderatio, hoc eft, magnum eft & in primis honestum oculis bene moderari. Ostendit hac cōparatione, Quemadmodum vultus plurimum valet, quia imago eft animi vultus, id eft, ſignum quoddam interioris affectus: ſic oculorum moderatio plurimum valet, quoniam animi ſunt indices oculi. Ut animus igitur erit affectus, ſic erunt oculi regendi, atque ratione moderandi. Quod igitur nunc hilares, nunc tristes eſſe debent, utrum modum & utram moderationem tenere debeamus, res ipſe de quibus ageatur, & ſubiecte quæſtiones noſ docebunt. Cicero tertio de Oratore: Sed in ore ſunt omnia, in eo autem ipſo dominatus eft omnis oculorum: quo melius noſtri ſenes, qui perſonatum ne Rofciū quidem magnopere laudabat. Animi eft enim omnis actio, & imago animi vultus eft, indices oculi. Nā haec eft una pars corporis, que quot animi motus ſunt, tot ſignificationes & mutationes poſſit efficiere, quare oculorum eft magna moderatio. Oculi ſunt quorum tum intentione, tum remiſione, tum coniectu, tum hilaritate, motus animorum ſignificemus aptè cum genere ipſo orationis. Eſt enim actio quaſi ſermo corporis: quo me ſigis menti congruens eſſe debet. Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni ſet as, caudam, aures ad motus animorum declarandoſ dedit, hæc ille. Percurre totum locum, vt hac propè eadem facilius perlustrare poſſis.

**C O M M E N T.** In quo cum Nonius Marcellus in hunc locum, vultuosumq; accipit pro tristiſi: Fabius tamen cum praecipit ne actio mutationibus fit vultuosa, & gemitationibus moleſta, vultuosum accipit pro nimia vultus mutatione.

**V I C T O R.** Qui secundum vocem) Id eft, ſecundo loco, poſt vocē vultus præcellit. Aut vultuosum) Id eft, vultus animi expreſſione, moderatum enim vultus motum eſſe decet. Ut imago eft animi vultus) Nam inde enim nomen habet, à voluntate ſi quidem eft appellatus. Sic indices oculi) Id eft, ita mentem ostendunt tum ſed etiam, tum perturbatam, aut moderatis affectibus commotā. Res ipſe, de quibus ageatur) Quoniam ipſe res praſcribent, quales nos eſſe conuenit.

Sed iam illius perfecti oratoris & ſummæ eloquentiæ species exprimenda eft: quem hoc vno excellere, id eft oratione, cætera in eo latere, indicat nomen iſum. Non enim inuentor, aut compoſitor, aut actor hæc complexus eft omnia, ſed & Græcè ab eloquendo ἐπιτοξε, & Latinè eloquēs dictus eft. Cæterarum enim rerum quæ ūnt in Oratore, partem aliquam ſibi quiske vendicat: dicendi au-tem, id eft eloquendi, maxima viſ ſoli huic cōceditur. Quanquam enim & philosophi quidam ornatè locuti ſunt, (ſiquidem & Theo-

Quia dicitur oratorum nō inuentor ab elocutione ſci licet. Ergo iſta eft principia vir-De oratione phi-losophorum.

# M. T. C I C E R O N I S

phrasus à diuinitate loquendi nomen inuenit, & Aristoteles Iſo-  
cratem ipsum lacessiuit, & Xenophontis voce Musas quasi locu-  
tas ferunt, & longè omnium quicunq; scriperunt, aut locuti sunt;  
extitit, & eloquentia & grauitate princeps Plato.)

S T R E B A E V S. Ut orationem, id est, oratoris elocutionem paulò ante commendarat,  
quod planum faceret pauciora de ceteris partibus esse dicenda: sic rursum eam commendat: ut eo plus  
artis adhibeat. In quo virutur autoritate Græcorum atque Latinorum: qui quum fecissent doctrinæ  
dicendi quinque partes, ab elocutione sola, quod ea pars esset eloquentium propria, dixerent rheto-  
ricen. Orator illorum sententia hoc uno excellit, id est oratione, quæ oratoris est dictio. Ceteræ par-  
tes in eo latent, quoniam minus illustres sunt et insignes, ut res propriæ magis prudentiae quam  
artis, idcirco multarum artium communes. Ea de causa non dictus est inuentor ab inuentione: neq;  
compositor ab artificio rerum collocatione: neque actor à pronunciatione: quanquam hæc arte com-  
plexus est omnia: sed et Græci ab eloquentia grecis et Latinis eloquens dictus est grecus, ut ait Su-  
das, τὸ παλαιὸν κέρχετο δίκην συμβολῶν, καὶ δικηφόρος ἦν λέγεται, εἰ το  
ὺ, ἀδικοῦσσε, ἀπέτεινε το βελτίστη, δικαιοτάτη συμβολῶν, εἰτ' εἰ δικαιοίοις λέγεται. Rhe-  
tor olim dicebatur i qui populo consiliū dabat, quique ad populu conciones habebat; siue apte di-  
ceret, siue id facere non posset; siue ex optimo iure et equissimo consilia tractaret, siue propriis ca-  
ptionibus niteretur. Hæc verba transcripsi, ut planum facerem Græcos in rhetore maximè spectasse  
se dictiōnē. Est grecis dictio, grecus eloquens: quia à grecis verbo antiquo videntur esse deducta. Ce-  
terarum verū quæ sunt in oratione, ut inuentio, dispositionis, memorie, partem aliquā sibi quisq;  
vindicat, ut Dialecticus, Physicus, Musicus: eloquendi maxima vis huic soli conceditur. Nam si  
vis aliqua dicendi multis aliis, ut poetis, historicis, philosophis conceditur, qui de re sua copiose et  
ornatæ loqui possunt: et tamen vis et facultas et duximus neque maxima, neque perfecta, sed ab  
oratore et eius libris petita, ac in uno tantum genere laudabilis. Persequitur enim eandem propæ  
loquendi viam, nec periculose cura aduersario pugnat. Vis illa maxima, quæ more veteri prælium  
forense committit, in omnes se versat modos, pro temporibꝫ causæ, et eloquentiæ dignitate. Cice-  
ro primo de Oratore, Quamobrem si ornatæ locutas est, sicut fertur, et mibi videtur, Physicus ille  
Democritus, materies illa fuit Physici, de qua dixit: ornatus vero ipse verborum, oratoris putidus  
est. Et si Plato de rebus à ciuilibus controversis remotissimis diuinitus est locutus, quod ego conce-  
do: si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis de quibus disputauerint, eloquen-  
tes, et in dicendo suaves atque ornati fuerunt, sint haeres de quibus disputant, in aliis quibusdam  
studiis: oratio quidem ipsa propria est huius unius rationis de qua loquimur et querimus. Hoc  
enim est proprium oratoris, quod sepe iam dixi, oratio grauis et ornata, et hominum sensibus ac  
mentibus accommodata. Quibus de rebus Aristotelem et Theophrastum scripsiſſe fateor. Sed vide  
ne hoc Scœuola totum sit a me. Concedit illis viris eloquentiæ speciem quandam ab oratoribus pe-  
titam, non tamen eos dicere, sed ornatæ loqui: non orare, sed sermocinari existimat. Theophrastus d  
diuinitate loquendi nomen inuenit. Laertius, τοῦτον λεγούσινον, θεόφραστον διὰ τὸ φερ-  
ον: θεός ον Αριστοτέλης μετωνόματος. Eū cui Tyrannus nomen esset, ab elocutione diuina Ar-  
istoteles Theophrastum nominauit. Deus deus, φερόντων loquor. Aristoteles Isocratem ipsum, id est,  
tum facundia præcellentem, lacessiuit. Quintilianus 1. cap. 3. libri, Isocratis præstantissimi discipulis  
fuerunt in omni studiorum genere: et que iam seniorc (οἰταυμ enim et nonagesimū implevit an-  
num) pomidianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam capít, noto quidem illo, ut tradi-  
tur, versu ex Philoleteta frequenter versus, οὐχὶ οὐαπτεροῦ μὲν, καὶ ιονεγήτυριζηλεγεν.

recere, & Isocratem pati dicere. Cicero *Tusculana prima*, Aristoteles vir summo ingenio, summa & scientia copia, quam motus esse Isocratus rhetoris gloria, dicere etiam caput, adolescentes docere, & prudentiam cum eloquentia iungere. Xenophontis voce musas quasi locutae ferunt. Laertius, *ancientē de rebus æstheticis μόσα, γλωττὴ τὸ ιζηλωτικόν*. Xenophon Attica musa vocabatur a suauitate & facilitate dicendi. Quintilianus: Quid ego commenorem Xenophontis illam iucunditatem in affectatam sed quam nulla affectatio consequi posse? ut ipse sermonem gratiae finxisse videantur, & quod de Pericle veteris comedie testimonium est, in huc transserri iustissime posse, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam. Longe omnium quicunque scripserunt, aut locuti sunt, id est, vsi sum scripto, tū sermone non scripto, extitit & excelluit gravitate princeps Plato. Quid Platonis Cicero tribuat, multis in locis testatur, nec res erit obscura legentibus Platonem, cur tantifecerit eum Cicero: quanquam satis est ad maximam laudem, illum plus omnibus placuisse Ciceroni. Hincum Quintilianus extollit: Philosophorum, inquit, ex quibus plurimum se traxisse eloquentie M. Tullius confitetur, quis dubitet Platonem esse præcipuum? siue acumine differendi, siue eloquentiæ facultate diuina quadam & Homericam multū enim supra profum orationē, & quā pedestre Graci vocat, surgit: vt mihi nō hominis ingenio sed quodā Delphico videatur oraculo instinctus.

**C O M M E N T A R I U S.** Sed iam illius) Propriam esse oratoris elocutionem probat ab etymologia: quia ab aliis partibus non est appellatus, sed ab elocutione eloquens, & ab oratione orator. Non enim inuentor) Sic in libello de optimo genere Oratorum appellat Cicero compositionem, collocationem & dispositionem. Dicendi autem) Libro primo de Oratore distinctione quancunque ornata pater oratorium. Hic philosophus, historicus, & sophistis ornatum quoque tribuit orationem, cuius causa est, quia statuit oratorem describere ab eloquentis contentionum forensium.

Siquidem &) Nam antea vocabatur Tyrtanus, sed ab Aristotele propter diuinitatem eloquendi Theophrastus est appellatus.

**VICTOR.** Hoc uno excellere) Id est, oratione. Nam ab oratione, orator est appellatus: tametsi Plutarchus in Problematis & ἡ τῆς ὀγκοῦ, id est, à concitatione tum animi, tum orationis dictum putet. Cetera) Quæ sunt inventionis, dispositionis, pronunciationis, memoriae: quæ in oratoris nomine omnia occultantur. Non enim inuentor, aut compositor) Id est, qui quæ inuenit, dirigit. Aut actor) Id est, pronunciator. Complexus est omnia) Sicut orator. Sed & Graece ab eloquendo rhetor) Nam à tertia persona præteriti pauci, quæ ἔργα του, id est, dictum cum fuscundia est, sit rhetor: Latine, inquit Cicero, eloquens valeat, tametsi rhetora nos dicamus, qui rhetorica docet. Cæterarum enim rerum) Inventionis, dispositionis, memoriae, pronunciationis. Siquidem & Theophrastus diuinitate loquendi) Siquidem δεὸς deus: & φέγμι, locutio Latinè dicitur. Et Aristoteles Isocratem ipsum laeſiuit) Philosophus oratorem prouocauit.

**M E L A N C H T H.** Sediam illius) De elocutione, quæ propriè ad oratorem pertinet. Actio enim etiam est his triorum. Inventionis & dispositio, sunt omnium prudentium hominum.

Tamen horum oratio neque neruos, neque aculeos oratorios ac forenses habet. Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt, quām incitare. Siquidem de rebus placatis, ac minimè turbulentis, docendi cauſa, non capiendo loquuntur: vt in eo ipso quod delectationem aliquam dicendo aucupentur, plus nonnullis quām necesse sit, facere videantur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam de qua nunc agitur, secernere. Mollis est enim oratio philosophorum & vmbritilis, nec sententiis, nec ver-

Neruos vocat  
valentia & si-  
lida argumēta.  
Exemplum phi-  
losophice ora-  
tionis apud Cic.  
in Offic.

## M. T. C I C E R O N I S

bis instructa popularibus, nec iuncta numeris, sed soluta liberius. nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum: casta, verecunda, virgo incorrupta quodam modo. itaque sermo potius quam oratio dicitur. Quanquam enim omnis locutio oratio est, tamen vnius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.

**S T R E B A E V S.** Ut siungatur orator a philosophorum eloquentia, a sophistarum, ab historicorum, a poetarum, quibusdam proprietatibus ostendit, ut explicet idem qualis fuerunt sit. Philosophorum oratio neque neruos neque aculeos oratorios ac forenses habet: neque enim collectatur aduersario, neque nerorum firmitate contendit, neque aculeis pungit et instigat obsistente, hoc est, non munit omnia crebris enthemematis, appendicibus et negotis rerum quae circunstantiae vocantur, affectibus, amplificationibus, aliisque monumentis, quibus ut propugnaculus belli temporibus oppidani muros, sic orator suam firmat causam. Sunt oratorij nerui, probations, acuclci, contentiones, affectus, et amplificationes. Aristoteles probationem tanquam corpus orationis, et robur constituit, cui postmodum et reprobavit. Et propter hoc quod etiam probatio et probatorum et de modis probacionis, de modis probatorum et de modis probacionis. Sola probations artificiales sunt, reliqua, quasi accessio quedam est. Isti vero de enthemematis nihil loquuntur, quod corpus est probacionis. Ut tunc philosophi probatio et syllogismo quasi neruo, sed is mollior est et laxior, et quietior, nullisque rebus adiunctis munitus atque firmatus, ut sententias popularibus, ut affectu, ut atrocitate, ut numero. Non adducuntur artis eius professores ut id verum putent, nisi planum fiat exemplo. Proferamus igitur Ciceronis argumentum in T. Roscio: Quid si accedit eodem, ut tenuis ante fueris? quid si ut auarus? quid si ut audax? quid si ut illius qui occisus es, inimicissimus? Num querenda causa, que te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo horum negari potest? Tenuitas hominis eiusmodi est, ut dissimilari non queat, atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. Auaritiam prefers, qui societatem coieris de municipi cognati que fortunis cum alienissimo. Quid sis audax, ut alia obliuiscar, hinc omnes intelligere potuerant, quod ex tota societate, hoc est, ex tota sciaris, solus tu invenitur es, qui cum accusatoribus sederes, atque os tuum non modo ostenderes, sed etiam offerres. Inimicitias tibi fuisse cum Sexto Roscio, et magnas rei familiaris controversias, concedas necesse est. Restat iudices ut hoc dubitemus, uter potius Sextum Roscius occiderit, is ad quem morte eius diuinita reverint, an is ad quem mendicitas? Is qui ante tenuis fuerit, an is qui postea factus sit egentissimus? Is qui ardens auaritia feratur infestus in suis, an is qui semper ita vixerit, ut quaecumque nosset nullum, fructum autem cum solum quem labore peperisset? Is qui omnium sectorum audacissimus sit, an is qui propter fori iudiciorumque insolentiam, non modo subfelli, verum etiam urbem ipsam reformidat? Postremo iudices, id quod ad rem mea sententia maxime pertinet, utrum inimicus potius an filius? Hoc neruosum atque robustum argumentandi genus, et aculeatum. Nam pugnat acriter, et stimulat aduersarium. Hic philosophus argumentetur: In quo plures causa fuerunt, in conveverisimilius est crimen. In Tito Roscio plures causa fuerunt, ut tenuitas, quam vident omnes: ut auaritia, qua propinquum persequitur: ut audacia, qua adductus sedet in subfelliis: ut inimicitia cum Sexto Roscio nostrorum nihil est in Sexto Roscio. Ergo cades in Tito quam in Sexto verisimilius est. Hic neruus mollior est, et minores impetus habet. Id autem a rerum varietate comparatum est. Nam philosophi loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt quam incitare, quod melius eos docere possint. Orator agit etiam apud indoctos, quorum vult animos commouere, ut ligatorem seruare possit. Illi de rebus placatis, id est minimè turbulentis, ut de natura atque virtute,

docendi caussa non capiendo & fallendi loquuntur: siccirco simpliciter argumentantur: hic de rebus agit turbulentis s̄epe, non tam docendi caussa, quām mouendi atque capiendo. ea de re versat omnē lapidem, ne quid intentatum relinquit. Illi non opus aucupari delectationem, sed veritatem: huic tria incumbunt officia, ut doceat, moueat, & delecat. *Mollis est oratio philosophorū: nerosa atq; robusta oratorum bonorum.* Vmbritis illa est, ocio marcida, & contenta priuata: hæc in luce homi nū vt in publico versatur. Cedat igitur (vt ait pro *Murena*) stylus gladio, vmbra soli. Illa nec sententias nec verbis instructa popularibus, sed abditis doctisque sententiis constat, verbis autem vulgo inauditis nec elegantibus vestitur: haec sententias aptas populo: quāmque dicit eadem quā philosophus, multo facilius dilucidiusque dicit, verba de medio sumit nota omnibus, fortia tamen & grania, ut & intelligantur, & impellant. Illa caret numeris, & soluta liberius, ut puella incompta fertur: hæc compita pueræ similis, rebus aptat numeros, ut facilius animos afficere posit. Illa nihil iratum habet, id est, quod iram conciter audienti nihil inuidum, quod inuidiam moueat: nihil atrox, quod exagerer facinus: nihil mirabile, quod audienti afferat stuporem: nihil astutum, quod capiat fallatque disceptatorem: sed est casta, sene popularium opinionum corruptela, custos veritatis illius naturalis, virgo incorrupta quodāmodo, simplex oratio, integerrima virtutis indagatrix. Intellige orationem Platonis, Xenophontis, Theophrasti, & optimorum, non istorum qui se vocat philosophos, quum sint tamen infansimi. Oratio eloquentis inuidet, atrociter adauget, admirationes inducit, nolentem trahit, se commiscet populari contagione, ut ad sanitatem reducar: audax irumpit, & tanquam virago & Amazonum fortissima aditum rumpit, queritque victoriā. Ergo qui consueuerunt vmbritates agitare disputationes, si veniant in publicum, ubi magnis de rebus oratio dicenda est, noctuarum more caligant, ac perosi lucem, vita genus vmbrosum preferunt. Pauci feliores ex philosophis oratores facti, frustra suadent istis querulis buponibus, quām difficile sit in publico bene versari. Hinc sit ut oratores boni fuerint pauci, philosophi permulti. Hinc sit ut mille in scholis garriant, pauci admodum populum dicendo cum admiratione teneant. Hinc sit ut plerique ex aratro cursu incitato se profiteantur philosophos, doctissimi viri vix tandem admittantur in cancellos. Itaque philosophorum sermo potius quām oratio dicetur. Sermonem quidem omnium est, oratio paucorum. Ab orando autem dicendōque nomen est oratoris, eiusq; locutio pro prietate dicitur oratio. Hæc quum ita sint, malum summum philosophum, quām mediocrem oratorem: & summum oratorem, quām philosophum summum.

**C O M M E N T A R I U S.** Loquuntur cum) Philosophi perturbationes vitiosas esse dicunt: eorum itaque oratio est comparata duntaxat ad docendum, ut interim reprehendantur philosophi, qui oratione delectationem sunt consecuti. *Mollis est enim) Distinguit orationem philosophicam ab oratoris dictione, charactere, sententiis, compositione, affectibus.* Itaque sermo) Cicerone libro primo Officiorum orationis duo statuit genera, sermonem & contentionem. Sermonem traxit circulis, congregatis, disputationibus philosophicis. Contentionem oratori. At hoc loco per antonomasiā tribuit ei orationem.

**VICTOR.** Quorum sedare animos malunt) Id est, argumentis & ratione mitigare.

Quād incitare fide) Fidem faciendo. Docendi causa) Non mouendi, ut oratores. Plus nonnullis, quād necesse sit, facere videantur) Id est, non tam docendi causa dicere videantur, quād fallendi. Ab hoc genere) Subaudi philosophico. Nec iuncta numeris) Non numerofa, id est, rhythmica: ut oratorum, de qua mox abunde dicetur. Itaque sermo potius) Quo inter nos sermocinantes utimur.

Sophistarum, de quibus suprà dixi, magis distinguenda similitudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores, quos adhibet ora-

*Sophistariora.  
tio. i. Socratis.*

## M. T. C I C E R O N I S

*Multa dicunt ut tor in causis, persequi. Sed hoc differunt, quod cum sit his propo-  
luptatis causa, situm non perturbare animos, sed placare potius, nec tam persua-  
que tamen non  
sunt firma.  
Are discedunt, concinnas magis sententias exquirunt, quam probabiles : à re sepe  
cū sāpe vnu-  
tū metaphoris discedunt, intexunt fabulas, verba apertius transferunt, eaq; ita dis-  
ponunt, vt pictores varietatem colorum: paria paribus referunt: ad-  
longius ductis.  
uersa contrariis, sāpiissimēque similiter extrema definiunt.*

*S T R E B A E V S. A sophista distinguit oratorem. Sophistas appellatos esse philosophie  
et eloquentia professores diximus, ut Protagoram, Thrasymachum, Gorgiam, Isocratem: quorum  
plerique ocio freti scripserunt orationes, easque floribus et ornamentis omnibus resperserunt. Hoc  
vnum illis deesse putas, quod domi scripta, non habite sint in conuentu. Quamobrem comparantur  
militum tyrocinio, qui in campo exercitati, nunquam conseruerunt prælio manum. Hoc igitur ab  
Oratore Sophista differt, quod veteranus miles à tyrone. Sophistarum, inquit, magis quam philosophorum  
distinguenda similitudo videtur, quia persequuntur et collectos intexunt omnes flores;  
hoc est, dicendi figuræ, quibus in cauſe veſtit Orator. Ea sunt ornamenta figurarum, tum diavo-  
læ, tum λιγεως, adiunctis etiam numerorum modis. Sed hoc differunt, quod apertius ostentant orandi  
voluptates, ut allegorias, ut paria relata, ut contraria, ut similiter definitia, ut suaves numeros, ut  
concinnas sententias, ut egreſſiones plausibiles, ut iucundiores fabulas, quibus omnibus Orator in  
consiliis et iudicis parcius et rarius utetur. Huic enim sepe propositum est perturbare animos,  
non voluptate mulcere: persuadere, non tantum delectare: ut in accusationibus, in querimonie, in am-  
plificationibus, in omni cauſa graui, in instanti periculo. Quibus in rebus si compiti orationem,  
non intempeſtiū dicetur illud Persianum:*

*Fures, ait Pedio: Pedius quid? Crimina rasis*

*Librat in antithesis, doctas posuisse figuræ*

*Laudatur. Parcius ergo interponet delicias orationis, quibus frequenter et aperte utuntur So-  
phistæ ac poeta, quoniam virisque propositum est placare animos atque delectare. Poetæ quidem  
concinnas magis aptant sententias quam probabiles, ut Virgilius multas de Elisa, et rebus infe-  
rorum. Dere sepe discedunt ad aliquod genus descriptionis aut personarum, aut rerum, aut loci,  
aut temporis. Intexunt fabulas et admirationes: verba apertius transferunt, ut, Luctantur mar-  
more tonsa. Verba collacant, ut pictor colores: ut Virgilius in aliis multis, et in his versibus:*

*Restitit Aeneas, claraque in luce refluit,*

*Os humerosque deo simili: namque ipsa decoram*

*Casarem nato genitrix, lumineque inuictæ*

*Purpureum, et laetos oculis afflarat honores:*

*Quale manus addunt eboris decus, aut ubi flauo*

*Argentum Pariūsue lapis circundatur auro.*

*Paria paribus referunt, ut omnes Hernici versus sunt quantitate pares; et in illis paria sepe mem-  
bra: ut,*

*Hic Dolopum manus, hic saevis tendebat Achilleus*

*Clavisbus hic locus, hic acies certare solebant.*

*Ingentes animos parvo sub peccore versant.*

*O nimium calo et pelago confisereno,*

*Nudus, et ignota Palivure iacebis arena.*

*Contraria opponunt: ut,  
Similiter extrema definiunt.*

Talem propè suavitatem querunt Sophistæ. Cöcinnas magis sententias exquirunt quād probabiles, ut hanc Plinius in Panegyrico. Corrupta est disciplina castrorum, ut tu corrector emendatorque contingeres. Inductum pessimum exemplum, ut optimū opponeretur. Postremò coactus præcepit quos nulebat occidere, ut daret principem qui cogi non posset. Are saepe discedunt, intexunt fabulas, ut Isocrates in encomio Helenæ facit, repetens res à Theseo gestas, ac miscens admirationes fabularum. Exempla longiora sunt, quād quæ suis verbis exponi debeant. Verba apertius transferunt, ut Plinius, Resistimus ut in communī domo, quam nuper immanissima bellua plurimo terrore munierat, quum velut quodam specu inclusa, nunc propinquorum sanguinem lambaret, hunc se ad clarissimorum ciuium strages cœdēsque proferret. Obuersabantur toribus horror & mine, & par metus admissis & exclusis. De suauī compositione, de paribus relatis, de contrariis, de similiter definitis, hoc eiusdem vnum sit exemplum. Nō enim periculum est ne quum loquar de humanitate, exprobriari fibi superbiam credat: & quum de frugalitate, luxuriam: quum de clementia, crudelitatem: quum de liberalitate, auaritiam: quum de benignitate, liuorem: quum de continentia, libidinem: quum de labore, inertiam: quum de fortitudine, timorem.

**C O M M E N T.** Sophistarum) Ex his quæ suprà dicta sunt de genere epidictico, facile est oratorem à sophista se iungere, vel hoc vno, quòd concinnitates dicendi sophistis liberiores sunt quād oratoriis. Crebrius: concinnas) Concinnæ illæ sunt argutæ ex genere sophistico, Inductionem orationam peruerterat tempore Fabij, vt, Sume venenum, decet luxuriosum bibendo mori. Quæ sententias damnat Fabii.

**V I C T O R.** Sophistarum, de quibus suprà dixi) Ita enim à Græciis dicuntur, qui iuuenes precepta docent rhetorica. Quod cùm sit hic propositum) Cùm, inquit, sibi sophistæ in declamationibus, vel, quemadmodum Isocrates scribit. Non perturbare animos, sed placare) Intexunt fabulas delectandi causa: ut de laudibus Helenæ fecit Isocrates. Paria paribus referunt) Ut tunc tur eis figuræ, quæ parisa appellantur, de quibus mox dicetur. Aduersa contraria) Quæ antitheta vocant. Sapientemque similiter extrema definiunt) Quæ dicunt homœoteuta.

Huic generi historia finitima est, in qua & narratur ornatè, & regio saepe aut pugna describitur: interponuntur etiam conciones, & hortationes: sed in his tracta quædam & fluens expetitur, non hæc contorta & acris oratio. Ab his non multo secus quād à Qui ab historia est similis poemati, recipiens multas personam, ut Pisonis: aut rem, ut Antonij luxuriam. Conciones habet in Seruiliū Rullum. Exhortatur populum Romanum in Antonium. Hæc illi & historiographo communia sunt. Cæterum in tractatione & figura dicendi non conuenit ei cum memoriarum scriptoribus. Et enim Cicero & oratores s. boni, quòd moreant animos, affectus intericiunt: ad hoc sumunt amplificationem, acerbum & græcæ dicendi genus, quod contorqueant more fulminis, ut animum feriat acris & vehemens oratio. Historicus autem non tam mouere lectorem quād docere contendit. Trabit igitur & tanquam flumen in longum deducit orationem, ut fluat æquabiliter, & perpetuo quasi filo decurrat ad finem. Non remoratur cursum, non exilit, non exclamat, non attestatur, nō interpellat, non acriter exaugerit, non impetu frangit obſtentem. Res gestas exposuisse contentus, æquabili penè fluxu ad finem usque prouoluitur. In concionibus, ut magistratus ad populum in exhortationibꝫ, vi im-

## M. T. CICERONIS

peratoris ad milites, assurgit, & agit oratorem: sed tum ferè summae capitæ quæ rerum colligit, non insistit in rebus explicandis: & inocio scriptitans, vel nihil vel parum mouetur atrocitate rerum. Quibus de causis multo remissius scribit, quæm quid agitatus est & inflammatus acerrima pugna forensi. In historiis igitur tracta quedam, id est, summi& deducta, & fluē, similis aquæ per levia currenti, expeditur, non hæc qua vtuntur oratores, contorta, huc illuc impetu iacta, & acrius ac virgens oratio. Id, si bonum videtur, illustreremus exemplo. Factum Verris in Grauium Cosanum Cicero narrat actione septima: Ipse inflammatus scelerè & furore, in forum venit, ardebat oculi: toto ex ore crudelitas emanabat: expectabant omnes quod tandem progressurus, aut quidam astutus esset: quum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virginas expediri iubet, clamabat ille miser, se ciuem esse Romanum, municipem Cosanum, meruisse se cum L. Precio splendido equice Romano, qui Panormi negotiaretur, ex quo hec Verres scire posset. tum iste se compensisce ait eum speculandi causa in Siciliam ab ducibus fugitiuorum esse missum: cuius rei neg; index, neque vestigium aliquid, neque suspicio cuiquam esse villa, deinde iubet vndeque hominem proripi, vehementissime que verberari. Cœdebatur virginis in medio foro Messanæ ciuis Romanus, Iudices, quum interea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur, nisi hæc, Cithis Romanus sum, hac se cōmemorazione civitatis, omnia verba de pulsurum, cruciaturumque à corpore deicturum arbitrabatur. O nomen dulce libertatis: O ius eximium nostræ civitatis: O lex Porcia, legesque Sempronie, adde quæ sequuntur. Hoc oratoria narratio est summis affectibus concitata. Historicus aliter narret, Verres in forum venit, hominem proripi & verberari iubet. ostendit ille se ciuem esse Romanum, municipem Cosanum, meruisse se cum L. Precio. Verres se compensisce ait eum speculandi causa in Siciliam ab ducibus fugitiuorum esse missum, ea de causa casus est in foro Messanæ, nec in eo leges Porcie & Sempronie seruate. Hoc narrandi genus historicum nullis ardet affectuum incendiis, sed utitur simplici rerum expositione, nisi quod interim suam pronunciat de resentientiâ. Hic Ciceronem cum Sallustio conferre possit de Catilinae coniuratione. Dicit quipiam, Antonius secundo de Oratore quum interrogasset, qualis Oratoris, & quanti hominis in dicendo esset historiam scribere, respondit Catulus, esse summi, quid igitur summus orator ab historico summo differet? Dicimus opus esse oratore summo, id est, eo qui unum illud genus optimè tractet, non eo qui omnibus in rebus summus est atque perfectus. Etenim historia ferè sui similis est, nec tam variat genera dicendi, quæd meloquentia forensis. Itaque paulo post Antonius, Verborum, inquit, ratio, & genus orationis fusum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluiens, sine hac judiciali afferitate, & sine sententiarum forensum aculeis prosequendum est. Hoc quoque in dubium venire potest, cur arbitretur ab historicis non multo secus quæd à poetis eloquentiam perfectam seuocandam esse? Hanc esse causam duco, quæd poete narrant sicut historici, regiones pugnâsque describunt, conciones interponunt, & exhortationes, adeo quæ interdum similes sunt, ut historiographi esse videantur. Quid enim Lucanus ab historicis differt, nisi poetico numero? Homerus in multis historiam meram persequitur, liberius tamen interxit fabulas, liberius egreditur, liberius in eadem re commoratur: quod etiam facit Græculi mendaces in historia.

C O M M E N T . Huic generi) Hæc verba expressit ex tertio libro Rheticorum ad Theoden. In Partitionibus vertit genus suæ naturæ fusum, & genus conservum atque muratum libro secundo de Oratore vertit orationem tractam.

VICTOR. \* Tria spatijs percurrens) Nam & tractus, regio, spatiūque nominatur. Non hæc contorta) Vibrata, & inflammata: quæ propriæ oratorum est. Ab his non multo secus, quæd à poetis) Hoc dicit, Non magis oratori vitanda poetæ eloquentia in dicendo, quæd historici est. Siquidem historicorum eloquentia proximè ad poetas accedit.

Nam etiam poëtæ quæstionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differunt ab oratoribus. numero maximè videbatur antea, & versu: nunc apud oratores iam ipse numerus increbuit. Quicquid est enim quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest à versu (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur, qui Græcè ἐνθυμητος dicitur. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis & Democriti locutionem, et si absit à versu, tamen quoddincitatius feratur, & clarissimis verborum luminibus vtatur, potius poëma putandum, quam comicorum poëtarum, apud quos, nisi quodd versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. nec tamen id est poëtæ maximum, et si est eò laudabilior, quodd virtutes oratoris persequitur, cum versu sit adstrictior. Ego autem etiam si quorundam grandis & ornata vox est poëtarum: tamen in ea cum licentiam statuo maiorem esse, quam in nobis, faciendorum iungendorumque verborum: tum etiam nonnullorum voluptati vocibus magis quam rebus inferuiunt. Nec verò siquid est vnum inter eos simile (id autem est iudicium electiōne verborum) propterea cæterarum rerum dissimilitudo intelligi nō potest. sed id nec dubium est, & siquid habet quæstionis, hoc tamen ipsum ad id quod propositum est, non est necessarium. Seiunctus igitur orator à philosophorum eloquentia, à sophistarum, ab historicorum, à poëtarum, explicandus est nobis qualis futurus sit.

*S T R E B A E V S.* Multa sunt poetarum & oratorum communia. utrique nullam non intentant quæstionem. utrique docere, mouere, delectare volunt. utrique ferè differunt ex communione hominum opinione. utrique relicta philosophorum nimia subtilitate, pleniorē magisque popularē dicendi rationem obseruant. utrique à propria causa ad thesin locosque communes egressi, longelatèque spatiantur. utrique admirationes inducent, & amplificationes, & inopinatos exitus. utrique selectio verbis compositis numero que comprehensis vtuntur. Quas ob restam pauci reperti sunt boni poetae, quam oratores summi atque perfecti: & vulgo dictum est nasci poetas: & hoc illi de se affirmare sunt ausi: *Est deus in nobis, agitante calescimus illo.* Itaque non immerito quæstionem attulerunt, id est, ut dubitaremus efficerunt, quidnam esset illud quo ipsi differunt ab oratoribus. Numero maximè videbatur antea, & versu, nunc quum Homerus, Hesiodus, Euripides, aliquæ veteres scriperunt ante tempora Thrasymachi & Isocratis, qui primi numeros inuenierūt. Ex illo apud oratores ipse numerus increbuit. Ut autem cætera, sic etiā numerus poeticus ab oratorio differt. In illo certi atque numerati pedes, ut sex partim dactyli, partim spondei numerantur in hexametro versu. In hoc pedes quidem sunt, sed neque certi neque numerati. In illo certa spatha, certi ordines, certique fines, ut in hexametris spatha sunt temporū quatuor, ordo est, ut prime quatuor sedes dactylo spodeo've statuantur, quinta dactyli, sexta spondei propria sit. Finem modumq; facit pes omnis sextus. Oratorio numero neque certa spatha, neque certi ordines, neq; certi fines, sed

*Nūc deprehēnsum est oratores suū habere versum & numerū, sed versus oratorum est liberius.*

*Oratores hoc dif-ferunt à poetis, & nō habēt ver-sum, nec tā cre-bras figurās.*

## M. T. CICERONIS

Et surium mensuram longis & breibus ad finem usque decurrit. Suaus & iucundus est numerus in hac Ciceroniana sententia, Nihil habet, Cæsar, nec fortuna tua maius, quād ut possit: nec natura melius, quād ut velis seruare quam plurimos. Hanc cūm Cicero modularetur, neque numerabat pedes, neque certa spatia metiebatur, neque pedes ordine præfinito collocabat, neque metram constituebat quam prætergredi religiosum esset. Quid dicitur? longas & breves tēperauit, ne quid aut tardius, aut celerius, aut asperius, aut in aequalitate salebrosum foret: nec ante cursum terminauit, quād subsistendum aures exercitare iudicasse. Hanc differentiam Quintilianus ostendit in nono: Cicero numerosum patet omne quod sub aurium mensuram aliquam cadit, hoc est omne quod aptè cadit, sive mque delectat, sive spatiorum comprehensione. Metitur aures & nimium curta, & redundat, & iusto modo terminata. Curtiora & redundantia repudiant, temperata & apta modicata numero censem. Is numerus orationis est vitium, si cadit in versum metrumque, cuiusmodi istuc est Ciceronis in Rullum, Is excipitur unus, ne manubias referre debeat. Iambicus est octonarius, qui nolentibus frequenter excidit in cursu maximū, & in ardore dicendi, quoniam ferè ex iambis nostra constat oratio. Caecilius euitādi sunt heroicē & elegi versus, deinde hendecasyllabi, ut Sapphicī, ut Phaleucī. Vitādi quoq; asclepiadi, ut subfuscantes: ut, Quid tu verberibus me miserum enecas? De verbis infra Cicero. Incidere vero numeros omnes in orationē, etiam ex hoc intelligi potest, quod versus sepe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vobis est vitiosum, sed non attendimus, neq; exaudimus nosmetipso. Senarios verbū & hyponasticos effugere vix possumus. Magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio: sed tamen eos versus faciliter agnoscat auditor, sunt enim usitatisimi. Inculcamus autem per imprudentiam sepe etiam minus usitatos, sed tamen versus, vitiosum genus, & longa animi prouisione fugiendum. Cur autem id vitiosum est? an q; indicat dicentis imprudentiam? an verò quia secundum est, orationem quae fluere debet, versicolorū frēnis illigare? an potius quia turpe est oratore non potuisse suum obire manus, quin usurpare alienum? Numerus à Græcis dicitur ἔβδος, quod est τέταρτος επτάδες, ἕξακοντάς μέδος ἀφων. Ordo consonans, ad harmonia consecutionem suavis & arguta modulario. Hesychius, ἔβδος, οκτώ, μέτρον, μέδος, ἀφων, ἑξακοντάς, τέταρτος, σύγκρισις. Rhythmus, regula, mensura, modulus in voce concors, consecutio, ordo, comparatio. Rhythmus autem sicut & numerus non in oratione modò nominatur, sed etiam in pedibus, manibus ac toto corpore consentiens & concors cum iucunditate motus. Quod edam oratio numeri magnitudine poemis videri potest, ut Platonis amplissimi philosophi & Democriti physici locutio, quae quasi vibratis numeris incitatius ac vobis est, & clarissimis verborum luminibus, id est præclaris figuris vtiatur. eorum oratio potius poena putandum quād in Comicorum poetarum, si poemis numerosum quiddam grande, oratum, sonorum dicimus. Nam Comicoru versiculi sunt iambici & trochaici, minuti, leues, summi, cotidiani, nulla modulationum plena symmetria concitati. Grandior & consonantior Platonis oratio, nō igitur opus est poetam maximum, certos aptare numeros sed virutes oratoris persequi, quem versu sit adstrictior, minisq; liberè pedibus feratur. Si quis (quod facile est) experiri volet, Platonis & Aristophanis sententias aliquot, aut Ciceronis & Terentij canet, ut quasi tibiarum majorum minorumque sonitum variantem dijudicet. Sicut autem numero differunt oratores & poete, sic etiam differunt licentia verborum. Etenim quanquam quorundam, ut heroicorum, grandis & ornata vox est poetarum, que sonitu cum oratione numerosa certare possit, tamen in ea licentia maior est faciendorum iungendorumque verborum. Verba deriuacione sunt, ut indigenitalis, incuruiscere. Compositione iunguntur, ut expectorare, versuilo quis. Tum etiam nonnullorum voluntati, ut ociisorum vocibus magis quam rebus & sententiis inferuiunt, ut quum fabularū vanitate remorantur auditorem. Num inter eos simile est, iudicium, electioque verborum, quod utriusque, ut antea diximus, electis verbis, compositis, modificatis, numerisque comprehensis veuntur. Quid

accipe dictum de elocutione: alio qui multa sunt inter eos similia, multaque dissimilia, tum in inuentione, tum in collocatione. Sed id nihil habet questionis, id est conrouersie: & si quid habet, ad id quod propositum est, non est necessarium, quoniam de elocutione, non de inuentione & dispositione proposita quastio est.

*C O M M E N T A R I U S.* Numero maximè Numerus est in temporum intervallis & spatius, ut in pedibus: at versus in certa collocatione pedum. Itaque numerus est quantitatis, versus est qualitatis. (εὐθὺς) Quidam non tam proprium esse putant poetarum numerum quam gravitatem, ac prater gravitatem poemata putant Democriti potius locutionem quam comicorum, quorum dictio est humili. Hoc confirmare nititur, poetam ab oratore numero non differre: sed numerū etiam esse oratorum. Nec tamen Locus non est intelligendus de numeris, sed de gravitate, que quanquam est oratoria, à poetis tamen adhibetur. Ego autem In praesentia discrimen poeta & oratoris est sumptum ab elocutione. Sunt & alia discrimina, si spectemus inuentionem & dispositionem: sed nunc de genere dicendi agemus.

*VICTOR.* Apud oratores iam ipse numerus increbuit) Nam non pedum modo compositione duorum, aut trium clausulae clauduntur: sed integri aliquando versus iambici in soluta oratione inueniuntur: quoniam id minimè laudabile sit: ideo subiungit. Etiam si absit à versu. Numerus vocatur qui Græcè rhythmos) Definitur autem à Gracis hoc modo: εὐθὺς δὲ οὐρανοτεργοις κυκλοις τερπλουσ τοιοις τίνος. Augustinus in tertio de arte musica, Latine, inquit, numerus, Græcè rhythmus nominatur. quod verò illis metrum, à Latinis mensio, vel mensura dici potest. Sed quoniam hic apud nos nomina latè patent: & caendum est ne ambiguae loquamur: commodius utimur Gracis. quoniam illud pedibus certis prouolutur: peccatürque in eo si pedes dissoni misceantur, rectè appellatus est rhythmus: id est, numerus: sed quia ipsa prouolutio non habet modum, & neque statutum est in quo pede finis aliquis emineat propter aliquā mensuram continuationis, non debuit metrum vocari. hoc autem utrumque habet, nam & certis pedibus currit, & certo terminatur modo. itaque non solum metrum propter insignem finem, sed rhythmus etiam metrum est. rhythmī enim nomen in musica vsque ad hunc patet, ut hæc tota pars eius, quæ ad(diu) & ad(non diu) pertinet, rhythmus nominata sit. Cum igitur & longitudinum, & breuitatum multitudinem in fine in primis clausularum attendit orator, id numerum appellavit. Nisi quod versiculi sunt) Subaudi iambici, versiculos autem ideo per diminutionem vocavit, quod mutua responsa breuissima aliquando esse necesse sit. Quod virtutes oratoris persequitur) Quoniam exprimit sermones, ut orator, quotidianos. Cum versu sit astricior) Quatenus versus comicus vtiatur: orator autem minimè. Licentiam statuo maiorem esse) Quoniam poeta translationibus, reliquisque figuris, nouatione que verborum, & antiquitate liberius vtuntur, quam faciat orator.

Vocibus magis, quam rebus inferuimus) Quoniam magis ad voluptatem auctoriam inuentum poema est, quam adres explicandas. Nec verò siquid est) Hoc dicit, Nec si modò inter poemam, & oratorem similitudo est aliqua, id erit iudicium, & delectus verborum siquidem aliter iudicat, ac aliter veteris deligit verba, quam alter. Seiunctus igitur) Alia est ergo qua vtitur tu philosophus, tum sophista, tum historicus, tum poeta: & alia qua orator vtitur eloquentia.

Erit igitur eloquens (hunc enim authore Antonio quærimus) Quintum prece  
is qui in foro causisque ciuilibus ita dicet, ut probet, delectet, ut fle  
stat. Probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriae. nam id vnum ex omnibus ad obtinendas caussas potest plurimum.  
Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi: Subtile in pro-  
ptū, cum de nū  
esse oratōrē, qui  
hæc tria officia  
cōplexus sit, dī-  
cendi, delectādi,  
& mouendi.

## M. T. C I C E R O N I S

bando, modicum in delectando, vehemens in flectendo: in quo  
vno vis omnis oratoris est.

**S T R E B A E V S.** Tria sunt que prestat debet orator, ut prober, ut moueat, ut delectet. Probare necessitatis est, quia nulla controversia sine probatione dirimi potest: ut dirimatur, exponenda res est, & ratione firmanda, id Quintilianus ostedit in prefatione libri quinti. Delectare suavitatis est. Nam facetus & urbanitate delectamus, ut suaves esse possumus. Flectere, id est, affectu mouere, vicitoria est & persuasoris. Id unum ex tribus ad obtinendas causas, id est, vincidas, plurimum valet. Neque enim populus, neque semidochi viri argumentis tam mouentur, quam concitatibus affectibus. Experimur in rerum supplicio animum nostrum commoueri, & morbo quodam affici, ac protinus obliuisci maleficiorum, cum rapi quod nolimus, uno que verbo miserabili concitari vehementius, quam graui & copiosa argumentorum probatione. Tragediarum lacrymae fictae, quanto plus animum mouent, quam argumentos a philosophorum ratio? In hoc igitur vis omnis oratoris est. Id Quintilianus in sexto fusi exponit. Cetera forsitan tenuis quoque & angusta ingenii vena si modò vel doctrina vel usu sit adiuta, generare atque ad frugem aliquam perducere queat. Certè sunt, semperque fuerunt non parum multi, qui satis perire, qua effent probationibus utilia, reperirent: quos equidem non contineo, sed haec tenus utiles credo, nequid per eos iudici sit ignotum: atque (ut dicam quod sentio) dignos à quibus causas disertis docerentur. Qui verò iudicem rapere, & in quem vellet habitum animi posset perducere, quo dicto stendit & irascendum esset, rarius fuit: atque hoc est quod dominatur in iudicis. Multa sunt super eadem re apud eundem. Quod si plura argumenta sunt in schola doctissorum, non tamen falsum quod Cicero de oratione civili præcipit. Alia ratio est scholarum, alia causarum ciuilium, ut senatus, ut fori, ut concionis. Erit igitur eloquens qui in foro, id est, in iudiciali controversia, causisq; ciuilibus, ut in consilio & conacione, illa tria prestat. Orator enim etiam si questiones omnes ut communem materiam tractare potest, tamen in ciuili questione sepius versatur, & haec illius propria professio est. Tribus officiis oratoris aptanda sunt toridem genera dicendi: Subtile probando, quoniam diligens expostio rerum & argumentatio sepe captat etiam minuta & subtilia, ne quid utile causa relinquit, neve grauia tractando minus intelligatur. Modicum, id est, temperatum delectando, ut quum laudes optimi eiusque narramus, aut in communibus locis fusè latè spatiamur. Vehemens & graue flectendo, ut in amplificationibus, omnique contentione grauioris affectus. Haec genera qui locis aptè & decenter accommodat, id est eloquens. Qui unum perpetuo terit, id si probet, id si disertus, non eloquens.

**C O M M E N T.** Erit igitur Describitur nunc perfectus orator à finibus, orationibus, & à generibus characterum, eorumque apta temperatione. Subtile) Sic adiicit simplices characteres simplicibus officiis: sed interdum officia iunguntur duo, ac tum effici debet duorum characterum quedam temperatio.

**V I C T O R.** Qui in foro, causisq; que ciuilibus ita dicet, ut prober, ut delectet, ut flectat) Orator, inquit, erit, qui in iudicis forensibus que controversia versabitur: ita ut quæ dicat, probet, id est, doceat: ut oblectet: ut flectat, id est, moueat. Docere, debitum est: delectare, honorarium: flectere verò necessarium: alioqui persuadere non poterit: ideo subiungit, Nam id unum ex omnibus ad obtinendas causas plurimum valet. Subtile in probando) Tenui enim filo, ac subtilli in argumentationibus utimur. Modicum in delectando) Temperato, inquit, & illo mediocri charactere utimur, dum volumus oblectare. Vehemens in flectendo) Cum mouere volumus, grandiloquo utimur.

In quo uno vis omnis oratoris est) Quoniam in eo orator vires dicendi suas in primis ostendit. Siquidem hic character solius oratoris esse facile comprobatur: cum ceteri etiam aliorum possint esse scriptorum.

Magni igitur iudicij, summae etiam facultatis esse debebit moderator ille & quasi temperator huius tripartitae varietatis. Nam & iudicabit quid cuique opus sit: & poterit, quo cunque modo postulabit causa, dicere. Sed est eloquentiae, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia. Ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficultius, quam, quid deceat, videre. *πέμπτης* appellant hoc Græci, nos dicamus sane decorum: de quo præclarè & multa præcipiuntur, & res est cognitione dignissima. Huius ignoratione, non modo in vita, sed saepissimè & in poëmatis & in oratione peccatur. Est autem quid deceat, oratori videndum, non in sententiis solùm, sed etiam in verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honor, non omnis authoritas, non omnis ætas, nec verò locus, aut tempus, aut auditor omnis eodem aut verborum genere tractatus est, aut sententiarum: semperque in omni parte orationis, ut vitæ, quid deceat, est considerandum: quod & in re de qua agitur, positum est, & in personis & eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt. Itaque hunc locum longè & latè patentem philosophi solent in officiis tractare (non cum de recto ipso disputatione: nam id quidem unum est) grammatici in poëtis, eloquentes in omni & genere & parte causarum.

*S T R E B A E V S.* In omni loco ut omni genere dicendi non possumus. Stylus enim character fortune, etati, honori, authoritatibus, loco, temporibus, & questioni debet accommodari. Magni ergo iudicij, summae etiam facultatis esse debet moderator ille & quasi temperator huius tripartitae varietatis. Moderator, qui pro rerum modo componat orationem, humilia summissè, mediocria temperate, magna grauiter dicat. Temperator, qui temperare aptèque misere nouerit, hanc varietatem, qui & ipse moderator est. Si fuerit iudicij magni, iudicabit quid cuique opus sit: cuius rei nulla ars condi potest, quoniam generum atque formarum sunt artes, non partium. Si fuerit summae facultatis, poterit quo cunque modo postulabit causa dicere, ut subtiliter de finibus regundis, temperate de ornandis ciuibus, atrociter de peculatu, & de ceteris causis eodem modo. Est igitur eloquentiae, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia: quæ decorum perficit. Sapientiam vult accipi prudentiam magnam, et si sapientia oportet, prudentia & iuvans, non eadem est virtus. Hoc modo sumitur Officiorum primo, Ut quisque maximè perficit quid in re quaue verisimilium sit, qui que acutissimè & celerrimè potest & videre & explorare rationem, & prudentissimus & sapientissimus ritè haberi solet. Sapientia vero non fundamentum modò, sed etiam fastigium est. Summa prudentia, speculationis & actionis est fundamentum: quam obrem prima virtutum constituitur, tanquam dux & gubernatrix consiliorum omnium. Itaque si condas orationem, statuatur fundamentum prudentiae ratio, qua subtilata, corruent omnia quæ costruxeris. Hac duce & in vita & in oratione videbis quid deceat. *πέμπτης* appellant hoc Græcios Latini, quia melius non possumus, dicamus sane decorum. Illud est duplex: generale quoddam, quod in omni honestate ver-

*Sextum præceptum de decoro, quod non potest verbis satis explicari, cerni quidem in scriptis & in usu vite potest.*

*Decorū varia- tur pro varia- te circumstatiarū.*

*Rectū est omniū virtutū, decorū est tantū quartæ speciei, que vocatur modestia.*

# M. T. CICERONIS

satur: et aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Hoc ita definitur, Decorum est quod ita naturae consentaneum est, ut in eo moderatio et temperatia appareat cum specie quadam liberali. Decorum natura monstrat, et honesto sic copulat, ut ab eo separari non posse: de quo praelare multa precipiuntur a philosophis in ethica disciplina: et res est cognitione dignissima. Huius ignorantie, non modo in vita peccatur, ut si calamitosus stipes emendicans proiicit ampullas et se quipeda via verba. Sed sepiissime et in poematiis, ut quum Homerus Iunonem ab Ione male tractari singit, et idem in medio praelio longa pugnantium colloquia tanquam secura producit. Hic etiam in oratione peccatur non in sententis solum sed etiam in verbis: ut si quis est gloriosus sui iactator, et indigna se profundit. Decorum distinguit aut fortuna, ut divinitas et paupertas: aut honos et magistratus: aut authoritas, ut vita dignitas: aut etas, ut pueritia, iuuentus, senectus: aut locus, ut curia, forum, comitium: aut tempus, ut latum, triste, longum, breve: aut auditor, doctus, indoctus, grauis, leuis, constans, instabilis. Decorum tamen in tribus maxime considerandum est: In re de qua agitur: in personis et eorum qui dicunt, et eorum qui audiunt. Haec Quintilianus exposuit 11. lib. Nec tantum quis et pro quo, sed etiam apud quem dicas, interest. Facit enim fortuna discrimen et potestas, nec eadem apud Principem, Magistratum, Senatorem, priuatum, tamen liberum, ratio est. Nec eodem sono publica iudicia, et arbitrorum disceptationes aguntur. Nam ut orantem pro capite sollicitudo deceat, et cura, et omnes ad amplificandam orationem quasi machine: ita et in paruis rebus iudicisque vana sint eadem, rideaturque meritum, qui apud disceptatorem de re levissima sedens dicturus utatur illa Ciceronis confessione, non modo se animo commoveri, sed etiam corpore ipso perhorrescere. Quis vero nesciat, quin aliud dicendi genus poscat grauitas Senatoria, aliud aura popularis? quum etiam singulis iudicantibus, non idem apud graues viros, quod leuiores: non idem apud eruditum, quod militarem ac rusticum deceat: sitque nonnumquam summittenda et contrahenda oratio, ne iudex eam vel intelligere vel capere non possit. Tempus quoque ac locus egent observatione propria. Nam et tempus tum latum, tum triste, tum liberum, tum angustum est. Atque ad haec omnia componendus orator. Et loco publico priuatione, celebri an secreto: aliena ciuitate, an tua: in castris denique, an foro dicas; interest plurimum, ac suam quidque formam et proprium modum eloquentiae poscit. Quid moror? Perlege totum locum. Nam Fabius institutionem professoris, non solum scientibus ista, sed etiam discibentibus tradidit, eaque praceptis amplexus est, quae Cicero tanum notauerat. Hinc ait, Magnus est hic locus, et magnum volumen aliud desiderat. Perlege quoque quid aptum sit, tertio de Oratore. Itaque hunc locum longe latumque patentem, nempe in omnibus honesti partiibus, philosophi solent in officiis, et in ethica disciplina tractare, non quum de recto ipso disputatione: nam id quidem unum est, quoniam rectum est officium perfectum, perfecto nihil est perfectius. Perfectum officium, inquit, rectum, opinor, vocemus, quod Graeci καλός θεος appellant, hoc autem commune officium vocant, atque sic definunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium definit. Non inquam, quum de recto ipso disputatione, sed quum moderationem omnium rerum, et pulchritudinem ex honesto relucentem, variis in rebus ostendunt, quis habitus deceat, quae supplex, quae ratio virtus, quae et quanta domus, qui sermo, qui gestus, qui incessus, qui lusus, qui iocus, et alia id genus a Cicerone collecta et tractata in officiis. Decorum grammatici tractant in poetis, quos ex officiis debent interpretari. Etenim veteres subiecere grammaticis historicorum et poetarum lectionem. Quintilianus in primo, Grammatice tenuis a fonte, assumptis poetarum historicorumque viribus, pleno iam satis aucto fuit. De poetarum decoro Cicero in Officiis: Sed tum feruare illud poetas quod deceat, dicimus, quum id quod quaque persona dignum est, et sit, et dicitur: ut si Neacus aut Minos diceret, Orderint dum metuant: aut, Natis ipse fit sepulchrum parentis: indecorum videretur, quod eos suis iustos acceperimus. At Atreco dicente planus excitantur, est enim digna persona oratio. Sed poete

*quid quenque deceat ex persona iudicabunt.*

**C O M M E N T.** Sed est eloquentiae Iudicio est opus ut temperentur characteres: iudicium autem pendet à prudentia quæ posita est in rerum agendarum delectu. Huius ignoratione) Dux plex statuant decorum: alterum philosophicum, alterum poeticum. Philosophicum positum est in vita & officiis, poeticum in oratione rebus & personis aptanda. Quod & in re) Quemadmodum circumstantiae rerum & personarum variant officia, ita quoque variant decorum. Merito itaque decorum ponit in circumstantiis. Itaque hunc) Philosophi non tractant decorum in officio perfecto, quod Cicero rectum vocat: nam est in solo sapiente, neque unquam mutatur: sed decorum tractant in officio medio, præsertimque in temperantia. Nam id) Sic triplex efficit decorum, philosophicum, poeticum, & oratorium. Sed certè oratorium ad poeticum referri potest. Ac in officiis duo tantum agnoscit genera.

**V I C T O R.** Sed est eloquentia, sicut & reliquarum rerum, fundamentum sapientia) Ominus enim scientiarum, atque artium fundamentum, est sapere: itaque & Horatius, Scribendi recte, sapere est, & principium, & fons: alioqui verborum ille tinnitus prostrepentis auicula sonus, potius quam oratio humana esse videatur, necesse est. οἶνος appellant hoc Græci) Quod enim Latini decorum, Græci prepon vocant. Sed sapissime, & in poematis) Hac est Latina terminatio nominum in a terminantium Græcorum tertia declinationis autore Phoca & Diomedes ac veteres eleganter autores omnes ita locuti compserunt, quidquid dicat Priscianus. Philosofus solēt in officiis tractare) Ad ipsos enim pertinet quid in tota vita facere, ac loqui deceat, differere: quod oratores quoque tractare consueverunt: sicut ad Demonicum Isocrates. Grammatici in poetis) Grammatici certè Critici prius dicti: quod eorum munus adhiberetur in poetis historicisque iudicandi. Eloquentes in omni genere) Ita, inquit, eloquentis viri decorum est inspicere, & in omni genere causarum, partique causarum quid deceat, & quid non deceat.

Quam enim indecorum est, de stillicidiis cum apud vnum iudicem dicas, amplissimis verbis, & locis vti communibus: de maiestate vero populi Romani summissè, & subtiliter? Hic genere totum at persona alij peccant, aut sua, aut iudicium, aut etiam aduersariorum: nec re solùm, sed saepe etiam verbo, et si sine re nulla vis verbis est: tamen eadem res saepe aut probatur aut reiicitur alio atq; alio elata verbo: in omnib[us]que rebus vidēdum est quatenus. Etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parvum, in quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent quid esset satis. Magnus esset locus hic, Brute, quod te nō fugit, & magnum volumen aliud desiderat: sed ad id quod agitur, illud satis, cum hoc decere, quod semper usurpamus in omnibus dictis & factis minimis & maximis: cum hoc inquam decere dicimus, illud non decere, & id usquequaque quantum sit, appareat, in alióque ponatur, aliudque totum sit, utrum decere, an oportere dicas. Oportere enim perfectionem declarat officij, quo & semper vtēdum est, & omnibus: decere, quasi aptum esse consentaneumq;

*Ide est, toto argu  
mēto, nā res hu  
miles tractātur  
magnificè &  
splendide.  
Dicitū nō eodem  
modo non idem  
valeat.  
Ide est, qui erant  
nimis diligētes.*

*Ide est, aliud sit  
decere, quam o-  
portere.  
Hoc quod est  
necessariū, sem-  
per adse opor-  
tet.*

## M. T. C I C E R O N I S

tempori & personæ. quod cùm in factis sè píssimè, tum in dictis vallet, in vultu denique & gestu, & incessu: contráque item dedecere: quod si poeta fugit vt maximum vitium, qui peccat etiam cùm probam orationem affingit improbo, stultóve sapientis: si denique pictor ille vedit, cùm immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, mœstior Vlysses, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari: si denique histrio, quid deceat, querit: quid faciendum oratori putemus? Sed cùm hoc tantum sit, quid in caussis earumque quasi membris faciat, orator viderit: illud quidem perspicuum est, non modò partes orationis, sed etiam caussas totas, alias alia forma dicendi esse tractandas.

S T R E B A E V S. Decorum tractant eloquentes in omni & genere & parte caussarum. In genere, id est, in controvèrsia tota. In parte, vt in aliqua persona, aut sententia, aut verbo. In genere decorum præterit, qui de stillicidio agens apud unū iudicem, verbis veitur amplissimis, locisq; communibus. Nam caussa minor est quād que suscipiat amplitudinem tum verborum, tum sententiarum. Debet huc in reparua dicere summis & subtiliter. Contrà in re graui, vt de maiestate populi Romani apud multos iudices, amplè, copiosè, & grauiter. Actio de stillicidio est, si aqua pluvia, que ex edificio urbano aut rusticō nocet, arcenda iure est. Ea de re lex est unde quadragesimo Pandectarū. Maietas est magnitudo quēdam populi Romani in eius potestate ac ture retinendō. Sic ipse in Partitionibus: Amplissima verba, sunt grandia, grauia, plena dignitatis, vt quibus veitur Cicero in ornando Cæsare. Loci communes, sunt questiones infinitæ, que locis appellantur: quibus, vt ante dictum est, summus ille spatiari debet orator. In parte indecorum est, si quis aut sua persona peccat, vt quum Cicero suum consulatum subiunque Catilinam nimium iactitat: aut persona iudicium, vt quum Philippus testem perpusillum risit, quum federet iudex L. Aurifex brevior etiam quād testis. Aut etiam aduersariorum, vt quum relicta dignitate Sallustius ipse impunit in Ciceronem, Cicero in Sallustium. Re peccatur, vt quum C. Piso, qui Cecinniam iurisperitorum auctoritate oppugnauerat, dixit iuri scōfuleorum auctoritatib; perari non oportere. Sæpe etiam verbo decorum ieditur. Clodium occiderunt serui Milonis, parum decebat, aptè Cicero. Fecerunt id serui Milonis, (dicam enim non derivandi criminis caussa, sed vt factum est) neque imperante, neq; sciente, neque præsente domino, quod suos quisque seruos in tali re facere voluisse. Et pro Calio, Non si quis haberet cōsuetudinem, sed si quis paulò liberius salutasset, aptius dixit. In omnibus rebus videndum est quatenus, ne longius progrediare quād deceat.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos ultra citrāque nequit consistere rectum.

Quādque sint extrema duo vitiosa, magis offendit nimium quād parum, vt elegantior vestitus, cœna lauitor, immodica loquacitas, oratio nimium culta, pronunciatio volubilior. Sunt qui alter sentiant, malintque nimium quād parum, vt prodigum quād auarum, temulentum quād ieiunū, audacem quād timidum. Aristoteles censet auarum deteriorem esse quād prodigum, quoniam hic ad medium facilissim reducitur. Medici redundantiam malunt, quād nimiam tenuitatem. Sed aliud est agere de vitiis corporis & animi, aliud ostendere quid plus aut minus offendat. Illic agi-

tur de corrigendo malo, hic de hominum existimatione. Cicero non pronunciat in uniuersum. Sicut enim postea indicat. Productiora alia, et quasi immoderatus excurrentia, que magis etiam aspernatur aures, quod quum in plerisque, tum in hoc genere nimium quod est, offendit vehementius, quam id quod videtur parum. Apelles Cous pictor eximius, de quo ante dictum est, eos peccare dicebat, qui non sentiret quid esset satis, id est, non viderent quatenus. Nec immiterit damnabat. Quid sedius, et quod nostri pictores frequenter admittunt, qui homines rusticos, baiulos, futores, mendicos, ornant eccineo colore, argento, auro, habitu praeclenti: Reges autem vilius, non habita locoru temporumque ratione: Peccatur turpiter et in aliis rebus; sed turpis est quod aut in vita aut in eloquacia peccatur. Magnus est hic locus, hoc est copiosa et vele disputatio de decoro, et magnum volumen aliud desiderat, quam obrem locum paucis attingit, non quod ad Brutum virum doctum scriberet, ut Quintilianus sentire, sed quoniam ad id quod agitur, illud satis. Nam proposita quaestio est de eloquentia summa, qualis esse beat, non quod in ea decorum seruari oporteat. Ad hec, decorum satis est notum: quia quum in omnibus dictis et factis minimis et maximis dicimus hoc decere, illud non decere, id usquequaque, id est, in omni re, persona, loco, tempore, quantum sit apparent. Considerandum tamen in alio ponit quod dicimus oportere, in alio quod decere: aliudque totum esse, utrum decere, an oportere dicas. Sic fieri, ut genera rerum ne permisceas, et decorum quid sit, apertius intelligas. Oportere, perfectionem declarat officium, id est, spectat illud et hoc opus et officium rectum, ac illud honestum persequendum monstrat, quod nemo rectus et bonus omitit. Obtemperare oportuit, id est, rectum fuit. A matre filium accusari non oportuit, idem est quod vitiosum prauumque fuit. Quod igitur officio sine culpa deesse non possumus, eo semper vendendum est, et omnibus mortalibus. Num est enim rectum, verum, iustum et aequum, et illud omni tempore retinendum. Decorum, pro rebus, personis, temporibus, locis, immutatur: quia decere est quasi aptum esse consenseruntque tempori et persona. Quod in factis, in dictis valeat, ut exemplis antea monstrauimus. In vultu denique et gestu, et incessu: que Cicero reprehendit in Pisonem, quod illu indecerne abutetur. Posteaquam docuit, quid, et in quo positum esset decorum, comparatione ducta a poetis, a piloriis, ab histriis, argumentatur illud orator diligenter obseruandum. Id quod dicimus dedecere, poeta fugit ut maximum vitium, qui peccat etiam quum probam orationem affingit improbo: ut si Mezentius deum contemptor religionem probet, et apud Virgilium de diis pietate loquatur: aut si Thersites stultus oblatrator apud Homerum bene et sapienter de re graui dicat. Pictor ille Timantes vidit quum immotanda Iphigenia Agamemnonis filia, tristis Calchas esset, ut alienus, et ratus constans: mea stior Vlysses, quis mollior et humior regibus obsequebatur: mareret, luctuque solueretur Menelaus pater, obnoluendum caput Agamemnonis esse patris: quoniam sumnum illum luctum penicillo calamoque pictorio non posset imitari. Plinius, Timanti vel plurimum affuit ingenij. Eius enim est Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, quum maestros pinxit et omnes, principem patrum: quum trifitiae omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius vultum velavit, quem dignè non poterat ostendere. Histrio actor fabularum quid deceat, querit in voce, in vultu, in motu corporis atque membrorum. Unde Rascius histrio dicere solebat, in arte primum, decere. Itaque quum hoc tantum sit, id est, tam late patcat, et ubique aptam conformet orationem decorum, viderit orator, id est, videre beat, quid in causis cotis, quid in earum membris aptè faciat. Sicut enim variant partes, ita perspicuum est causas totas, alias alia forma dicendiessa tractandas. Alia forma est pro Quintio, alia pro Ligario, alia pro Rabirio.

**C O M M E N T A R I U S.** Quam enim? Dicit decorum esse obseruandum et in tota causa et in parte. Nunc ostendit hac in re peccari non nunquam tota causa, non nunquam in parte: In quo Apelles Apelles tabulam Protagonis quam in mense depinxerat, o pere admodum.

## M. T. CICERONIS

demiratus, tandem adiecit Protagorē peccare, quod manū de tabula nō posset tollere. *Magnus est & locus*) Philosophi præsertim Stoici in morali philosophia copiose agunt de decore, Peripatetici propè omittunt. In præsentia satū est si intelligamus aliquid decere, aliquid dedecere. Oportere enim) Rectum, id est perfectum officium, firmum est, neque mutatur, ergo necessitas est quædam exequendi. At decorum ex ratione circumstantiarum subinde mutatur. Si denique pictor. Timantes pictor ut ingeniosus à Plinio laudatur: nam in eius tabulis aliquid semper insignis solertia latet, ut in Iphigenia immolatione, cùm obuoluit caput Agamemnonis. Nam in Sulide eam parabat Agamemnon immolare, ut secunda esset ad Troiam nauigatio.

**VICTOR.** Quam enim indecorum) Exemplo docet ubi oratori indecorum fuerit. De stillicidiis) Accæteris humilibus, ut stillicidia: sicut sunt de mænianis, perfectis parietibus, communibus aquis pluviis, reliquaque id genus magnifice, ac copiose dicere. De maiestate vero populi Romani summissius, & pretiosius) Subtiliter, ut generis in fimo conuenit. Personæ peccant) Cum non seruant personæ decorum. Videndum quatenus) Id est, inspiciendum quicquid agat, quo usque agendum: quia qui, ut decet, agit, is probatur: improbat autem contrarius. In quo Apelles) Qui pictor insignis de pictoribus ferre potuit sententiam. Vsquequaque quantum sit) Id est, omnifariam quantum. Etiam cum probam orationem affingit improbo) Ideo inquit Horatius,  
Intererit multum Daniusne loquatur, an heros:  
Maturusne senex, an adhuc florente inventa  
Feruidus: an matrona potens, an sedula nutrix:  
Mercatorne vagus, cultore virentis agelli:  
Colchus an Abyrius: Thebis nutritus, an Argis.  
Penicillo non posset imitari) Quo picturarum lineamenta explicantur.

*Formula sum. misi generis, seu oratoris Attici, qualis est Terentius & Cic. in Philippicis. Confuetudinem vocat quotidiana sermonem.*

*Non sit macies orationi.*

Sequitur, ut cuiusque generis nota queratur & formula: magnum opus & arduum, ut sœpe iam diximus: sed ingredientibus considerandum fuit quid ageremus: nunc quidem iam quocunque feremur, danda nimirum vela sunt. Ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidam vocat Atticum. Summissus est, & humilis cōsuetudinem imitans, ab indisertis re plus quam opinione differens. Itaque eum qui audiunt, quanuis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. Nam orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. Etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet: ut etiam si illis maximis viribus creat, sit (ut ita dicam) integra valetudine.

**STREBES.** Sequitur ut cuiusque generis, subtilis, grauis, & intermedii nota queratur & formula, hoc est, signum proponatur & lex, que quicque cognoscere & exercere possimus. Magnum opus & arduum, & nauigationi simile. Ut enim transfretatur ante profectiō nem considerant quid agant, rbi autem dederunt vela, vento fluctuque sœpe quod nolint feruntur: sic etiam huic ingredienti mare copiamque formarum, considerandum fuit quid ageret, quidque se-

queretur: nunc quoque feratur per tot generum fluctus, danda nimis rura vela sunt, hoc est, in omnem fortis euentum res ipsa tentanda est. His verbis significat in vnuero genere dictum esse de optima ratione dicendi: nunc transcendit ad genera singula, quorum difficultor est explicatio. Quod autem ab imis ad summa concordit primum informandu est et figura quadam exprimendus ille subtilis, quem solum quidam vocant Atticum. Romani quidem certe illi fuerunt, in quibus etiam Calius et Brutus, Ciceronis ut exornatoris effusi, nimisque elegantis, iniqui iudices, quibus id demum placebat, quod esse horridum, incultum, simplex, cotidianum. Eorum primum iudicium super castigavit. Tenuis orator, summissus est, quasi ad imam deiectus. Humilis, quam repens humili. Consuetudinem imitans, velut sequens vulgatum loquendi morem: quem quis ab indisertis nihil differre paret, et si re plurimum distat. Itaque cum qui audiunt, quanvis ipsi infantes sint, id est, indiserti, nullaque dicendi arte formati, tamen illo modo confidunt se posse dicere. Nam orationis subtilitas, et illa summissa tenuitas, inabilitis quidem videtur esse existimandi, sed nihil est experienti minus. Existimat is, qui ducitur opinione rei dubie, experitur, qui rem ipsam aggreditur. Hac subtilitas apte comparatur corpori rare (ut loquuntur medici) texture, temperamentique parum firmi. Corpus eiusmodi non plurimi sanguinis est, habet tamen succum aliquem et humorem bonum. Quod si illis maximis viribus caret, quibus omnia perrumpit illud graue dicendi genus, sit tamen integra valetudine, ut sine virtute et morbo bene praelate que consistat. Proponamus exemplum ex oratione pro Cecina, quod res faciliter intelligatur: Verum ita est ut dicis, te delectum debo intellegere, etiam si tactus non fueris. Age nunc. Si ne quidem tuorum quisquam loco motus erit, atque omnes in aedibus asservati ac retenti, tu solus prohibitus, et a tuis aedibus vi atque armis perterritus, utrum haec actionem habebis, qua nos vis sumus, an alias quampiam, an omnino nullam? Nullam esse actionem dicere in re tam insigni tamque atroci, neque prudentiae neque autoritatis tua est, alia sique forte est quae nos sugerit, dic quae sit cupio discere. Hac si est, qua nos vis sumus, te induc vincamus necesse est. Quam minuta sunt haec oratunculae? quam tenues? quam exilibus verbis contextae? quam numeris illi sonantioribus solatae? Quis non illo modo confidat se posse dicere? Subest tamen vis atque robur argumenti: verba non sunt oiosa. Venustas est in tenuitate, quam paucis licet imitari. Nam si verbis utare grandioribus, et tracta numerorum modulatione compleas sensus, aliquid matuus altiusque confites. Si negligis verba, si quicquid venit in buccam, effundis scopae sunt dissolutae. Tenere medium, et agere honeste in summa frugalitate, difficile est. Imitare Catulli suavitatem, Terentij venustatem, Martialis subtilitatem: nihil minus assequitur, si tenetura quedam, persimilis ars, et exercitatio inuenit. Illi tamen in multis tenues sunt, atque summissi.

**C O M M E N T A R I V S.** Sequitur ut) Nunc singulos characteres describit, ac detrahit oratori tenuis suavitatem, et collocationis, et figurarum. Summissus est) Nam vnuquisque ex populo arbitratur se dicere eodem modo posse, cum si experietur, non possit.

**VICTOR.** Sed nihil est experienti minus) Quam longe id difficultius est, acumen inquam illud in dicendo assequi, quia non arbitremur. *Integra valetudine)* Translatio a corporibus sumpta sanis.

Primum igitur cum tanquam est vinculis numerorum extinximus. Sunt enim quidam (ut scis) oratori numeri, de quibus mox agemus, obseruandi ratione quadam, sed alio in genere orationis,

## M. T. C I C E R O N I S

*Vt in versibus  
nos elidimus vo-  
cales, sic olim in  
soluta oratione  
fiebat.*

*Circuitus, i. pe-  
riodus.*

*Conglutinatio,  
compositio.*

*In hoc summis-  
fo genere nō fuit  
ad eo accurate  
periodi.*

in hoc omnino relinquendi. Solutum quiddam sit, nec vagum ta-  
men: vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare. Verba etiam  
verbis quasi coagmentare negligat. Habet enim ille tanquam hia-  
tus è concursu vocalium molle quiddam, & quod indicet non  
ingratam negligentiam de re hominis magis quam de verbis la-  
borantis. Sed erit videndum de reliquis, cùm hæc duo ei liberiora  
fuerint, circuitus, conglutinatioque verborum. Illa enim ipsa con-  
tracta & minuta non negligenter tractanda sunt: sed quædam  
etiam negligentia est diligens. Nam vt mulieres esse dicuntur non-  
nullæ inornatae, quas id ipsum deceat: sic hæc subtilis oratio etiam  
incompta delectat. Fit enim quiddam in utroque, quo sit venu-  
stius, sed non vt appareat. Tum remouebitur omnis insignis orna-  
tus, quasi margaritarum: ne calamistri quidem adhibebuntur. Fu-  
cati vero medicamenta candoris, & ruboris, omnia repellentur:  
elegantia modò & munditia remanebit.

*S T R E B A E V S.* Oratio, inquit Fabius, alia vincita atque contexta, soluta alia: qualis in  
sermone & in epistolis, nisi cum aliquid supra naturam suam tractant, vt de philosophia, de Repu-  
blica, similibusque. Quod non edico, quia non illud quoque, solutum habeat suos quosdam & for-  
san difficiliores etiam pedes: neque enim aut hiare semper vocalibus, aut desitus temporibus vo-  
lunt sermo & epistola: sed non fluunt, nec coherent, nec verba de verbis trahunt, vt potius laxio-  
ra in his vincula quam nulla sint. Non nunquam in causis quoque minoribus decet eadem simpli-  
citas, que non illis, sed aliis virtutis numeris, digesta atque eos, & tantum communis occultius, haec  
ille, quibus interpretari videtur haec verba Ciceronis, *Vincula sunt in iuncturis atque temporibus.*  
Nam cum verba verbis molli iunctura coheret, & tempora syllabarum cum symmetria quadam  
proferuntur, tum numeris illigatur oratio. Non multum ligavit hanc orationem Cicero. Sum ex pro-  
ximi vicini fundo deiectus, quæ adibam ad istum fundum: sum de via: sum certe alicunde, siue de pri-  
uato, siue de publico, eo restitus sum iussus, restituisse te dixisti. ne go me ex decreto prætoris restitu-  
sum esse. Videre quisque potest minutum diuisas particulas, iuncturas insuaves, tempora minuta,  
subinde fractum cursum. Tamen hec negligentia est diligens, nec omnino soluta est oratio. Est ali-  
quid quo sit venustior, vt munda vestis, sed non apparet. Primum igitur oratore in subtilem tanquam  
è vinculis numerorum non omnium, sed illorum grandiorum eximamus. Sunt enim oratorum quidam  
numeris obseruandi ratione quadam, id est, arte, que tempora syllabarum rebus aptat, cursumque  
metitur comprehensionum. Sed alio in genere orationis obseruandi, vt in graui, & in medio: in hoc  
omnino relinquendi. Quod accipe dictum nō de minutis illis numeris atque leuioribus quibus veitur  
summus orator, sed de artificio coagmentatione, & illa plena modulandi suauitate, que selectis  
verbis & compositis extendit orationem, vt gratia voluptatis explicat aurum sensum. Hinc illud  
subdit, Solutum quiddam sit, id est, vt Quintilianus sentit, laxius vinculum potius quam nullum,  
cui Cicero acquiescit, quem dicit: Ne sit vagum tamè vt ingredi liberè, non vt licenter videatur er-  
rare. Proponatur haec oratio Ciceronis: Hic te, inquit, teneo, non est iustus, judicium pati, neque iudi-  
cio defendere, quem auxilium à Tribunis petas. Solutum quiddam est, quia ingreditur liberè: nec

enim metuit partem versus. Hic te, inquit, teneo, nec Asclepiadi finem, iudicium pati, nec hiatum vocalium, ut, quum auxilium à Tribunis petas, nec membra contracta, & corpus minutū. Non tamen licenter errat, ut si quis loquatur, Hic ego, inquit, teneo te: istud non est pati iudicium, neque defendere iudicio, quum petas auxilium à Tribunis. hoc nimis solutum dicendi genus. Verba etiam verbis quasi coagimentare negligit, ne quemadmodum lapides expoliti muro coagimentantur minimum biante iunctura, sic ultima prioris verbis syllaba, & sequentis prima, iunctio & cōtigie nestantur. Hiunc hic quasi numerus erit tenuis adīcī, non ille politus & aquabilis è lapide quadrato. Admitetur hiatus vocalium, & afferi cōcurſus, ut in Epistola. Ego omni officio ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio. Habet ille hiatus è concursu vocaliū molle quiddam, quia verba nō sūnū fine terminantur, sed intersintur, & in ore quasi luctantur: tum conatus ille pronunciandi haud disperget, nisi duriorem quēdam & agrestem sonum reddiderit, ut hoc Terentianum: Eandem illam rationem antiquam obtine. Ea compositio quidem afferit, sed in hac tenuitate non utique vitandi, quoniam indicat non ingratam negligentie hominis de re magis quam de verbis laborantis. Liberiores sunt igitur huic oratori circuitus conglutinatioque verborum, nec enim circuitus & periodos compleat, nec verba iungendo molliter conglutinat. Ceterū ne sit ille putidus sermo, nimiumque neglectus, caendum est: quidli sunt abusi plurimi philosophia scriptores temporibus nostris. Illa enim ipsa contracta & minuta, id est, concise brevesque sententiae, neque numeris explete, non negligenter tractande sunt. Sed quedā etiam negligentia est diligēt, que non optimē sed parē & tenuiter vestit orationē. Putet aliquis haec verba Ciceronem temere iudicisse, Satis est argumenti nihil esse debitum Nauio, quod tandem nihil pertinet, sed adhibuisse diligētiam comperties adeo, ut nullius ordinem verbi mutare possis, quin minus digestam perturbes collocationem. Eandem sententiam potuerat ornatus & compositius illustrare. Est igitur oratio tenuis, ut, mulier ueste puto aptaque corpori, modica tamen frugallque uestita. Quemadmodum frigi mulier neque margaritas assumit, neque calamistrō sinuat capillum, neq; fucat corpus, neque ceruissim ad candorem, aut lomentum, neq; enebusam, aut minium, aut purpurissum ad ruborem limit, neque torques aut armillae, aut annulos aureos gerit, sed modicum temperat ornatum: sic subtilis oratio non assumit insigniores figurās, non accuratam elocutionem, non ornamenta pulcherrima, sed elegantiam tantum munditiāmque seruat. Margarite non sunt omnes lappilli. Lapillus genus est, species eius margarita atque gemma. Margarite è cochylis & mari eximuntur, dicunturq; Latino vocabulo vñiones. Calamistrī, maiores acus, quibus calefactis & adhībitis crispantur capilli. Vsus est genere masculino, quanquam permulti calamistrum uno genere neutro censem.

**C O M M E N T A R I U S.** Primum igitur) In verbis coniunctis seruamus numeros & collocationem. Sed orator tenuis huius observationis prop̄ securus est. Solutum quiddam) Significat in hac oratione liberiores esse numeros debere, nec tam astrigos quād in graui genere.

Habet enim) In collocatione vitare oportet hiatum vocalium, & concursum aferum consonantium. Orator tenuis non est hac in re tam religiosus. Illa enim) Orator tenuis non solet periodos circunducere & explorare, nisi raro sed breue verborum comprehensione sententias complectitur. Negligentia est) Est oxy moron, id est, dictum acutum. Tum remouebitur) In oratione tenui non sunt usurpanda illustria. Duxit autem metaphoram Cicero à mulieribus.

**VICTOR.** E vinculis numerorum eximamus) Non debet, inquit, humolis stylus numeris vinciri aliquibus. In alio genere orationis) In quo autem, dicetur posterius. Non ut licenter videatur errare) Ide est, labi: & nullo teneri vinculo oratio videatur. Verba etiam verbis quasi coagimentare negligit) Coagimentata cum videntur verba verbis, cum vocalium concursu sequens verbum præcedens videtur exciperet, ut Heriuit, nam cum in acumine sensuum prona sit oratio,

## M. T. C I C E R O N I S

non magnopere cura est compositionis, modò sit sana minimeque inculta oratio. Circuitus) Id est, periodus: quæ à Latinis clausula nominatur. Conglutinatio que verborum id est, idonea compositione, est siquidem gluten, unde glutino, quæ cola Græcè dicitur. quod verò à Græcis commi, Latine gummi. Omnis insignis ornatus, quasi margaritarum) Quæ Græcè margaritis margaritis, & margarita margaritæ dicitur penultima correpta: Latinè tum bacca, tum unio nominatur.

Nec calamistris quidem adhibebuntur) Calamistris ferrum incuruum, quo capilli inf. sunt, & cincinni sunt. Fucati verò) Fucus quæ Græcè phycos, herba est cuius succo pristinus lance color reparatur. Ergo fucati, medicati. Medicamenta candoris, & ruboris, omnia repellentur) Idest, cerussa, & purpurissus.

Sermo purus erit, & Latinus: dilucidè, planèque dicetur: quid deceat, circunspicietur. Vnum aderit, quod quartū numerat Theophrastus in orationis laudibus, ornamentum illud suave, & affluens. Acutæ crebræque sententiae ponentur, & nescio unde ex aliquando do- abdito erutæ, atque in hoc oratore dominabuntur. Verecundus erit vsus oratoriarum quasi supellectilis. Supellex est enim quodammodo nostra, quæ est in ornamentis, alia rerum, alia verborum. Ornatus autem verborum duplex: unus simplicium, alter collocatorum. Simplex probatur in propriis visitatisque verbis, quod aut optimè sonat, aut rem maximè explanat. In alienis, aut translatum, aut factum aliunde, ut mutuo, aut factum ab ipso, aut nouum, aut mutuò sumunt. priscum, & inusitatum. Sed etiam inusitata ac prisca sunt in propria, nisi quod raro vtimur. Collocata autem verba habent ornamentum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat, manente sententia. Nam sententiarum ornamenti, quæ permanent etiam si verba mutaueris, sunt illa quidem permulta: faciam? nō eam, sed quæ emineant, pauciora.

¶

S T R E B A E V S. Orationem quatuor habere virtutes oportet, ut emendata, ut dilucida, ut ornata, ut apta sit. In qua sermo purus erit & Latinus, emendata: in qua dilucidè planèque dicetur, dilucida: in qua quid deceat, circunspicietur, apta: in qua ponetur ornatum illud, suave & affluens, & acutæ crebræque sententiae, ornata dicetur. Inemendata barbara est: obscura non intelligitur: inepta non est consentanea rebus aut personis: inornata vilescit: quæ virtus omnia maximè vitare debet orator. unde constat ista in graui quoque genere mediisque fernanda. Sed in tenui genere simplicior ac verecundior est vsus oratorie supellectilis. Sermo purus erit & Latinus, si neque barbarismus neque solocismus admittatur. Dilucidè planèque dicetur, si verba erunt propria, visitata, bene contexta. Quid deceat circunspicietur, si dicantur ea quæ conuentant dicensi, & ius apud quos dicetur, & rei de qua agetur. Ornatus orationis est in verbis, in figuris, in copia, in compositione, & numerorum modo. Ex his affluentibus ac copiosè concurrentibus suavis emanat oratio. Hinc est illud ornatum suave & affluens, quod animum pulchritudine demulcit, & affluentia capiāque laute reficit. Sententiae acutæ subtile sunt & parue, sed acres, quæ velut acumine ferunt

sensum, puncti inque mouent animos auditorum. Difficile distu est unde oriuntur. A locis quidem ducuntur omnia, tamen alius alia excutit, & inuentio naturam requirit atque prudentiam, quæ disumilis in multis, & strictatem inueniendi parit. Eruuntur ergo ex abdito, ut ab eare de qua agitur, agente quodam subtiliore prudentia. Quid autem verecundus & parcus est hic usus aliorum ornamentorum, acutæ sententiæ in hoc oratore dominantur. Eiusmodi sententiæ reitur Cicero etiam in minoribus causis, ut pro Quintio: Quid ad hæc Nævius? Ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officiū desideremus, & instituta bonorum virorum requiramus. Quid mibi, inquit, cum ista summa sanctimonia ac diligentia? Videant, inquit, ista officia viri boni: de me ista considerent: non quid habeam, sed quibus rebus inuenierim, querant: & quemadmodum natus, & quo pacto educatus sum. Memini, vetus est, de scurra multo facilius duitem, quam patrem familiæ fieri posse. Etenim si vult virorum bonorum instituto vivere, multa oportet discat atque dediscat: quorum illi etati virunque difficile est. Idem in eadem oratione: Pecuniam si cuiquam fortuna ademit, aut si alicuius eripuit iniuria, tamen dum existimatio est integra, facile consolatur egestatem: at non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi coniunctus, bonis quidem suis vivitur: alterius opes (id quod miserrimum est) non expectat: hoc tamen in miseriis adiumento & solatio subleuatur. Cuius verò bona venientur, cuius non modò amplissima illa fortuna sed etiam virtus vestitusque necessarius sub præcone cum dedecore subiectus est, ut non modò ex numero virorum exturbatur, sed si fieri potest, insidet etiam mortuos mandatur. Etenim mors honesta sepe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne mortis quidem honestæ locum relinquit. Hæc omnia sententiosæ sunt. Supellec quodammodo, id est, quadam translatione verbi, nostra est & oratoria, ac nullius alterius propria. Ut autem patrifamilia ornamento est lauta ac nitida supellec, ita & oratori splendorem afferunt ornamenta rerum atque verborum: que quia sunt oratorum propriæ, nomen eloquentia dederunt. Ornatus verborum duplex, unus simplicium, alter collocatorium. aut enim verba singula qualia sunt, inspicimus, aut in oratione coniuncta consideramus. Simplicia alia propria sunt, certa quasi vocabula penè simul nata cù rebus ipsis, nullaque figura modificata. Alia tanquam aliena, & figuris innouata. Ex propriis alia aliis natura præstant, ut in verbis eiusdem rei sonantiora, aut rem maximè explanantia, ut informare plenius quam in situere, deambulare quam cedere, opportunitas quam occasio. Sonantiora in orationis amplitudine meliora sunt, alia cōtraria. Si vim festinationemque dicimus, rem magis explanabit erumpit quam exit, exilit quam egreditur, fugit quam abit, & alia id genus rebus aptanda. Cicero tertio de Oratore, In propriis est verbis illa laus oratorie, ut abiecta atque obsoleta fugiat, lectis atque illustribus utatur, in quibus plenum quidam & sonans esse videatur. Sed in hoc verborum genere proprietatum delectus est quidam habendus, atque is aurum quodam iudicio ponderandus: in quo etiam consuetudo bene loquendi valet plurimum. In eodem libro verba simplicia reducit in tria genera, in ea quæ propria sunt, in ea quæ transferuntur, & quasi alieno in loco collocantur, in ea quæ nouamus & facimus ipsi. Aliena partitur in tria genera. Tria sunt, inquit, in verbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam atque exornandam orationem, aut inusitatum verbum, aut nouatum, aut translatum. Eadem est hæc divisione. Nam ad translata pertinent facta aliunde, ut mutuo. Facta autem ab ipso oratore, & noua, uno genere nouitatis continentur. Hoc modo ex quinque membris tria facere possis. Translata sunt duplicita: alia necesse est genit in opere coacta: inde gemmara vites dicimus, & latas segetes, & luxuriam in herbis, equitare in arundine, os impeditum. Hæc & similia facta sunt aliunde, ut mutuo ostendit hic verbis tertio de Oratore: Hæc translationes, inquit, quasi mutationes sunt, quum quod non habeas, aliunde sumas. Illic mutations dixit, ut hic facta aliunde mutuo. Alias translationes delectatio iucunditasque celebravit, ut in horrescit mare, feruet aestu pelagus, eloquentia flumen, flos etatis sylva rerum. ut etiam Græci dicuntur, Latine translationes. Alius gignit orator ac-

## M. T. CICERONIS

facit, aut facta ab alio noua usurpat: que quia arte facta sunt, non sponte nata ex usu loquentium, se paratur a propriis. sic facta sunt eliminare, exterminare, expectorare, versutiloquus, gradiloquus, volubilitas. Prisca et inusitata sunt in propriis quidem, sed quoniam raro vtimur, a propriis abducit, ut nuncupari, rebar, opinabar, soboles, profapia, actutum: quibus loco positis, grandior atque antiquior oratio sepe videri solet. Quare aliquis cur omittat synecdochen? metonymian? antonomasiā? metalepsin? allegoriā? periphrasis? hyperbaton? Hic propria distinguunt ab alienis. Propria proprie nata sunt cum rebus ipsi scilicet aliena aut transferuntur in aliorum locum, quod est propriū metaphorae, et allegoriae: aut noua sunt et inusitata, nedum propria: aut propria propriis commutata, ut teclum pro domo, Ceres pro frumento. Possunt etiam metaphoram late extendere, more Aristotelis, ut figurās ante dictas amplectentur. De conformatiōnibus verborum postea praecipiet, quum de figuris omnibus agetur. Figurae verborum sunt, aut in simplicibus, ut metaphora: aut in coniunctis, ut gradatio. Quae sunt in collocatis, hoc modo distinguuntur a figuris sententiarum. Ornamenta verborum verbis mutatis non manent, manente sententia, ut, Euita malam famam, tanquam perniciem flammam. Figura est prosonomia, muta verbum, Euita malam famam, tanquam perniciem incendium, concinnitas excidit. Sententiarum ornamenta permanent, etiam si verba mutaueris. O indomitam libidinem, si mutaueris, O effrenatam cupiditatem: eadem concinnitas permanebit. Sunt autem sententiarum ornamenta totidem, quot res natura specie que diuersae, sed pauciora, quae eminent, de quibus infra dicetur.

COMIMENTARIUS. Vnum aderit) Legendum est aberit, ut in vetero codice. Nā genus subtile non admittit ornamentum illud siue et affluens, si vera sunt quae scripsit Cicero.

In alienis) Per translatum accipere poterimus metaphoram omnem: per factum aliunde intelligere poterimus tropos quosdam. Sic minutum dicimus animum pro parvo, per catachresin: et Africam pro Afris, per metonymian. Quid si per translatum more Aristotelis intelligamus tropos omnes? quod certe probabilius videtur. Collocata autem) In collocatione spectatur numerus, iunctura, et figura. Sed nunc tantum de figura agit.

VICTOR. Dilucidè) Ut intelligatur. Planū) Ut bene rem complectatur: ne quid deficit, ne quid superesse. Affluens) Copiosum. Et nescio unde ex addito erute) Unde etiam auctae dicuntur. Verecundus erit usus oratoriae suppellectilis) Parcè, inquit, vtetur figuratis sermonibus, unde oratoria facultas praecipuum nomen sibi vendicavit. In ornamentis, alia rerum, alia verborum) Ideo figura dicuntur diancas, id est, intellectus, at sententiarum: et lexeos, id est, dictio- nis. Simplex probatur in propriis) Proprietas, ut Quintilianus inquit, non ad nomine, sed ad vim significandi refertur: nec auditu, sed intellectu perpendenda est. At multis modis proprium dicitur: nam proprium, inter plura quae sunt eiusdem nominis, id unde cetera ducta sunt: ut vertex, est contorta in se aqua: vel quicquid aliud similiter vertitur, inde propter flexum capillorum, pars est summa capitisi, ex hoc, inquam, in montibus eminentijs mū, recte dixeris hec omnia vertices, proprietatem unde initium est, sicut sole, et turdi, pisces. Tertius est huic diuersus modus, cum res communis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium: ut carmen funebre, proprietaria: et tabernaculum ducis Augustale. Item quod commune est aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter attribuitur: ut urbem Romanam accipimus, et venales nouitios, et Corinthia era: cum sint urbes alias quoque, et venalia multa, et tam aurum, et argentum, quamvis Corinthium. Sed ne in his quidem virtus oratoris inspicitur, at illud iam non mediocriter probandum, quod etiam hoc modo laudari solet, ut proprietate dictum, id est, quo nihil possit inueniri significantius: ut Cato dixit C. Cesarem ad euertendam Rempub. sobrium accessisse: ut Vergilius deductum carmen: et Horatius acrem tibiam, Annibalēmque dirum. Ex epithetis quoque fit proprietas: ut cum dicimus, Dulce musum, et cum dentibus albis. Item, quae sunt in quo praecipua, propriū locum accipiunt: ut Fabius

inter plures imperatorias virtutes cunctator est appellatus. Quod aut optimè sonat) Vt si du-  
ctorem dicas potius quādū ducem. Aut translatum) Vt cūm dicis, hoc mihi excidit: pro oblitus  
sum. Aut factum aliunde) In aliam assumptum significacionem: vt, Se isti mutuo diligunt: cūm  
sit res mutua, qua numero, pondere, vel mensura constat. Aut factum ab ipso) Vt Lucretius  
(tuditate) à sono malice formauit: & Persius (cornicaris) à cornice fecit. Aut nouum) Vel id  
per derivationem: vt à beato, Cicero beatitudinem inuenit, vel per compositionem:  
vt à solo, & vagor, soliuagae feras, & thuricreas machatur ad aras: & infinita huiusmodi a-  
lia, qua Quintilianus etiam tradidit, qua elegantiam in oratione faciunt: vi iure dicat in arte poe-  
tica Horatius:

Dixeris egregiè notum, si callida verbum

Redditiderit iunctura nouum.

Aut prīcum & inusitatum) Ne sit ab ultimis repetitum tenebris, ne cūm Romulo loqui vi-  
deamur: aut adhuc suprad cūm Euandro, nam scut(ne antiquior) & (topor) quænumium ex vsu ex-  
cesserunt pro(valde) & (cito) nemo dicit: ita facile(exemplare) pro(perpeti) dixit Cicero: & (rebar)  
pro(putabam) & (prosapiam) pro(progenie) frequenter legas. Sed etiam inusitata, ac prīca  
sunt in propriis Nam & in his propriis dici multa inueniuntur. Collocata autem verba) In  
quo primum est, ut augeamus, minuamus, concitatè dicamus, moderatè, lētē, seuerē, abundanter,  
prestè, asperē, leniter, magnificē, subtiliter, graniter, vrbancē.

Ergo ille tenuis orator, modò sit elegans, nec in faciendis ver-  
bis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus, & in pri-  
scis, reliquisque ornamentis & verborum & sententiarum demis-  
sior, translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo om-  
nis vtitur non modò vrbaniorum, sed etiam rusticorum. Siquidem  
est eorum, gemmare vites, sitire agros, lētas esse segetes, luxuriosa  
frumenta. Nihil horum parum audacter, sed aut simile est illi vn-  
de transferas: aut si res suum nullum habet nomen, docendi caussa  
sumptum, non ludendi videtur. Hoc ornamento liberius paulò  
quādū cæteris vtitur hic summissus, nec tam licenter tamen, quādū  
si genere dicendi vteretur amplissimo. Itaque illud indecorum,  
quod quale sit, ex decoro debet intelligi, hic quoque apparet, cùm  
verbum aliquod altius transfertur, idque in oratione humili po-  
nitur, quod idem in alia deceret. Illam autem concinnitatem, que  
verborum collocationem illuminat iis luminibūs quæ Græci  
quasi aliquos gestus orationis & μέτρα appellant, (quod idem ver-  
bum ab his etiam in sententiarum ornamenta transfertur) adhi-  
bet quidem hic subtilis, quem nisi quod solum, cæteroquin re- Cæteroquin.i.  
Etè quidam vocant Atticum: sed paulò parcus. Nam si, vt in epu- alioquin.  
larum apparatu, à magnificentia recedens, non se parcum solum,  
sed etiam elegantem videri volet: eligit quibus vtitur. Sunt enim

*Id est, necepsitatis  
causa.*  
*Quando non ha-  
bemus aliud ver-  
bū, tamē oportet  
isto vti, vt ferre  
crucē: iam enim  
vſus molliit hæc  
vocem.*

## M. T. CICERONIS

pleræque aptæ huius ipsius oratoris de quo loquor, parsimoniae?

**S T R E B A E V S.** Quæ supplex esset oratoria, prius ostendit, ut postea quatenus orator ille subtilis vteretur, ostenderet. Vt tetur propriis & usitatibus, ut si purus & elegans ea est prima virtus orationis. Ceterum ne in faciendo verbis sit audax. Aut enim ingratia vilescunt, ut bibofus: aut venusta orationem extollunt, stylumque floridorem efficiunt, qui in qui tenuitati debeat adhiberi, ut nitidæ. In transferendo sit verecundus, id est, minime audax. Grandioribus enim conueniunt audaciore metaphoræ, quibus scatent heroici poeta, ac tragici, Carpebat quietem, frontem rugis arat, induit crines, flamma suggestur costis aheni. Sic rebus in magnis Cicero, Tene non existimat inuidie, incendio conflagraturum? Hac adulta Republica pessis, stirps ac semen malorum omnium. Sit in priscis, reliquisque ornamenti & verborum & sententiuarum demissio: ne si quid excellenter existat, ac in ceteris porrò eminet, fæda sit & prodigiosa inæqualitas, qualem videmus in literis indoctorum, qui partibus abiectis addunt splendidum aliquid ab affectatoribus emendatum, in quo gloriantur, & multum sapere se putant. Translationes in tenuitate frequentiores erunt, non illæ audaces, ac longè petite, sed verecude, & è proximo ducce, ut video pro intelligo: bona forma pro pulchra: scitua pro eleganti. Hoc genere frequentissime sermo omnis & lingua cottidiana vtitur, non modò urbanorum qui accurate loquuntur, sed etiam rusticorum qui sermonem negligunt. Si quidem rusticorum est gemmare vites, hoc est, velut oculos producere, unde racemos educatur. Sit in agros, aridos esse, pluviisque expere. Latas segetes, vberes & fructuosa. Luxuria safrumenta, exuberantia, in herbisque pascenda. Nihil horum parum audacter, ferendum tamen: quia res suæ, id est, proprium nullum habet nomen: alienum sumptum est causam docendi, non ludendi atque defellant. Ferendum quoque quod est illi simile, unde transferras. sunt ille metaphoræ propiores, ut baurire documenta de fonte scientiarum. Omnia translatione simile quiddam refert, sed alia dissimilior, in oratione minus ferenda, ut venosus liber & vernaculus, sarcago loquendi. Alia similior, quo ornamento liberius paulo quam ceteris vctetur hic summissus: nec tam licenter tamen, quam si genere dicendi vteretur amplissimo. indecorum certè est mulierem plebeiam conditionis etiā ditorem, auro, argento, gemmis & ornatu amplissimo collubrari. Eiusmodi est genus orationis humile, quod si verecundiam seruat, altius translatione repudiat: cuiusmodi sunt pro Rabirio. Quod tamen si audisses, aut si per etatem scire potuisses, nunquam profecto istam in dignam, que domi posita pessim atque exilium Sexto Tatio attulisset, in rostra atque in concionem attulisses: neque tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sexti Titij afflictæ insuem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Adhibebit etiam subtilis orator illam concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat, id est, figuris inserit verborum collocatorum, ut mutationem generum, numerorum, partium, repetitionem, duplicationem, gradationem, asyndeton, polysyndeton, correctionem. Vocantur haec concinnitates, & ornamenta, & lumen, & conformaciones, à Græcis & Graecis, id est, habitus & quasi gestus orationis, que ne sit persimilis, & eadem facie constans, noscas subinde formas ac figuræ induit. Adhibebit hæc paulo parcus, ne venustates & auxiliū delectationis quæsiſſe videantur. nec enim in apparatus magnificus esse debet, nec cōtrā ieiunas, & solidus, sed is qui temperanter vteatur elegantia parsimonia. Quem nisi quoddam solum, ceteroquin recte quidam vocant Atticum. Parenthesis est in hunc sensum, oratorem tenuem quidam Atticum solum vocant: quodd Atticum, recte: quodd solum, praué. Nam sunt Atticorum genera multa, & antea probatum est. Ceterum, non ceteroquin, multi legendum putant, ceteroquin ut improbam vocem repudiant. Tamē ceteroquin dicitur, & alioquin, & ex analogia eodem modo significant nec illa causa est cur repudietur.

**C O M M E N T A R I U S.** Ergo ille) Nunc Cicero docet quatenus orator tenuis orationis

*vti debat vti, proprietatem in primis selectetur, verba rādē nouet, transferat verecundē. Luxuriosa frumenta) Luxuriam vocant in frumentis rustici, cūm nimia pabuli vbertate lasciuient, & in herbam abeunt sumpta metaphorā à profusore vistū. Hoc ornamento) Metaphora omnis tum necessaria tum non necessaria similitudinem habet: sed in his quae non sunt necessariae, maxime spectatur similitudo & delectatio. In necessariis etiā cernitur similitudo, tamen ratio docendi potius: mūm spectatur: quia res aliter non potuit doceri, cūm decesset verbum. Illam autem concinnitatem) Egit hactenus de ornatu simplici, nunc de ornatu verborū collocatorum, in quibus spectamus numerum, figuram, & collocationem. Sed de numero & collocatione suprà egit, nam de figura.*

*Ceteroquin recte) Ceteroquin particula rara est, ea tamen bis vtitur Cicero, in Epistolis ad Atticum, & in epistola quadam ad Leptam.*

*VICTOR. Ergo ille tenuis) Qui in tenui figura eminet. Gemmare vites) Cūm in gemme modum, tum primum pampinum vel racemum edunt. Sitire agros) Cūm exaruerunt longo tempore sublati pluuiis. Letas esse segetes) Vnde & Vergilius, Quid faciat letas segetes.*

*Luxuriosa frumenta) cūm nimium herbescit solum. Non ludendi) Quoniam translatio lufus quidem videtur, quod aliud in vocem prætendat, & aliud significet. In alia) In alterius generis oratione. Schemata) Aliqui habitus interpretantur. In sententiarum ornamenta) Quoniam sunt figura sententiarum, quae dicuntur dianæas. Nisi q̄ solum) Quoniam omnia tria genera Attica dicuntur: nisi que aliud est Atticē dicere, nisi mundæ, & minimè sordide.*

Nam illa de quibus antè dixi, huic acuto fugienda sunt, paria *Ariðēta*.  
paribus relata, & similiter conclusa, eodemque pacto cadentia, & *Quoniam translatio*.  
*Quoniam omnia tria genera Attica dicuntur: nisi que aliud est Atticē dicere, nisi mundæ, & minimè sordide.*  
immutatione literæ quasi quæsitæ venustates: ne elaborata concin-  
nitas, & quoddam aucupium delectationis manifestè deprehen-  
sum appareat. Itēmque siquæ verborum iterationes contentionem  
aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac summisione ora-  
tionis alienæ: cæteris promiscuè poterit vti: continuationem ver-  
borum modò relaxet, & diuidat, vt atque verbis quam vñitatis-  
simis, translationibus quam mollissimis. etiam illa sententiæ lu-  
mina assumat, quæ non erunt vehementer illustria. Non faciet  
Rempublicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec  
aceruatim multa frequentans vna complexione deuinciet. Valen-  
tiorum hæc laterum sunt, nec ab hoc quem informamus, aut expe- *Συναρτησις*  
ctanda, aut postulanda. Erit enim vt voce, sic etiam oratione sup- *intelligit.*  
pressior. Sed pleraq; ex illis cōuenient etiam huic tenuitati, quanq;  
iisdem ornamentis vtetur horridius: talem enim inducimus.

*STREBÆVS. Proposita sunt etiam lumines, quibus hic tenuis illustreret orationem. Sunt  
alia quibus non vñetur, si verecundus & parcus esset: volet. Id genus sunt paria paribus relata, id  
est, vt antè diximus, mensurae & quantitatæ eiusdem membra, quæ sunt sua sponte numerosa, vt illæ  
Ciceronis in Catilinam: Quid si in vino & alea comfessiones solùm & scorta quererent, essent it-  
li quidem desperandi, sed tamen essent ferendi: hoc vero quis ferre posset, inertes homines fortissimi*

## M. T. CICERONIS

infidari? stulti? simos prudentissimi? ebrios? sobri? dormientes vigilantibus? qui mihi accubantes in conuiuis complexi mulieres impudicas? vino languidi? confecti cibo? ferto redimisti, vnguentis oblieti, debilitati stupris? eructant sermonibus suis eadem bonorum, atque urbis incendia. Similiter conclusa, similiter desinentia, dicuntur episo? et? et? que a similiter cadentibus hoc differunt, quod similiter conclusa finem tenent, non similiter cadentia. Similiter conclusa sunt haec: Bellum in Afrika maximum conficit, victorem exercitum deportauit. Similiter cadentia Philosophia excitanda nobis est, ut si occupati prosumus aliquid ciuibus nostris, prosumus etiam si possimus ociosi. Immutatione litera quasi que sit venustates, ut Puppesque tuae publicaque euorum. Non enim tam spes laudanda, quam res est. talia sunt, honori oneri, orator arator, mos mors, emissus immisus. In his aparet elaborata coccinatus, & affectata elegancia, & aucupium curiosaque investigatio delectationis. Ab hac summatione, id est, humilitate orationis, alienae sunt verborum iterationes, non omnes sed qua contentione aliquam vocis & laterum & clamorem requirunt. Nihilne te nocturnum praesidium palatij nihilne urbis vigilia? nihil populi nihil concusus bonorum omnium nihil hic munitionis habendi senatus locus? nihil horum ora vultusque mouerunt? Haec acerba est iteratio verborum. Ut tatur continuatione verborum, id est, periodo, si modò relaxet & diuidat, hoc est breuiore ponat: exiit longissimam. Breuior est ex duobus membris aut tribus, ut Illud autem miror, cur vos aliquid contra me sentire dicatis, quum cum authorem vos pro me appellatis, nos non nominetis. Ut tatur verbis quidem visitatisimis, ut Quid ergo? Ipsi homines Latinè non loquuntur? Immo vero tantum loquuntur, quantum est satis ad intelligendam voluntatem. Ut tatur translationibus mollissimis, duriores enim & asperiores tenuitatis non consentiunt. Moles sunt metapora, congregare viros, omnia tela concire, id est, omnibus modis homini nocere, respiresser cupiditas, dare locum se colligere, in turpitudinem venire, & sexcta id genus. Affusat etiam illa sententiarum lumina, quae non erunt vehementer illustria, ut interrogations, admirationes, permissiones, consilium breuitatem, illusionem, rogationem, superlationem, interpretationem. Non faciet Rempublo querentes, id maioris est contentio: Iesus est in detestanda coniuratione. Nunc te patria, quae communis est omnium nostrorum parens, odit ac metuit, & iamdiu te nihil indicat nisi de parricidio suo cogitare. huius tu neque autoritatem verebere neque iudicium sequere neq; vim pertimesce? quae tecum Catilina sic agit, & quodammodo tacita loquitur: & quae sequuntur. Nec ab inferis mortuos excitabit. Est haec etiam prosopopoeia grauior, qua vtitur pro Caelio: Sed tamen ex ipsa quem prius, utrum me secum seuerè & grauiter & prised agere malit, an remisè, leniter ac urbane? Sin illo austero more ac modo, aliquis mihi ab inferis excitatus est ex barbatis illis, nō haec barbula qua ista delectatur, sed illa horrida quā in statuis antiquis & imaginibus videmus: qui obiurgat mulierem, & pro me loquatur, ne ista forte mihi succenscat. Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis, ac potissimum cæcus ille, & cetera. Non aceruum multa frequentans una complectione deuinciet, id est, non vtetur exaggeratione rerum atque verborum, cuius Iesus est in amplificatione graui. Nunc iam aperte Rempub. vniuersam petis. templa deorum immortalium, telia urbis, vitam ciuium omnium, Italiam denique totam ad exitium & vastitatem vocas. Valentiorum haec laterum sunt, & acriore contentione dicenda, nec ab oratore tenui, quem informamus, aut exceptanda, ut eius tenuitatis propria: aut postulanda, ut iure impetranda. Erit voce & pronunciacione suppressior, quia vox orationi, oratio voci debet accommodari. Quoniam oratio tenuis est, vox quoque careat insigni contentione, quae grauissimis illis aptanda figuris est. Sed plerique ex illis sententiis luminibus conuenient etiam huic tenuitati, ut quae non erunt vehementer illustria, quae paulo ante numerabamus, quanquam iisdem ornamentis vtetur horridus, quia sic in apparatu à magnificencia recedit, ut eleganti tamen vtetur parsimonia.

COMMENTARIJS. Nam illa de quibus) Eas verborū figurās quae apertiorēm

habent concinnitatem, aut maiorem contentiōnem, ab oratore tenui remaneat: ut intelligamus oratorem tenuem ceteris vti posse. Continuationem) Vt̄i poterit orator tenuis periodis, modò non sint accurate, sed liberiōres: eas tamē s̄p̄ius diuidet in membra, neque semper circunducet. Non faciet Prosfopopœia est duntaxat vtendum in oratione graui, item frequentatione quæ res differas & varias vnum in locum digerit amplificationis cauſa.

VICTOR. Paria paribus relata) Quæ pars a diximus nominari. Similiter conclusa) Dicuntur homœotœctus. Eodemque pacto cadentia) Homœoptota nominantur. Et in nūtatione literæ) Quæ agnominatio dicitur, ut beneficium, veneficium. Verborum iterationes) Vbi; idem verbum sapius repetimus. Continuatione verborum) Id est, clausula simplici. Modò relaxet, & diuidat) Subaudi, in membra, & cæsa. Sententiarum lumina) Figuras sententiarū.

Non faciet Rēpublicā loquenter) Id est, prosopopœia nō vtatur, nec idlopœia, nec ethopœia.

Nec acerutissim multa frequentans) Vt cum mēbratim, aut cæsim locutus sit, clausula quan-dam verborum crepidine concludat. Supp̄essor) Summīor. Huic tenuitati) Id est, quæ maximo charactere conuenient, eorum multa etiam humili conuenient. Vtetur horridus) Non illo verborum splendore, ac apparatu, quo magnificus.

Accedit actio nō tragica, nec scenæ, sed modica iactatione corporis, vultu tamen multa conficiens, non hoc quo dicuntur os du-cere, sed illo quo significant ingenuè, quo sensu quidque pronun-cient. Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in di-cendo mirum quantum valent: quorum duo genera sunt, vnum facetiarum, alterum dicacitatis. vtetur vtroque, sed altero in nar-rando aliquid venustè, altero in iaciendo mittendóque ridiculo, cuius genera plura sunt: sed nunc aliud agimus.

STREBÆVS. In rebus & verbis est oratio, quæ si dicitur, eget etiam actione, hoc est, pronunciatione. Tertius est igitur locus precipiē de tenuitate actione. Atq̄ oratoris summi ne-sit tragicæ & graui insigni contentione vocis, vultu tristis, gestu que turbulentio. Nam talis actio pe-nē contentiōnibus adhibetur. Talis est Tragediorum in agendis fabulis: quo qui feruntur impetu, tragedias excitatæ dicuntur. Ne sit etiam actio scenæ, hoc est, bistrionum, quorum clamofa sepe & vultuosa est actio. Sit modica & temperata iactatione, motuque corporis, quoniam rebus in par-uis membra vehementer agitare, prop̄ fieriosum est. Decet autem pronunciatione, quæ respondet ora-tioni. Vultu, non iactatione membrorum multa conficiat, ut orationis intellectum iuinet. Non hoc vultu quo dicuntur inepiti & insuēstii clamatores os ducere, hoc est labra, buccas, nares, oculos huc & illuc turpiter contorquere, sed illo decenti vultu, quo significant ingenuè, honestè & liberaliter, quo sensu quidque pronuncient, acriter an suauiter, severè an blandè, animo irato an quieto, bene-uolo an auero. Os Cicero accipit omnem partem quam vulgus faciem dicit. Singulorum ferè ver-borum suis quidam vultus est, rerum naturis aptè venustè que conformandus. Huic generi oratio-nis adsp̄gentur etiam sales, quem admodum sal & condimenta cibariis adsp̄gentur ad pa-lati voluptatem. Quippe oratoris est non docere modò, sed etiam mouere, atque delectare. De-lectatio posita est in salibus, ac ridiculis, quæ in dicendo mirum quantum valeant. amabiles enim mores oratoris, & acumen ostendunt, tedium rerum grauium leuant, affectus aduersarij tristes elidunt, controver-sias interim grauius vniſu liber. ali dissoluunt. Sales ali sunt facetiæ, ali

Facetia est in p-  
petua oratione;  
cuiusmodi sunt  
Terentianæ ora-  
tiones. Dicacitas  
est in uno dicto.

## M. T. CICERONIS

dicacitatis: qui quantum inter se distent, ostendit secundo de Oratore, Quum duo genera sine facetiis, alterum aequaliter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breve. Illa a veteribus superior, cauillatio: haec altera, dicacitas nominata est. Hic sales, illic facetias ut genus ponit, cōfusis nominibus. Hic autem facetias cauillationes vult accipi. Itaq; facetiae siue cauillationes a veteribus dicta, perpetua est festinatio in dicendo, qua festinatio describitur hominum mores, vt moueatur hilaritas ex ipso genere sermonis, vultu vucēq; adiuuante: cuiusmodi narratio Ciceronis est in oratione pro Cluentio de maiore Cepasio, & pro eodē historia de Bruto atq; Crasso. Dicacitas autem festinatio est brevis & acuta, vt Catulli, qui a Philippo interrogatus, quid latraret, sūre se videre respondebat. Superius ergo genus in narrādo aliquid venisse, posterius in iaciendo mitendo q; ridiculo, id est, eo dīcto quod risum cire posse: a Græcis dicitur γέλων. Ridicularū genera sunt plura. Alia versantur in ambiguo, alia in paronomasia, alia in metaphoris, alia in ironia, alia in contrariis, similibus, imaginibus, apologetis, historiis. Sunt alia quoque genera, quæ exponit omnia de Oratore libro secundo. Hic ideo omittit, quod aliud agit, quoniam sit optima dicendi figura.

**C O M M E N T A R I U S.** Accedit actio) Finitima est actio elocutionis, vt ab hac quoq; describendus fuerit tenuis oratoris character. Tragica actio est concitata & pathetica, abesse igitur ab hoc oratore debet. Os ducere est faciem distorquere, quod solent facere mimi & sanniones.

Huic generi) Quod sequitur pertinet ad delectationem, quam sectari debet orator, presertim cum in sermone quotidiano ferè semper sales usurpare soleamus. Vnum facietiarum) Facetiae spectantur in orationis continuatione: dicacitas in dicti breuitate.

**VICTOR.** Actio tragica) Id est, sublimis, elata, qualis in Tragediis induci solet. Vntu multa conficiens) Vt vultuose admodum pronunciet, id est, multis vultus inclinationibus vtatur.

Os ducere) Faciem ipsam nimium torquendo. Asperguntur etiam sales) Cuiusmodi ipse in libro de Oratore tradidit: & Quintilianus de mouendis in conclusionibus affectibus docet. Vnū facietiarum, alterum dicacitatis) Facetum, elegans, & vrbananum: dicacem seurrā dicimus. ideo ipse pro Cælio, Aliud est maledicere, inquit, aliud accusare: accusatio, criminis defuderat, & vt definiat, hominem vt notet, argumēto probet, teste confirmet. maledictio huius nihil habet propositi præter cōtumeliam: quæ si petulatiū iactatur, cōuitiū si facetus, vrbanitas nominatur. Quintilianus, In narrādo autē, inquit, Cicero consistere facetias putat, dicacitatem in iaciendo, sicut hic statim commemorat. Sed nunc aliud agimus) Ideo dicere supercedit: quoniam in libro de Oratore haec tradidit.

Illud ad non emus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne scurrile sit: nec subobscoeno, ne mimicum: nec petulanti, ne improbum: nec in calamitatem, ne inhumanum: nec in facinus, ne odiij locum risus occupet: neque aut sua persona, aut iudicium, aut tempore alienum. Haec enim ad illud indecorum referuntur. Vitabit etiam quæsita, nec ex tempore facta, sed domo allata, quæ plerunq; sunt frigida. Parcet & amicitiis, & dignitatibus: vitabit insanabiles cōtumelias: tantummodo aduersarios figet, nec eos tamen semper, nec omneis, nec omni modo: quibus exceptis sic vtetur sale, & facetiis, vt ego ex istis nouis Atticis talem cognoverim neminem, cum id certe sit vel maximē Atticum. Hanc ego iudico formam summisi oratoris, sed magni tamen & germani Ar-

tici: quoniam quicquid est falsum aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est: è quibus tamen non omnes faceti: Lysias satis, & Hyperides, Demades præter cæteros fertur, Demosthenes minus habetur: quo quidem mihi nihil videtur vrbanius: sed non tam dicax fuit, quām facetus. Est autem illud acrioris ingenij, hoc majoris artis.

**S T R E B A E V S.** Temperare iocum, difficillimum est. Ennium dixisse ferunt flammam à sapiente facilius ore inardente opprimi, quām bona dicta teneat. Quām obrem quæ ridicula vitæ orator ut illiberalia, non utile est admonere. Nimirum frequens ridiculum, scurrile est, ideōque vindicandum. Observanda, inquit, temporis ratio, & ipsius dicacitatem moderatio, & temperatia, & res ritas. Quod oratores cum causa dicunt, non ut ridiculi videantur, sed ut proficiant aliquid: scurrile totum diem, & sine causa. Scurrile est quod Appius in Sextium coniecit: Cœnabo, inquit, apud te: rni enim locum video. Luscus erat Sextius. Per multa sunt scurrilia apud Plautū, que risum quidē concitant, sed illiberaliter, & agresti more. Aliud est ridiculum subobjecnum, quale mimi, qui ridiculè mores imitantur hominum, sine dignitate coniiciunt: quod non resuunt etiam satyrici. Cato, ut est apud Horatium, quum iuuenem ex euntem fornici vidisset, hominem laudauit: tum Cupennius adulter. Nolim me, inquit, hoc modo laudari. De ridiculo mimico Cicero de Oratore: Quid enim potest esse tam ridiculum, quām fanio est? sed ore, vultu, imitandis moribus, voce denique, corpore redditur ipso. Salsum hunc possum dicere, atque ita, non ut eiusmodi oratorem esse velim, sed ut minimum. Idem, Obscenitas non solum non foro digna, sed vix conusio liberorum. Aliud est petulans & improbabam, quod acerbè lacebit & insultat, ut cum candidatus Culus Sempronius cum Marco suo fratre Vargulam complexus esset, Puer, inquit, abige muscas. Aliud est in calamitatē, quod inhumanum est: aliud in facinus & improbatent insignem, quæ non risu, sed odio persequenda est. Propterea si ridetur, odij locum risus occupat. De utroque genere Cicero, Nam nec insignis improbitas, & scelere coniuncta, nec rursus miseria insignis agitata ridetur. Facinorosos enim maiores quadam vi, quām ridiculi, vulnerari volunt: miseros illudi nolunt, nisi si se forte attackant. Quintilianus, Nec accusatorem atroc in causa, nec pâtronum in miserabili iocantem feret quisquam. Materies omnis ridiculorum est in illis virtutis quæ bellè agitata rideantur. Aliud est ab agentiâ persona, aut indicum, aut tempore alienum, ut quum dicit orator indigna se, aut quæ iudicem lèdunt, aut que non obseruant temporis opportunitatem. Hæc referuntur ad indecorū. Ea quæ dicit vir bonus, omnia salua dignitate ac verecundia decent. Vitabit etiam questus, & preparati & ea quæ nō ex tempore sunt ficta sed domo allata, & plerunque frigida. Omnia (ut ait) probabiliora sunt quæ lacebisti dicimus, quām quæ priores. Nam & ingenij celeritas maior est, quæ appetat in respondendo, & humanitatis est responsio. Idem in eodem loco: Ante illud facete dictum emissum herere debeat, quām cogitari potuisse videatur. Parcer orator amicitiis, ne temere in eos dicat qui diliguntur, & ne subeat illud. Potius amicum quām dictum perdidit. Parcer etiam dignitatibus, id est, viris maiestatis honorandæ, ne lacebat quem lèdere sit periculoseum. Vitabit insanabiles contumelias, quæ inimicitie graues insequantur, & sepe turpù satisfactio. Tantummodo aduersarium figet, & acuto dicto confodiet. Nec eos tamen semper, ne scurrile sit: nec omneis, ne nulla ratio personæ habita esse videatur: nec omni modo, sed tatum liberali. His ridiculis ineptioribus exceptis, videntur orator sale, id est, ridiculo acuto & breui & facetiis in omni sermone fusis. Hæc arquit iterum causidicos illos insolentiores, de quibus antè dictum est, qui quodd uterentur oratione per humili, reiecto omni splendidiore cultu, sibi volvunt. Attici videri: quasi vero Lysiam invi-

# M. T. CICERONIS

rarentur, & eius viri tenuem venustatem, quæ sicut est Attica, ita non sola dici potest Attica, nam quicquid est falsum & salubre, hoc est, cōmodum & utile in oratione, id proprium Atticorum est, & quibus Lysias satis est facetus, & Hyperides, Damades præter ceteros ferunt, nec enim scripta extant unde id scire possis. Demades alterius extat adhuc fragmentum. Demosthenes minus habetur ab indoctis, quem sit ipse perurbanus, sed non tam dicax in coniūcio do breui ridiculo, quam facetus in texenda lepida narratione, quod est ingenij maioris, maius enim perpetuos sales inffergere, quam una & altera brevi sententia iocari, quamquam & hoc est acris ingenij. De his omnibus oratoribus Cicero in Bruto.

**C O M M E N T A R I U S.** Vitabit) Ridicula quæ sita frigida sunt, contraria extemporalia maxime probantur, ac magis in respondendo quam in lacefendo: quia tum magis ridiculum apparet fictum ex tempore. Germani Attici) Fabius libro sexto hunc locum explicat, alioque falsum esse, accipiendo inque non pro ridiculo, sed velut pro quadam simplici orationis condimento, quod latenter sentitur. Iudicium subdit continuo Fabius: nam id Cicero omne quod falsum ait esse Atticorum, non quia sunt ad risum maxime composti.

**V I C T O R.** Ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit) Quoniam scurræ nimium etiam dicaces sunt. Nec in calamitatem) In calamitosum enim & pauperes inhumanum sit petulantius loqui. Nec in facinus) Ut si quid flagitosè dictum, vel factum, in risum velimus conuertere, cum carpendum potius, & incessandum fuerit. Vitabit etiam quæ sita) Nam ridicula, extemporalia esse conuenit. Nec ex tempore ficta) Vitabit, inquit, quæ non sunt ex tempore ficta: his est, quæ non sunt tum inuenta: quia quæ ex tempore inuenta sunt, ea speciosiora. Que plerunque sunt frigida) Siquidem excogitata plerunque secus euiniunt, quam opinati fuerimus.

Vitabit insanabiles contumelias) Ne dum excitat risum, in talam calumniam adducat, ut poena dignus ille videatur, in quem ridiculum iactatum sit. Ex istis nouis Atticis) Illos Cicero semper incitat suum temporis quosdam, qui dum Atticè loqui volebant, ineptissimi inueniebantur. Et germani Attici) id est, qui propriè Atticus dicēdus sit, cuiusmodi sermè sunt Coœdiæ omnes, præsertim Aristophanis. Hyperides) Quem Quintilianus dulcem, & acutum ait.

Demosthenes minus habetur) Ita Quintilianus de risu locutus, Quantu[m] autem sit, inquit, in ea difficultas, vel duo maximi oratores, alter Graece, alter Latinæ eloquentie principes docent. nam plerique Demostheni facultate defuisse huius rei credunt, Ciceroni modù, nec videri potest noluisse Demosthenes, cuius pauca admodum dicta, nec sanctè ceteris eius virtutibus respondentia, palam ostendunt non difflicuisse illi iocos, sed non contigisse, non solum extra iudicis, sed etiam in ipsis orationibus habitus est nimis risus affectator. Quod quidem nihil mihi videtur urbanus) Secus ergo ac Quintilianus dicit, sentit Cicero, verum quid per urbanum intelligat, exponit: cum inquit,

Sed non tam dicax fuit) Oblectatus risum commouere. Quam facetus) Id est, compitus, & mulcens audientis animum. Acrioris ingenij) Tam repete comparata genera habere ridicolorum.

Hoc maioris artis) Oblectare possit animum, non risum excitare sed exhilarare mentem.

De medio & mediocri generi.  
Neruos appellat scria argumēta. Oratores autem ornatae a poetis, neruos vero a philosophis.

Vberius est aliud, aliquantóque robustius, quam hoc humile, de quo dictum est: summissius autem, quam illud, de quo iam dicitur, amplissimum. Hoc in genere neruorum vel minimum, suauitatis autem est vel plurimum. Est enim plenius, quam hoc enucleatum: quam autem illud ornatum, copiosumque, summissius. Huic omnia dicendi ornamenta conueniunt, plurimumque est in hac orationis forma suavitatis: in qua multi floruerunt apud Gra-

cos: sed Phalereus Demetrius meo iudicio præstítit cæteris: cuius oratio cùm sedatè placideque loquitur, tum illustrant eam quasi stellæ quædam, translata verba, atque immutata. Translata ea dico, vt sæpe iam, quæ per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae cauſa transferuntur: Mutata, in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti. quod quanquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit cum dixit Ennius, arcem & urbem orbas: alio modo si pro patria arcem dixisset: & horridam Africam tremere tumultu cùm dicit, pro Afriſ immutat Africam. Hanc Hypallagen rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, Metonymian grammatici vocant, quòd nomina transferuntur. Aristoteles autem translationi hæc ipsa subiungit: & abusionem, quam ἀστράφην vocant: vt cùm minutum dicimus animum pro paruo, & abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quòd delectat, vel quòd licet. Iam cùm fluxerunt continuæ plures translationes, alia planè fit oratio. itaque genus hoc Græci appellant διληγεῖσαι, nomine rectè: genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat.

Aristoteles omnes tropos metaphoræ vocat.

*S T R E B A E V S.* Summi: oratoris imaginem delineauit, ex ordine medium genus describit, hoc modo: Medium genus uberior est & robustius, quām humile: summissius, quām amplissimum: pleniū, quām tenue: summibius, quām graue. Vbertas est in ornamento rū copia, non in verborum multitudine. Robur in grandiore filo orationis, & ampliore numero, non in severitate dicendi: quoniam hoc in genere fatetur minimum esse nervorum, propterea quòd plus carnis habet ad decorum, pleniusque corpus quām roboris & nervorum ad vim animis inferendam, hinc plenum dicitur, sicut gracile & tenue vocatur illud enucleatum quod dicit omnia, quasi minuto corpore malentum. Itaque verba leget grandiora, assuet ornementa pulcherrima figurarum, pedes collubabili ampliores, & longiores extendet periodos. Ex his vbertas, stylisq; robur, & plena modorum ratio, & erectior cùm facies tum sonus orationis, quād illa generis summissio. Huic omnia dicendi ornamenta conueniunt, vt sententiae, amplificationes, egressiones, schemata, numeri pliores, copia rerum atque verborum, non tamen ideo sumnum putandum est. Vt enim ab illa forensi contentione non differat ornamento rū copia, genere tamen & modo plurimū distat: quod multis expositum est, quum de Sophistarum similitudine ageretur: & hic discrimen ostendit, quum summibius quād illud amplissimum dicit, & plurimum esse in hac orationis forma suavitatis. Nam graue genus, & quod summum dicitur, acre est & vehementer intentum, & asperitate quadam concitatum, quod paulo post aperte docebit. In media suavitate Demetriū præfert omnibus, quem fuisse omnium politissimum scribit de Oratore libro secundo. de eodem plura de Claris oratoribus: Phalerensis, inquit, succedit eis senibus, adolscens eruditissimus ille quidem horū omnium, sed nō tam armis institutus, quād palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses quād inflammabat. Processerat enim in solem & puluerem, non ut ē militari tabernaculo, sed vi ē Theoglyphastru decliviri ha-

## M. T. CICERONIS

minis umbraculis. Hic primum inflexit orationem, & eam mollem teneraque reddidit: & suante (sicut fuit) videri maluit, quam grauis: sed suauitate ea qua perfunderet animos, non qua perfringere. Is quem multos annos rexisset Athenienses, solum verit, & Ptolomei Soteris bibliothecae praefectus est. Ab Attico portu Phalero distans est Phalereus, quod nomen est trium syllabarum, φαλερός. Frequenter utebatur metaphora, metonymia, catachresi, allegoria, luminibus verborum, locis communibus, & oratione sedate, placide & quiete proflent: quæ Cicero medi generis ornamenta censet. Verba transferuntur aut suauitatis grata, ut, Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam sua gloria? Aut inopie, ut, Durus homo, fructus laborant. Ne mireris autem quid nomine suauitatis hic metaphorara censem: Nam et si metaphoræ multiplex est, multisque de causis inuenta, tamen genus illud quod habet plurim suauitatis translatione suavi frequens vertitur. Præterea si translationem facimus citra necessitatem, hoc eò facimus, quod translatum sit in eo significando quod agitur, præstantius, quam proprium. Quod autem præstat, id auribus & animo intelligentis suuins accidat necesse est. Id ostendit tertio de Oratore: Similitudinis est ad verbum r̄m̄m̄ contraria breuitas, quod verbum in alieno loco tanquam in suo positum, si agnoscitur, deletat: si simile nihil habet, repudiatur. Immutata verba sunt in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti: ut si pro patria arcem dixeris, & pro Afric Africa, intelliguntur duæ figuræ, οὐσιῶν ἡ, ὑπὸ λόγου, quæ est verborum summatio, & μεταφορά, id est, nominis pro nomine positio, & nominum quedam translatio, de qua re idem de Oratore libro tertio: Ne illa quidem traductio atq; immutatio in verbo quandam fabricationem habet, sed in oratione. Africa terribili tremit horrida terra tumultu, pro Afric est sumpta Africa. Neque factum verbum, ut, mare saxifragis undis. Neq; translatum, ut, mollitur mare: sed ornandi causa proprium proprio commutatum. Hattenus Cicero. Percurre totum locum: ut que faciant hic, inde referre possit. Sic differunt haec conformatioes. Iam metaphora similitudo est breuiter contraria, ut, vrbs orba est. Hypallage siue metonymia est, quam pro inventore inuentum, pro continente contentum, pro efficiente effectum, pro posse posse, aut contra capimus. Synecdoche dicitur, quam à parte tritū intelligitur, vel numerus à numero, ut ab uno plures. Notiora sunt haec, quam que pluribus verbis exponi debeant. De catachresi, id est, abusione, idem Cicero de Oratore: Abutumur sepe etiam verbo non et in eleganter quād in transferendo: sed etiam si licentius, tamen interdum non impudenter, ut quum granulm orationem pro magna, minutum animum pro paruo dicimus. Quintilianus: Eo magis necessaria καταχρεῖς, quam rectè dicimus abusione, que non habentibus nomen suum, accommodat quo in proximo est, sic, Equum dinina Palladis arte Aedificant. Haec Fabius. Cicero tamen significat catachresin fieri posse ubi non deficit nomen, & Quintilianus fatetur, his verbis: Nam poeta solent abusus etiam in his rebus quibus nomina sua sunt, vicinius potius vti, quod rarum in prosa est. & οὐδὲ πάλια alia est oratio, quam fluxerunt continue plures translationes. Fabius interpretatur inversionem, que aliud verbis, aliud sensu ostendit, ut hoc, Miro, querorque quenquam hominum ita pessundare alterum verbis velle, ut etiam nauim ipse perforet, in qua ipse nauiget. ista omnia, metonymian, synecdocham, catachresin, allegorian uno genere complectitur Aristoteles, & metaphoras vocat Rhetoricorum tertio, ubi translationum species exponit ad eam fusæ, ut eius verba citare molestum sit. Satis est adscribere definitionem ex eius libro περὶ τοπικῆς, μεταφορῆς, διάνοματος ἀλλοργῆς ἐπιφορῆς. Η ἀπὸ γένους τῶν ἀδός τῶν γάλας, η ἀπὸ ἀδός τῶν γάλας, η τράγαλον. Translatio est alio nomine inducio, que sit aut à genere in speciem, aut à specie in genus, aut à specie in speciem, aut à similitudine rationis eiusdem.

**C O M M E N T A R I U S.** Vberius est) Unde sophiste in epidicticis orationibus, hoc potissimum characteris genere utuntur. Sed Phalereus Is discipulus fuit Theophrasti. Quod

quamquam) In omni tropo videtur esse translatio: unde Aristoteles ad Theodecten omnes tropas vocat metaphoras. Ennius, arcem) Id est, regem & ciues orbas: ut arx pro rege, urbs pro cimibus, eorum pro continente ponatur. Hanc hypallagen) Alioqui hypallage apud grammaticos est, cum oratio intelligitur alio ordine, estque scripta praeposterè, ut, dare clasibus austros.

VICTOR. Vberius est aliud) Expositus formam & quasi ideam Cicero humilis characteris: nunc mediocris & temperata faciem docere incipit. Quād enucleatum) Hoc humile dicit, de quo iam dictum est: plurimumque est in hac oratoris forma suavitatis. Ideo Homerus cum Menelao argutum illud genus, & minime errans attribuisset, suave ut melli compararet, Nestori attribuit. Sed Phalereus Demetrius meo iudicio prestitit ceteris) In hoc, inquit, dicendi mediocri charactere Demetrius Phalereus excelluit: de quo Quintilianus, Quando etiam, inquit, Phalereum illum Demetrium, quāq̄ is primus inclinasse eloquentiam dicitur, multum ingenij habuisse, & facundiae fator: & vel ob hoc memoria dignū, quōd ultimus est fērē ex Atticis, qui dici possit orator: quem tamen in illo medio genere dicendi praeferit omnibus Cicero. Translata ea dico) In toto, inquit Quintilianus, metaphora brevior est, quād similitudo: eōque distat, quōd illa comparatur rei quam volumus exprimere: hēc pro ipsa re dicitur. Comparatio est enim, chm̄ dico fecisse quid hominem, ut leonem, translatio est, cum dico de homine leonem. Item, quid enim diceret aliud & scire segetes, & fruticibus laborare. Necesse est nos durum hominem, aut afferum, non enim proprium erat quod daremus his affectibus nomen. Iam incensum ira, & inflammatum cupiditate, & lapsu errore, significandi gratia, illa ad ornatum, lumen orationis, & generis claritatem, & concionum procellas, & eloquentia flumina, ut Cicero ipse pro Milone Clodium fontem gloria eius vocat, & alio loco segetem, ac materiam. Id est, quod Cicero inquit, per similitudinem translationem fieri aut suauitatis, cut inopie causa. Arcem & urbem orbas) Quia orbi homines dicuntur. Si pro patria arcem dixisset) Quia partem pro toto ponens sicut syneedoche: est tamen translatio. Hanc hypallagen rhetores) Metonymia, inquit Quintilianus, qua est nominis pro nomine positio: cuius vis est pro eo quod dicitur, causam propter quam dicitur, ponere: sed ut ait Cicero, Hypallagen rhetores dicunt. hēc inuenies ab inuētore, & subiecta ab obliuientibus significat, ut Cererem corruptam vndis. & Receptus terra Neptunus, classes aquilonibus arcit. Quod sit retro durius. Refert autem in quaetum dictus tropus oratorem sequatur. Nam ut Vulcanū pro igne vulgo audiuius: & vario Marte pugnatum, eruditus est sermo: & Venerem quād coitum distisse magis decet: ita Liberum, & Cererem pro vino & pane licentius, quād ut fori veritas ferat. Sicut ex eo quod continet, id quod continetur, vñsus recipit: ut, bene moratas vrbes, & poculum eponti, & seculum felix, ad id quod contrā est, raro audeat quis nisi poeta, Iam proximus ardet Vcragon. Nisi forte hoc potius est à possestore quod possidetur, ut hominem decuorari, cuius patrimonium consumitur. Poeta, Pallida mors aquo pulsat pede pauperum tabernas, regūmque turres: & Palientes habitant moribit tristisque senectus: & orator præcipitem iram, hilarem adolescentiam, segne otium dicit. Quam catachresin vocant) Nam catachromæ, abutor significat. Genus hoc Graeci appellant allegorian) Quasi allo, id est, aliud: agoreouon, id est, dicens. Allegoria, inquit Quintilianus, quam inuersionem vocamus: aliud verbis, aliud sensu ostendit: ut, O nauis referent in mare te noui fluctus: & Nua Pieridum peragro loca: & Sed nos immensum spatiis confecimus & quor: Iam tempus equum spumantia soluere colla. Cicero, Equidē ceteras tempestates, & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper Miloni putauimus esse subeundas.

Hec frequentat Phalereus maximè: suntq; dulcissima. & quamquam translatio est apud cū multa, tamen immutationes nūsquam

## M. T. C I C E R O N I S

crebriores. In idem genus orationis (loquor enim de illa modica, ac temperata) verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum: latè eruditæque disputationes ab eodem explicantur, & loci communes sine contentione dicuntur. Quid multa? E philosophorum scholis tales ferè euadunt, & nisi coram erit compa-  
*Sophisticum ge-*  
nus etiā ad me-  
dium pertinet.

ratus ille fortior, per se hic quem dico, probabitur. Est enim quod-  
dam etiam insigne & florens orationis pictum & expolitum ge-  
nus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur le-  
pores. Hoc totum è Sophistarum fontibus defluxit in forum: sed  
spretum à subtilibus, repulsum à grauibus, in ea de qua loquor,  
mediocritate confedit.

*S T R E B A E V S.* Phalereus Demetrius, qui in media suavitate versatur, frequenter meta-  
phoris utitur, id est, eranthis verbis, epithetis, imaginibus, allegoriis, abusionibus. Utitur etiam cre-  
bro immutationibus, quæ sunt synecdoche & hypallage, quam metonymian grammatici vocant.  
Vnde constat his quasi stellis illustrari modicum genus, quod est moderatione quadam temperatum.  
In idem genus orationis, verborum cadunt lumina omnia, conduplicatio, iteratio verborum, commu-  
nitio, similiter cadentia, similiter desinentia, paria relata gradatio, dissoluta, coniuncta, & id genus  
cetera. Multa etiam cadunt lumina sententiarum, ut cōmoratio, interrogatio, descriptio. Nonnulla  
sunt quæ perraro colloquuntur, ut acriora, quibus ardet illud supremi genus, qualis est prosopepsia,  
vrgens interrogatio, aposepsis, execratio. Quod si paulò ante dixit, huic generi omnia dicendi or-  
namenta conuenire, nunc autem dicit multa cadere, non omnia, ne contraria precepere putato. Orna-  
mentorum genera conuenient omnia, quod iterum paulò post affirmat. Est, inquit, quoddam etiam  
insigne & florens orationis pictum & expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententia-  
rum illigantur lepores. Verum est tamen hanc conuenire species omnes, præsentim quum suavitati  
studetur, ut à Phalereo Demetrio. Quod ad inuentionem pertinet, latè eruditæque disputationes de  
re proposita ab eodem Demetrio explicantur. Latitudo demonstrat oratoris copiam, eruditio offen-  
dit artem. Loci communes, hoc est, literæ, ac infinitæ quæstiones, sine contentione ab eo dicuntur: quæ  
si cum grāni contentione, id est, acerbitate & ardore multo dicerentur, euaderent in illud ardens &  
acre genus. Recipit ergo medium genus latas & eruditas disputationes, ac locos communes, sed sine  
contentione & orationis, & pronunciationis. E philosophorū scholis tales euadunt, qualis ille De-  
metrius, sedati, quieti, diserti, suaves, copiosi, omnibus propœ ornamenti illustres ac decori. Illi per se  
suumq; genere probantur ut summi, nisi quando comparantur, hoc est contrāmittitur, ille fortior, qui  
dicitur eloquentissimus. Alterum genus est non tam medium, quam ab ordine summo deuolutum,  
quale composuit Isocrates, ceterique quandam vocati Sophistæ: aut quodd philosophia abuteban-  
tur ad quæstum, ut est in Sophista Platoni, aut quod id nominis etiam cum honore cerebatur, aut  
quodd eorum plerique plus ostentationis quam vera scientia haberent. Hoc genus floret insigni ele-  
gantia, pictum est colorum & figurarum varietate, expolitum est pulcherrimo quoq; cultu & or-  
namento. In eo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores, hoc est, dicendi venustates.  
Sed quod ante dictum est, neque neruos, neque aculeos oratorios ac forenses habet, ideoque summif-  
fus habitus est, quam illud graue dicendi genus, quia animos demulcere potius quam perturbare  
contendit. Hoc in forum deculerunt Isocratis aliquot discipuli, & sectatores philosophorum non-

pasci, plerique etiam Romani mœibus & sermone elegantes. Hac dicendi figura Cicero frequenter exprimit hominum rerumque laudes, & consilia tranquilla, & actiones gratiarum, & philosophie partes. Non est hæc forma dicendi subtilis, non gravis & ardens, ergo media, sed gravitati propior quam subtilitati.

**C O M M E N T A R I U S.** Tamen immutaciones) Genus medium figuræ quæ ad ornatum & elegantiam pertinent capit, quæ ad contentionem & acrimoniam orationis, non admittit, quales sunt prosopopœia. Quid multa) Quia philosophorū oratio contētione caret, eorū quoque qui philosophos audierunt oratio contentio non est. Id autem dicit propter Demetrium, qui fuit auditor Theophrasti philosophi. Est enim quoddam) Alterum est mediocre genus sophisticum, quod omnes dicendi venieres captat. Est autem excultius q̄ iudicis quod à philosophis fluxit.

**VICTOR.** Et nisi corām) Hoc dicit: nisi magnificum illud dicēdī genus, & character ille sublimis conferatur, hic mediocris amplius videbitur. Est enim quoddam etiam insigne, & florēns, & expositum genus) Hoc genus quartum multifaciunt, quod antheron vocant alij, alij verò glaphyron: Cicero autem temperato ipsi annellit. E Sophistarum fontibus) Qui à Latinis r̄batores nominantur. Spretum à subtilibus) Ab iis qui in humili genere versantur. Repulsum à grauis) Id est, à grandiloquii.

Tertius est ille amplius, copiosus, grauis, ornatus, in quo profectio vis maxima est. Hic est enim cuius ornatum dicendi & copiam admiratæ gentes, eloquentiam in ciuitatibus plurimum valere passæ sunt: sed hanc eloquentiam, quæ cursu magno sonitum ferretur: quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assuequi posse diffiderent. Huius eloquentia est tractare animos, huius omni modo permouere. Hec modò perfringit, modò irrexit in sensus: inserit nouas opiniones, euellit insitas.

De grandi gene  
re, vt Liuī.  
Id est, Ista elo-  
quentia implevit  
aures populi.

**S T R E B A E V S.** Tertio generis supremo quæ dignitas conuenit & amplitudo, copia rerum atque verborum, grauitas sententiarum, ornatus & elocutio magnifica: ex quibus tertius ille orator amplius, copiosus, grauis, ornatus videbitur. Ex his quatuor rebus due pariunt admirationem, copia & ornatus. Copia, quantitatis est: ornatus, qualitatis. Duæ reliqua magna quidem sunt, sed minus admirabiles, amplitudo & grauitas. Altera est dignitatis, altera verò ponderis. Amplitudo legit digniora & grandiora quæ grauitas robustiora & vehementiora. Ceterum non modò oratum, sed etiam philosophorum ampliudo est & grauitas: id est que minus in admiratione sunt. Admirantur ardentes hanc eloquentiam gentes, & ed sufficiunt omnes, quod deam se assuequi posse dif fidunt: ut quæ magno cursu tanquam rapidum flumen, magno sonitu quasi torrens in prærupto feratur. Quod autem gentes hanc eloquentiam sufficiunt, ed in ciuitatibus plurimum valent patiuntur. Plurimum sicut valuit Athenis & Romæ, plurimū Rhodi, & in ciuitatibus Asianis. Hinc scribit, C. Carbone in concione verba faciente, quod illius aptè numero se quæ ferebatur oratio, tantum clamorem concessionis excitatum esse, vt admirabile esset. Huius eloquentia est tractare animos, & omni modo permouere. Hec perfringit difficiliores aditus, & more fulminis omnia perrumpit, vt illa Periclis. Eadem leniter irrepit in sensus corū quæ utilius callide falluntur, quidam afferunt concitatuer. Inserit nouas opiniones, euellit insitas, vt de censoribus, pro Cluentio, de Stoicorum placitis, pro Murana.

## M. T. CICERONIS

COM MENTARIVS. Tertius est ille) Descriptio est petita à rebus & verbis. Id hoc enim oratore est rerum copia & amplitudo verborum ornatus & grauitas. Hæc modò Capitatio quadam benevolentia in animum hominum subit.

VICTOR. Tertius ille amplius) Nunc formam graui generis exprimere Cicero molitur.

Quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent) Hanc Homerus Vlysi potissimum attribuit: de quo Quintilianus, At ille qui saxe deuoluat, ex pōtem indignetur, et ripas sibi facias multas torrens, iudicem vel nitentē contrā feret, cogēque ire quid rapit. Inde subiugit, Sed ad summam regressus est Homerus, dicens in Vlysse facundiam: Et magnitudine illum vicisse, cum orationem similem nimbis hybernis, et copiam verborum, atque imperium parem attribuit. cum hoc igitur nemo mortalium contendet, hunc ut deum homines intuebuntur: hanc vim, et celeritatem in Pe riele miratur Eupolis: hanc fulminibus Aristophanes comparat.

Sed multum interest inter hoc dicendi genus, & superiora. Qui in illo subtili & acuto elaborauit, vt callidè arguteque diceret, nec quicquam aktius cogitaret: hoc vno profecto magnus orator est, si non maximus: minimeque in lubrico versabitur: & si semel constiterit, nunquam cadet. Medius ille autem, quem modicū & temperatum voco, si modò suum illud satis instruxerit, non extimescit ancipites dicendi, incertosque casus: etiam si quando minus succedit, vt saepe fit, magnum tamen periculum non adibit. altè enim cedere non potest. At verò hic noster, quē principē ponimus, grauis, acer, ardens, si ad hoc vnu est natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet vni, nec suam copiam cum illis duobus generibus temperauit, maximè est contemnendus. Ille enim summissus, quod acutè & veteratoriè dicit, sapiens iam: medius, suavis: hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, facetè dicere, præsertim cum causæ partim totæ sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandæ, si is non præparatis auribus inflammare rem coepit, furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.

STREBÆVS. Formas singulorum generum, vt per se sole viderentur, effinxit, deinde ordine comparauit inter se, vt earum præstantissima dignosceretur. Subtile genus & intermedium tertia sunt: graue in lubrico versatur. Illa diu patienter tolerare possumus: hoc si pergit in longum, vt insanum contemnimus. Subtilis in hoc magnus est orator, quod callidè argutèque dicit, id est, ex vsu quodam argutas sententias & acutas collocat. Non est idem maximus, quia nihil quicquam alius cogitat, quod tenacitas sit impar. Is minime in lubrico versatur, sed ubi semel constiterit, hoc est, quasi pedem firmarit, nunquam cadet. Via trita est, multisque conculcata & firmata vestigis, nulla circumstant precipitia, nullæ ruinae. Significatur oratio depresso, & in imo posita, unde non licet graui casu quasi ex alto gradu corrucere. Nihil enim eminet, sed omnia sermoni pro-

Amplius genus  
nō valet, nisi in-  
terdum se sub-  
mittat.

ximā sunt, quae non quemadmodum lubrica, retinere facile est, & si quando titubes, est in proximo solum, quo gradum stabilias. In figura graui res ardua sunt, quas si continuare non possit, aut non debeat, vident omnes unde turpiter decidat. Hinc ridiculi fuere mali poeta, qui positio aliquot versibus tumidis ac sonantibus, in miseros quosdam versiculos maiestate relicta decidebant: in quos illud est, Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? Hoc inepti faciunt in oratione. Principio verba affectata ac sesquipedalia ferruminant: ubi defecit illa perrara materia, tum ad scopas dissolutas reuoluuntur. Tautius igitur vii subtili figura, si gradum summum firmare nequeat, aut si parvus in rebus non debeat. Medius ille & temperatus si satius instruxerit, & rebus omnibus apparuerit suum illud genus, ut quum voleret & aptare & continuare possit, non extimescat ancipites casus, quae sunt ruinæ periculose nescientibus illa summa retinere. Quod autem sit altior paulo quam subtilis, grauius aliquammodo cadit. Tamen si minus succedit, vt sepe accidit in orando adversam obstat fortunam, magnum periculum non adibit, quia altè cadere non potest, qui in alto non est. Si se demiserit, imo genere sustinebitur, neque maximè claudicabit. At verò hic noster, hoc est, quem principem ponimus, vt quem suspiciunt & admirantur omnes, quia si grauius pondere rerum atque verborum, acer contentione & pugna forensi, ardens amplificationibus, si ad hoc unum est natus, quod est naturæ acrior: aut in hoc solo se exercuit, quod est artis ac vñs: aut huic generi studet vni, quod est voluntatis atque delectus, maximè est contemnendus. Debet igitur suam copiam cum illis duobus generibus temperare, vt subtilia & minuta acutè dicat, & media temperate. Quod quia Virgilium etiam fecit, multo fuit auribus gratior, quam Lucanus, qui grauiissimam carminis heroici maiestatem vbiique resonare cupiebat. Ille summissus, quod acutè & veteratorie, id est, callidè dicit, sapiens habetur. Acutis sententiis tanquam stimulis animum pungit, præsertim si vñs occalluit, veteratorique sit, & arguti dialectici persimili argumentatione minuta docit audientem, propstera sapere videtur. Medius ille suauis est equabilis tranquillitate, ac ornamentorum varietate. Hic tam copiosus & acer si nū quam flctitur ab amplificandi contentione, vix satis sanus videtur. Ergo versatur in lubrico, & ignominia periculam subit: siue cadit, quum in summo stare oportet: siue in summo tonat, quum agere tranquillè decet. Dicet quispiam, quando tranquille agere decet? huc ostendit id oportere fieri in partitionibus ac diuisionibus, in definiendis rebus & verbis, in distinguendis rebus implicatis, in facetis narrationibus, in iaciendo risus diculo. Nihil istorum ardenter & concitatè fieri debet, quod animas non perturbatur, sed doceat. Ergo qui partitè, definitè, distinctè facet dicit, is & tranquillè & leniter dicit. Erunt autem causæ partim tota eo modo tractandæ: vt de agnatione, tutela, stipulatione: partim aliqua ex parte cum tranquillitate tractande: aut ubi fama & existimatio laborat, vt pro Quintio: aut ubi vita in periculo est, vt pro Cælio. Adde quod raro incipimus ex abrupto, & ab amplificatione vehementi, sed exordiis & expositionibus ante paramus aures, quod rem contentionibus inflammemus. Aliiquid igitur in causa grauiissima quietè tranquillè que dicendum est: quod qui non fecerit, is furere apud sanos, id est, nullo motu concitatos, & quasi inter sobrios, qui causæ vim non attigerunt, bacchari temulentus videbitur.

C O M M E N T A R I U S. Sed multum) Si quis vbiique tenui aut mediocris stylò vtatur, probabilis tamen orator videbitur. Et si quis vbiique graui vtatur oratione, plerunque improbarbitur ac pend furiosus videbitur. Ita igitur hac genera comparat, vt ostendat necesse esse oratori graui characteres miscere. Altè enim) Quia characteres nomina habent à rebus sublimibus & humilibus, à rebus ipsis metaphoram duxit, vt ostenderet magis apparere quorundam characterum errores, quorundam minus. At verò hic) Solemus nonnunquam optimam oratorem ab optimo describere charactere, quanquam omnibus vitur.

VICTOR. Magnus orator est) Qui in illo humili excellens minimeque in lubrico versat,

## M. T. CICERONIS

bitur, quia humili labi planè que cadere non potest. Etiam si quando periculum non adibit) Id est, se magis non attolleret, quād pati possit. Hic noster) Id est, grandis et magnificus. Si ad hoc vnum est natus) Ut sit magnificus. Aut huic generi studet vni) Quod facere non debet, ne iunidus semper videatur quia aliquando summittenda, aliquando temperanda est oratio. Ille enim summīsus) Id est, humili. Et veteratoris) Id est, rāfīe, vt versutē. Veteratores enim, callidi dicti à multa rerum agendarū vetustate. Grammī mulierī non astuta facile veterator persuasit. Si nihil est aliud) Id est, si semper sublimis, et excelsus in dicendo. Nihil partite) Quia inter partiendum genus controversia summittitur oratio, similiter ubi quid definias, ubi distinguas, et excipias. Presertim cū causa) Præcipue, inquit, cū causa omnes in aliqua parte, si non tota, ita tractandas sint, ut sit quod partiare, aut quod definias, aut quod distinguas, ubi tranquillè, leniterque agendum sit oratori. Non preparatis auribus) Id est, attentis, docilibus, et benevolis effectu. Inflammare) Quod est grandis genus.

Tenemus igitur Brutus, quem querimus, sed animo. Nam manu si comprehendissem, ne ipse quidem sua tanta eloquētia mihi persuasisset, vt se dimitterem. Sed inuentus profectò est ille eloquens, quem nunquam vidit Antonius. Quis est igitur is? Complectar breui, differam pluribus. Is enim est eloquens, qui & humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè potest dicere: Nemo is, inquiet, vñquam fuit. Ne fuerit: ego enim quid desiderem, non quid viderim, dispuo: redeo que ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam & speciem, quam etsi non cernimus, tamen animo tenere possumus. Non enim eloquentem quero, neque quicquam mortale & caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens, quod nihil est aliud, nisi eloquentia ipsa, quam nullis nisi mentis oculis videre possumus. Is erit igitur eloquens (vt illud idem iteremus) qui poterit parua summissè, modica temperatè, magna grauiter dicere.

Ideas, ego de re ipsa dispuo nō de persona.  
Rei formam vñcat rem consideratam sine persona.

*S T R E B A E V S.* Quærerit Brutus, Idque iam sapient, quod eloquentiae genus Cicero probet maximè, et quod idem summum et perfectissimum iudicet: quoniam Cicero in uno viro illud inuenire non potest, eloquentiae perfectae speciem ad illam Platonis Ideam refert. Ut autem cogitatione concipiamus Ideam, tria breuiter circumscribit genera dicendi: deinde latius in species distribuit, vt forme permulta laudabiles esse videantur: tandem fusius exponit generum singulorum proprietates: vt hoc demum concusat, eum summum et perfectissimum videri, qui et humilia subtiliter, et magna grauiter, et mediocria temperatè potest dicere. Tenemus, inquit, quem querimus oratorem, non manu, quia nemo tantus inuenitur: sed animo, qui Ideam mente complectitur: vt non sine causa Idea perfectæ eloquentiae questia esse videatur. Iocatur vt animi causa fieri solet: Manu, inquit, si comprehendissem, non modò ille vulgaris orator, sed ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, vt se dimitterem. quo dicto significat ardere se amore eloquentiae perfectæ: quæ si videri posset, miros amores sui in animis nostris excitaret. Hanc quitenet, est ille eloquens quem nun-

quam vidit Antonius, qui disertos ait se vidisse permultos, eloquentem verò neminè. Quis est igitur is? dicet alius. Complectar breui, inquit, differam pluribus. Facile est rem paucis generibus adstringere, sed paucis explicare difficile est: Comprehendit oratorem perfectum tribus omnino proprietatibus, qui humilia subtiliter, magna grauiter, mediocria tèperatè dicat. Nemo is, inquietus, vñquam fuit. Nec fuerit, inquit Cicero, hoc est, fateamur talem nunquam fuisse: ego quid desiderem, nō quid viderim, disporto. Desiderat autem reformatam & speciem, quam Plato vocat idéa, de qua principio diximus. Idea, ut Plato vult, immortalis est: eloquès autem mortalis & caducus. Qui quarit igitur eloquentiam ipsam, aut eloquentia ipsius Idem, non querit eloquentem, neque quicquam mortale & caducum, sed immortale quoddam bonum, quod nullis nisi mentis oculis videre possumus. Mens hoc videt, cuò nihil desit, id esse perfectum: omnem eloquentiam tribus in generibus versari: eloquentem igitur, qui posse parua summissè, modica temperatè, magna grauiter dicere: quæ breuer notata res propè innumerabiles continent.

**C O M M E N T A R I U S.** Tenemus igitur) Descriptum optimum oratorem qui amplitudinem suam posset cum reliquis temperare characteribus. Sed huius oratoris nullum subest exemplum: ideo est recurrendum ad ideam Platonicam, de qua initio egimus. Id enim est) Hæc summi oratoris descriptio sumpta est ab apta characterum temperatione. Nam quanquam oratori opus est multarum artium cognitione, tamen in praesentia ab elocutione describitur. Neq; quicquam) Nam idea immortalis & immutabilis, cetera mutabilia, caduca, & fluxa.

**V I C T O R.** Si comprehendessem) Facetè Cicero iocatur cum Bruto. Inuentus) Qui à me dicendo expressus est. Ad illam Platonis) Ideam dicit de qua suprà, ut locus exigebat, dictum est abundè. Parua summissè) Id est, qui in omni dicendi charactere proprius & copiosus fuerit.

Tota mihi caussa pro Cecinna de verbis interdicti fuit: res in uolutas definiendo explicauimus, ius ciuile laudauimus, verba ambi-gua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius: tem-perata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Ius omne retinendæ maiestatis, Rabirij caussa continebatur: ergo in omni gene-re amplificationis exarsimus. At hæc interdum temperanda & varianda sunt. Quod igitur in accusationis septem libris non reperi-tur genus? quod in Habit? quod in Cornelij? quod in plurimis nostris defensionibus? quæ exempla selegissim, nisi vel nota esse arbitrarer, vel posse eligere qui quærerent.

**S T R E B.** Aliæ causæ totæ subtiliter tractatæ, aliæ tèperatè aliæ grauiter, aliæ misæ sunt & inæquales. Tres itaque suas proponit orationes, quæ ferè totæ in uno aliquo genere versantur: tres alias misas, omnique genere variatas. Suas autē proponere videtur, quod enier exempla Graecorum, nullumque unum Romanum reperiatur, qui sit affectus illam tripartitam varietatem: quoniam singuli singulis generibus modo floruerunt. Caussa pro Cecinna summissa est ac tenuis, quia sic voluit rerum decorum. Verba definitiuntur, inuoluta explicantur, ambigua distinguuntur. decebat igitur, definitè, partitè, distinctè dicere, hoc est, tranquillè & leniter, quod animi docendi sunt, non perturbandi: quodque ea res est, quæ non desideret illa pulcherrima ornamenta dicendi, vñus est minimo quodam numero ac musica summissa: non studuit verba verbis quasi coagmētare: non at-

Exempla trium generum.

## M. T. CICERONIS

xiē eis autem hiatum vocaliā. Sermo purus est & Latinus, & in ornato similis: dilucide planèq; dicatur sententiae multæ acuta, ceterum vercundus est oratione vsus quasi supellec̄tilis. in his rebus est subtilitas, que vulgatam loquendi consuetudinem sic imitatur, ut aliquid tamen munit occultius. Cecina & Ebutius quādū de fundo quodam lite contenderent, & Cecina in rem præsentem de more venire cuperet, non est passus enim Ebutius in agrum venire, sed hominem armata multitudine reiecit. P. Dolobella prætor interdixit, ut est consuetudo de vi hominibus armatis sine villa exceptione, ut unde Cecinam deiecerit Ebutius, refueret. Hoc Dolobellæ interdictū est ex alio isto: Unde tu, aut familia, aut p̄cator eius hominibus coactis armatisve deiecerit, eō restituuo. Vtriusque interdicti verba Cicero interpretatur. Est autem interdictum, quo prætor aliquid fieri iubet, aut prohibet. Verba ambigua sunt Ebutij ita causam tuentis, non deieci, sed obstisti: non deieci, sed non sibi accedere. non deieci, sed te reieci atque perterritui: non licet à verbo legis recedere: non est villa vi illata: age mecum lege iniuriarum. Que verba Cicero distinguit, quemadmodum definis quid sit vir, quoniam interdictum de vi interpositū est. Ista quidem minuta sunt & implicata, eam ob rem enucleato facilis que genere tractanda. In oratione pro lege Manilia Pompeius ornatur, ut si bellū suscipiat in Mithridatem, quicunque Romanos in Asia necauerit, administraret illud Pompeius imperator. Laus amplissimi viri neque forensi acerbitate, neq; humili oratione, sed temperata mediisque grauitate tractanda est. Conueniebat igitur apta modulatione suauibusq; numeris explere sententias, verba verbis coagmentare, & ad lenitatem modorum s̄pē continuare periodos, ut denique pulcherrimis quibusque conformatiōnibus & ornamentis, quibus illæ sententiae concinnæ magis quādū vera certaq; vestirentur. Pars igitur altera de laude Pōpej tibi legenda est, & auribus animo que dimetienda, ut intelligas aliquid esse plenius & misius quam tenue dicēdi genus exemplum numerorum vinculis: ut etiam sentias abesse contentionem acrioribus numeris ac figuris intortam, quibus fulminat acre dicendi genus. Oratio pro Rabirio per duellionis reo, omne genus amplificationis, hoc est grauisima contentionis, expostulare videbatur, propterea quod quum Saturninus, decreto senatus à Caio Mario consule cæsus esset, & vna cum aliis Rabirius s̄uiffisset, caputq; S. turnini circumculisset, Labienus, cui patruus fuerat Saturninus, contra legem Porciam & Semproniam sic intendebat actionem, ut si Rabirius damnatus esset à Duumiviris in campo Marcio infelici arbore penderet. In qua Rabirij caussa ius omne retinenda maiestatis populi Romani continebatur, quod C. Gracchus tulerat legē, ne de capite ciuii Romani iniussu populi iudicaretur: qui turpe duceret ciue Romā ab uno paucisve morte dānari. Ergo Cicero ne tā grauis accusatio inoleceret, simul ut Labieno crearet inuidia, vehementer & atrociter egit hanc caussam: quæ quid in manibus est, & ab omnibus cognosci potest, & quam grauis, acris, & ardens sit, facile iudicari, non abutur opera in constitutis longioribus exemplis. At hec interdum genera pro rerum varietate temperanda, hoc est, miscenda variandaque sunt, quod ipse fecit in accusationis separam libris, hoc est, septem actionibus in Verrem: quod in oratione pro Aulo Cluētio Habito: quod in orationibus pro Cornelio. Hunc reum maiestatis defendit Cicero prætor, nec vna oratione. Nam infra mentionem facit de Corneliana secunda: sed non extant orationes. Libros appellat, ut Quintilianus tertio: Et editi, inquit, in competitores, in L. Pisonem, & Clodium, & Curionem libri, vituperationem continere. Longum est & inutile exempla secernere & adscribere. Sat est igitur notare locos. Tenuus est actione tertia ferè tota, ubi agit de prætura urbana, & Verris editi. Medium actione quarta, ubi commemorat Heracij Syracusani calamitatem. Graue autem in eadem actione, ubi Verrem urget de accepta à Sopatro pecunia. Pro Cuentio subtile est quod Bulbus & Gutta iudices colloquuntur. Temperatum, quo iudices exornat eos qui non absoluunt Oppianicum. Ardens, quod excitat post censoriam notam, ubi acriter exaggerat Oppianici flagitia. Eadem genera variat in aliis defensionibus, pro Cælio, pro Sextio, pro Milone. Et certè natura dicit nos, ut plus

minisq; conemur, ut sunt res, aut maiores, aut minores. Quae deceant, sentimus omnes, sed conantibus haud aquæ succedunt. Itaq; summum est stylum rebus aptare posse. Monendi sunt imperitiores, ne locorum discrimen ab una alterâ sententia discant. Totæ legendæ sunt non modò paginae, sed argumentationes absolutæ. Nec enim ab uno quadrato lapide & aurata columna magnificam domum iudicamus, sed ab uniuersa extictione, ac toto ædificij corpore estimare debemus.

**C O M M E N T A R I U S.** Tota mibi causa) Nunc exempla subiicit superioris definitionis: sed hæc intelliguntur in tota causa: alia subiicientur quibus eadem causa variis characteribus in diuersis partibus tractata videatur. Ius omne) Rabirius Saturnini tribuni plebis per coniuria ludibriæ causa circunxit: hac de causa est à Labieno tanquam interfector perduellionis accusatus. Habiti) Cluentius enim Habitus appellabatur. Quod in Cornelij) Qui est accusatus maiestatis, quod cum tribunus esset, contra legem codicem in concione legisset.

**VICTOR.** Tota mibi causa pro Cecinna) Ibi acutus, & humili Cicero: & perinde styllo omnia humilia humili consestat. In Manilia lege) Quam Manilius rogauerat: ut quem scisceret populus: in quo genere mediocritatem dicendi se consestatum ait. Ius omne retinendæ maiestatis) Quod magnifici fuit characteris. In omni genere amplificationis exarsumus) Specie dictum (exarsimus) dicat se compotem voti fuisse eius quod tentauerat, ait, Vebementi mentie intentione conatis sumus. In accusationis septem libris) In Verrem quem repetundarum accusauimus, defendantem Hortensio. Quod in Habiti) In ea quam pro Posthumo Habito habuimus. Quod in Cornelij) Cum defendimus Cornelium. Quod in pluribus nostris defensionibus, Quoniam semper defendit: rarisimè autem accusauit Cicero.

Nulla est enim vlo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua si non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. Non assequimur: at quid deceat, videmus. Nec enim nunc de nobis, sed de re dicimus: in quo tantum abest ut nostra miremur, ut vsq; eò difficiles ac morosissimus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt auidæ, & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desiderant. Sed tamen quoniam & hunc tu oratorem cum eius studiosissimo Pammene, cum esses Athenis, totum diligentissime cognouisti, neque eum dimittis è manibus, & tamen nostra etiam letitas: vides profectò illum multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle, quocunque modo caussa postulet, dicere. Sed ille magnus, nam & successit ipse magnis, & maximos oratores habuit æquales: nos magnum fecissemus, si quidem potuissimus quò contendimus peruenire, in ea vrbe, in qua (vt ait Antonius) auditus eloquens nemo erat. Atqui si Antonio Crassus eloquens visus non est, aut sibi ipse, nunquam Cotta visus esset, nunquam Sulpicius, nunquam Hortensius. Nihil enim amplè Cotta, nihil leniter.

## M. T. C I C E R O N I S

Sulpitius, non multa grauiter Hortensius. Superiores magis ad omnem genus apti, Crassum dico, & Antonium. Ieiunas igitur huius multiplicitis, & æquabiliter in omnia genera fusæ orationis, aures cœ uitatis accepimus, easque nos primi, quicunque eramus, & quantumcunque dicebamus, ad huius generis dicendi audiendi incredibilia studia conuertimus.

**S T R E B A E V S.** Positis cuiusq; generis exemplis, quid sentiat ipse de suis & alienis interpretatur. Laus oratoris est in aptanda generum varietate. Hanc qui perficit, habendus est summus. Qui verò conatur modò & adumbrat, ut pictor bonus quidem, sed qui tamen extremam imponeat manum nesciat, is est si non optimus, sicut in suo genere laudandus, quadem Cicero decori seruandi aptè que dicendi gratia se facetur. Ineptus est & stultus, si quod diuinum summumque pucat in nullo uno reperiiri posse, id sibi gloriose arrogaret: quod facere visus esset, nisi suspitionem premunitione auertisset. Non assèquimur, inquit, hoc est, id quod attingere lubet, hanc apprehendimus: at quid deceat, videmus, nempe decet characteres accommodare rebus atque personis. Nec enim de nobis, quis sumus homines, sed de re, hoc est, eloquentia diuina & immortali dicimus. nec nostra miramur, ut qui Q. Lævius & ducumur, sed difficiles & morosi sumus, hoc est, tam molestè servari, ut nihil improbum, nihil inceptum, nihil vila ex parte virtutis, nihil imperfictum arridere possit. Nobis Demosthenes satisfacere debeat, qui unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, sed nobis non satu facit, quanto minus egomet ipse mibi? Cur itaq; quia non semper implet aures meas? Quamobrem? Sunt auidæ & capaces, hoc est, plurima capiendo percupide. Sic enim verba ista significant, rapax, vorax, loquax. Quomodo cupide? semper aliquid immensum infinitumque desiderant. Quidnam? Numerum sanè, cuius comprehensione ad implendum aurium sensum cum suauitate procurrit oratio. Aliudne est quod desiderant? Maxime, ne quod tractare cœperis, antè relinqueris, aliisque diuertas, quod totum impleneris locū, in amplificationibus presertim, quæ copiam desiderant. Sentiunt q̄i qui dicere conantur amplius, aut scribere, animum nescio quid parturire, quod tamen edere non posse. Inde fit ut alia querentes, nec inuenientes, impetu quodā ad antedicta reuoluamur. Is animus cupidus quo cunque modo causa postulat dicere, sed hoc perraro sequitur, quod affectus est ferè Demosthenes. Sic enim Cicero non omnia, sed multa perficisse contendit. Eius rei Brutum constituit iudicem, qui quum esset Athenie, non Demosthenem ipsum cognouit, aliquot antè seculis mortuum, sed libros eius diligentissime cognouit. Erat enim Brutus homo studiosissimus philosophia & eloquentia, adhibuiteque sibi virum perdoctum Pammenē Demosthenis illius studiosissimum, quo in studijs Gracis veteretur. Idem quum reuersus esset in Italiam, Demosthenis orationes atque Ciceronis frequenter habebat in manibus. Poterat igitur Brutus homo ingeniosus, doctus, diligens, de virtusque oratoris virtutibus iudicare. Vides, inquit, illum multa perficere, quod est magna facultas: nos multa conari, quod est egregie voluntatis: illum posse, nos velle quo cunque modo causa postulat, dicere: quod est optimè dicere. Si omnibus in rebus succederet, summi esset artificis: sed in multis, non in omnibus Demosthenem hoc potuisse, superiora declarant. An Cicero Demostheni cedat quadam modestiae simulatione, an re vera inferiorem se puset, non est facile iudicare. Certe Tusculana prima nō multum, aut nihil omnino Gracorum glorie cedit. Oratorem, inquit, celeriter amplexi sumus, nec eum primò eruditum, aptum tamen ad dicendum: post autem eruditum, nam Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuisse memoria traditum est: studiosum autem cum qui hos etate anteibat, Catonem Gracchos deinde ita magnos nostram ad etatem, ut non multum, aut nihil omnino Graeci cederetur. Quintilianus in eandem sententiam, Orato-

res verò vel præcipue Latinam eloquentiam parem facere Græcæ possunt. Nam Ciceronem cuncte eorum fortiter opposuerim. Deinde sic comparat, ut Cicero par aut maior illius sententia discedat. Percurre, si videtur, locum in eius decimo libro. Quod si Demosthenes arte superior fuit, id non ingenio & labore vult attribui, sed tempori, quia succedit ipse magnis, ut Pericli, Lygia, Therameni: & maximos oratores habuit aequalis, hoc est atate pares, ut Hyperidem, Lycurgum, Aeschynem, Dynarchum. Superiores habuit quos imitaretur, aequalis a quibus exerceretur. Eodem loci contendit Cicero, ut qualis ille fuit, sic magnus esset: & eò quidem peruenit: quod quia non audit confiteri, modestius agit, hoc modo: Nos magnum fecissimus, si quidem potuissimus quod contendimus peruenire, quibus verbis significat se magnum in eloquentia fecisse, nec id gloria carere. Nā quo res difficilior, eo videtur ad gloriam victoris esse prestantior. Succedit & Cicero multis, de quibus in Bruto multa: sed ita clari fuerunt oratores, ut unum modò sequerentur genus, ut Cotta tenuis, Sulpicius graue, Hortensius medium. Crassus ille quem maximè laudat, ad grauitatem, Antonius ad subtilitatem propensior. Vt terque varius, quantum ferebat, etas illa ruditior: qui si principes veterum fuerunt, nec tamen aptè genera variare potuerunt, iure suo dicit aures se ciuitatis acceptissime ieiunias, inopes, & inanes huius multiplici orationis, quæ se aequabiliter in omnia genera fundit, hoc est, aequabiliter apta est ad cōcinnandum quodcumq; genus diversa materia postulabit. Primus igitur aures ciuitatē cōuerit ad incredibilia studia generis huius audiēdi: & ita voluptate ciuitatē afficit, ut dictu sit incredibile quantopere studearent vellētiq; ciues audire hoc dicendi genus.

**C O M M E N T A R I U S.** Adumbratio.) A pictura ducta est hæc metaphora. Sed tamen) De Pammene sic in Bruto scribitur: Nam quid te exercuit Pammenes vir eloquentissimus Græciæ? Tamen quadam ad Atticum epistola, ait se Pammenia discipere. Huius rhetoris auditor fuit Brutus. Nunq; Sulpicius) Cotta tenuiter semper & solutè dicebat: Sulpicius grauiter & tragicè: Hortensius Asiaticè & temperatè. Ergo hi tres ab illa characterum varietate absuerūt.

**V I C T O R.** Si non perfectio.) Licet intueri quidm sibi moderetur, arrogantisq; fugiat inuidiam. Morosi.) Qui affectati moris sunt, & inde semper queruli. Illum.) Demosthenem.

Quò contendimus.) Subaudi, ut primi essemus Romæ, sed id reticendo, ut evitetur arrogantiam, reliquit nobis proferendum. Nunquam Cotta, nunquam Sulpicius.) Quos facit Cicero in libro de Oratore studiofissimos audiendi Crassum, & Antonium de arte dicendi differentes. Ad omnem genus.) In omni charactere. Eäsq;.) Subaudi, aures detinebamus.

Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de suppicio parricidarum? que nequaquam satis deserbuisse post aliquanto sentire coepimus. Quid enim tam commune quam spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus electis? Ita viuunt, dum possunt, ut ducere animam de cœlo non queant. Ita moriuntur, ut eorum ossa terram non tangant. Ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur. Ita postremò eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant, & quæ sequuntur. Sunt enim omnia sicut adolescentis, non tam re & maturitate, quam spe & expectacione laudati. Ab hac indole iam illa matura, Vxor generi, nouerca filij, filiaz pellex. Nec verò hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus: ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis re-

Locus extat in  
Orat. pro A.  
Cluentio.

## M. T. C I C E R O N I S

dundantia multa habet attenuata, quædam etiam paulò hilariora: at pro Habito, pro Cornelio, complurésque aliæ, nemo enim orator tam multa, ne in Græco quidem ocio, scripsit, quæ multa sunt nostra, eaque hanc ipsam habent, quam probo, varietatem.

*S T R E B A E V S.* Subdit exempla, quibus incredibilia audiendi studia, & auditorum mores excitauit. Alterum est ex oratione pro Sexto Roscio, alterum pro Cluentio. utrumque graue quidem, ideoque magna contentione, magnisque clamoribus agendum fuit: quia sic est actio, & pronunciatio, ut grauia contentæ efferaat atque vehementer. Sunt alia apud ipsum permulta, pro Cluentio, in Catilinam, pro Murana, que multis quum dicerentur, admirationis fuerunt, & nunc dicendi varietatem ostendunt. Orationem pro Sexto Roscio dixit anno sexto ex vigesimo, si Quintilianus credimus. Verba sunt eius libro 12. Fructum studiorum viridem, & adhuc dulcem promi decet, dum & venia spes est, & paratus fauor, & audere non dedecet, & siquid docti operi, suppletetas, & siqua dicta sunt iuueniliter, pro indele accipiuntur: ut totus ille Ciceronis pro Sexto Roscio locus. Quid enim tam commune quæ spiritus viuis terra mortuis? mare fluctuantibus littoribus eiecius? Quæ quum sex & viginti annos natus, summis audientium clamoribus dixerit, deferbuisse tempore, & annis loquata iam senior idem fatetur. Hæc ille. De ætate Ciceronis sentit idem Fenestella. Gellius affirmat annos iam septem & viginti natum eam orationem dixisse, L. Sylla Felice, Quinto Metello Pio consulib. Ipse se adolescentulum tum fuisse dicit. Amplificat autem supplicium parricidarum, qui insuti in culeum, precipitabantur in mare. Et supplicio planum facere vult quæ atrox facinus habeatur, interficere parentem, quod minus credibile sit tantum scelus admisisse Rosciū. Spiritus, id est aer, viuis ad spirandum, terra mortuis ad sepeliendum, mire fluctuantibus ad deferendum, littoribus eieciis ad recipiendum commune est. Insuti in culeum, ducere animam, id est, aerem non queunt. eorum ossa terram non tangunt, quoniam culeus est interpositus, quo etiam resistente non alluuntur, nec ad scopulos conquescent. Hæc sunt adolescentis, aut, ut paulò ante dicebat, ut res admirabilior videretur, adolescentuli, non re & eloquentia vera, sed spe: non maturitate fructus, sed expectatione laudati. Nam illa tanto plausu & clamore laudata, nequam satis deferbuisse, hoc est, more musti deferendo atque refrigerando cocta fuisse, post aliquanto sentire ccepit. Deferbuisse Quintilianus posuit pro refixisse, quod & Columella fecit. Paulò aliter hoc verbi Cicero usurpauit, & tanquam verbum interpretaretur, paulò postrem dixit innaturam. Quæret aliquis, Cur ea nequaquam satis deferuerant? Plerique deererant occultari secreta quedam mysteria, tanquam Eleusina Cereris, id solent quidem multi, ut soli sapere videantur, qui parum aut nihil sapient. Certe per specium est, non hoc in verbis & bonis & compositis esse possum, sed in re & inventione tenui atque subtili, quæ multo minor est, quæ tanta contentioni respondeat. Voluit enim videri grauißima, quæ natura sunt levia, ut ossa terram non tangere, ut non allui, ut ad saxa non quiescere: quæ si quis diligenter inspiciat, ridicula potius quæ admiranda videbuntur: sed nescio quomodo placent ubi tandem incluit oratio: quia parricida priuare omni viu elementorum videntur. Ab hac indole, id est natura, bona & spesi ingenio, iam que admodum superiora sunt feruida potius quæmatura, sic illa matura, naturaque graua sunt. Vxor generi, nouerca filij, filia pelle: quæ graniter à Cicerone pro Cluentio dicta, meruerunt ciuitatis admirationem. Sasia Cluentij mater, Aurium Melinum generum suū pellexit in amorem: quod ege ferens vxor Melini Cluentia, discépit à viro. Tum Sasia diuortio facta nupsit Aurio Melino nuper genero suo. Nubit, inquit, genero socrus, nullis auspicijs, nullis authoribus, funestis omnibus omnium. & in peroratione, Atque etiam nomina necessitudinem, non solum nature no-

*mēn & iura mutauit, vxor generi, nouerca filii, filia pelle. Eò iam deniq; adducta est, ut sibi præter formam nihil ad similitudinē hominis reseruarit. Cur, inquies, hæc matura sunt? Nihil certius in hoc genere insenari potest, quod animi quasi palatum iuuet. Inuictio quidem optima est, & ipsa rei nositate potentissima. Nec verò hic unus erat ardor in nobis, qua dicitur contentio, à Gracis & quodq; tns, vt hoc modo & tam grauiter omnia diceremus. Ipsa illa pro Roscio iuuenilis redundantia habet attenuata, id est, ad genus humile deicita, vt quem disputatur cum accusatore Eracio de parricidij causis. Quædam etiam paulò bilioriora, quæ ad generis medij suavitatem pertinent, vt quem agitantur accusatores, & canibus & anseribus conferuntur. Quam accipimus hic iuvenilem redundantiam? Sanè copiam rerum maiorum, quæ non tam grauia legit, quam dicit omnina & inculcat. Sunt & aliae multæ Ciceronis orationes, quæ hanc ipsam habent trium generū varietatem. Nemo enim orator tam multa scripsit, ne in Greco quidem ocio, qui ad tempora Socratis lex Athenis effet, vt quisque pro se diceret, patrono & oratore ne vteretur, & oratores a foro semoti, in ociū traducti, domi scriberent orationes quibus vtereretur homines infantes, & linguae forensis imperiti.*

**C O M M E N T A R I U S.** Quantis illa) Nam habita hac oratione se contulit in Greciam, sequē resequendum dedit Apollonio Molon: ac detractis quæ superuacanea erat propemodum alijs, Romanum est reuersus. Ita viuunt) Hæc dicuntur de supplicio parricidarum, qui culeo insuti in profluentem aut mare proiecabantur. Docet autem cùm interfecirent authorem vita, aperte eos primari elementis omnibus unde nostra vita est. Vxor generi) Hæc dicuntur in Saffiam, quæ nupferat Melino, Clientia repudiata, Clientij sorore, filia Saffæ. Nec verò hic) Quanq; initio redundantior erat Cicero, tamen orationis varietatem adumbrabat, quam postea magis expressit, vt pro Habito & Cornelio.

**VICTOR.** Quæ nequaquam satis deferuisse) Quia similia plura alia protulimus, posse nique egregiam sententia similitudinem. Et quæ sequuntur) Subaudi, illum locum: quæ postea diximus. Ab hac indole iam illa) Subaudi, etiam protulimus superioribus similia. Pro Roscio) Nam ferunt eam primam Ciceronis causam fuisse, cuius patrocinium suscepit. Iuuenilis redundantia) Quam ipsi in Bruto ait castigatam Rhodi à Molone, cui operam aliquandiu dedit.

An ego Homero, Ennio, reliquis poëtis, & maximè Tragicis concede rem, vt ne omnibus locis eadem contentione vterentur, crebrōque mutarent? nonnunquam etiam ad quotidianum genus sermonis accederent: ipse nunquam ab illa acerrima contentione discederem? Sed quid poëtas diuino ingenio profero? Histriones eos vidimus, quibus nihil posset in suo genere esse præstantius: qui non solùm in dissimillimis personis satisfaciebant, cùm tamen in suis versarentur: sed & comœdum in tragœdiis, & tragœdum in comœdiis admodum placere vidimus. Ego non elaborem? Cùm dico me, te Brute dico. Nam in me quidem iam pri dem est, quod futurum fuit. Tu autem eodem modo omneis causas ages? aut aliquod caussarum genus repudiabis? aut in iisdem causis perpetuum & eundem spiritum sine vlla commutatione

## M. T. CICERONIS

obtinebis? Demosthenes quidem (cuius nuper inter imagines tuas, ac tuorum, quod cum credo amares, cum ad te in Tusculanum venissem, imaginem ex ære vidi) nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil artutiis & acumine Hyperidi, nihil lenitate Aeschini, & splendore verborum. Multæ sunt eius totæ orationes subtile, ut contra Leptinem: multæ & totæ graues, ut quædam Philippicæ: multæ variæ, ut contra Aeschinem falsæ legationis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis. Iam illud mediū quoties vult arripit, & à gravissimo discedens, eò potissimum delabitur. Clamores tamen tu mōuet, & tum in dicendo plurimū efficit, cum grauitatis locis vtitur.

*Id est, cum est  
grandis, vt in  
exemplu Cyrsili  
pro Ctesiphote.*

*STREBÆVS. Etsi commendatur insignes loci, & plausum mouent orationis illæ grauissime partes, non easmen eodem modo semper erit agendum, quod haec atrocitas in re minori videatur infana. Adhibenda varietas illa naturæ gratissima, quam prudentissimi quiq; etiam citra eloquentiam temperare solent. Constituit igitur ab illa acerrima contentione sèpe esse discedendum, nec eodem modo agendum, nec aliquod caussarum genus esse repudiandum. Hæc ut confirmet, comparationem ducit à poëticis & histrionibus: cuius est hec via. Homerus poetarū omnium facile præcepis, & Ennius ante Virgilium Latinorum summus, & tragici tam Græci quād Latini, ut Euripides & Accius, et si grandia conscribunt, tamen à contentione discedunt, & aliquando ad cotidianum genus sermonis accedunt. His triones etiam subinde mutant actionem. Quid oratori faciendum est: qui si ab elocutione dictius est eloquēs, hoc certè proprium munus habet, suam rebus aptare compositionem. Homerus, Quintiliani verbis utar, breuem quidem cum animi iucunditate, & propriam (id enim est non errare verbis) & carentem superacuis eloquentiam Menelao dedit, quæ sunt virtutes generis illius primi. Ex ore Nestoris dixit dulciore melle profluere sermonem, quæ certè delectatione nihil singulatus potest. Sed sumnam aggressus, ut in Vlyssè facundiam, magnitudinem illius iunxit, cui orationem niuib[us] hybernis & copia verborum atque impetu parem eribuit. Erit igitur Homerus ipse de se testis, non in uno semper genere constitisse: nec difficile est feligere locos. Certè Virgilius imitator eius non modo singulis libris varia genera accommodat, sed penè totos libros habet aut tenues, ut quintum: aut medios, ut sextum: aut graues, ut decimum: quanquam & in his est aliqua varietas pro conditione rerum. Sed hoc minus in poëticis mirandum videtur, qui si tanto nomine digni sunt, eo certè valent ingenio, ut afflati numine credantur. Admirabilius est in his trionibus, hoc est, actoribus fabulari, qui si in suo genere perfecti sunt, qualis Cicero Roscius vidit, in dissipillimis personis satisfaciunt, ut regis, patris familiâs, militis, parasiti, lenonis: quod quidem facere non possent, nisi genus actionis immutarent, quum tamen in suis personis versarentur, & quidem ipsi manerent: ut Roscius agens Agamemnonem, nihil aliud est quād Roscius. Satis facit igitur in dissipillima persona, quum tamen in sua versetur. Nec histrio in uno tantum genere fabularum mutat actionem, sed ipsa genera mutare potest: ut si comediam tragedus, tragediam comedus ageret: in comediam lenitatem pronunciandi, in tragedia lateribus & contentionis vocis utetur. Sic iuueni orator, ut Brutus, dum per etatem licet, elaborare debet, ne eodem modo omnis caussas agat, sed quum varia caussarum genera receperit, aliud humile, aliud acre, aliud medium, tum spiritum vimque dicendi pro rerum natura commutare debebit. Id fecit ille Demosthenes, cuius authoritas apud M. Brutum plurimum valere debet, qui hominem tam vehementer amet, ut eius imaginem ex ære domi seruit, & inter imagines suas ac suorum perinde*

veneretur, ac si unus ē familia Brutorum Demosthenes fuisset. Nobiles Romanos imagines ex stemmata maiorum suorum, maxime eorum qui vel magistrati populi Romani gesſiffent, vel alia ratione clarisſiſſent, habuiffe, illisque suas addidisse, notum est. Habebat imagines suorum Bratus, et suas quas in villa Tusculana ornamenti cauſa seruabant, et in illis Demosthenis imaginē, cuius industria amplectebatur. Non ita Brutus ut ille versetur in omni genere dicendi: nunc subtilia de more Lysia persequatur, et temue ſilum ducat rerum minutarum: nunc erigat ſe paulum ad argutias et acumen Hyperidis oratoris clarifimi, qui non tam familiaris erat et obuius in oratione quam in Lysias, de quo ſupradiximus ſed illo paulo dulcior, et compositus magis, ac in figendis animi ſenſibus acutior: quanquam non ita longe a tenuitate diſcedebat. Nunc genus medium teneat, ac moduletur illam Aſchinis ſuauitatem, et illuſtre ſplendore verborum: nunc ut in re graui ſic omnium grauiſſimus acerrimusque. Huius varietatis exempla proponuntur, ut et ad ardeſcas te Aſchiniſ ſtylus. oratio contra Leptinem de immunitate, qui quā ciuitas Atheniensium bene de Republica meritos immunitatem donaret, et id ē Repub. non eſſe videretur, legem promulgauit, ne quis immunis eſſet, et qui pateret immunitatem attributorum et veſtigalium et grauaminum, pateretur extrema. Demosthenes hanc legem inutilem, inboneſtam, iniquam putat. agit in eum de ratione legum, de rogationibus populi, rebisque Gabria: et haec, ne decet, tenuerit explicat. Contra vehementer agit in Philippum Macedonum regem, propterea quod dictio inflammare velit ciuitatem in eum tyrannum, qui contendit Atheniensibus auferre libertatem. Quas in eum dixit orationes, hic à Cicerone Philippicæ dicuntur, quo nomine poſtea dixit suas Antonianas, quoniam Antonius in occupanda libertate Philippos alter videbatur. Nonnunquam Demosthenes idem in eadem oratione, quum rerum varia ſunt partes, genera mutat: ut contra Aſchinenam et wa-georgoblas, hoc eſt reum falſae legationis. Aſchines ſemel et iterum legatus fuerat ad Philippum, et proposita turpi conditione pacis cum Philocrate conſenserat, ac in proſerendo tempore fuerat in cauſa cur Athenienses in Thracia caderentur. Objicit etiam Demosthenes accepta pecunia regis falſum renunciare, propter quod periere Phocenses. In ea cauſa ſubtiliter tractat aliquot epiftolas atque decretū. Locus eſt de rebus in genere temperato. Sunt et amplificationes graues de proditione legati. Egit in eundem Aſchinem cauſam Ctesiphontis percellebrem, de qua alio loco diximus. Idem illud medium genus quoties vult arripit tamquam bellicum instrumentum, et in id genus potissimum delabitur, quum a grauiſſima illa et acerrima contentione diſcedit, quæ plurimum efficit ad audiorem clamore perlata.

**C O M M E N T A R I U S.** An ego) Probat exemplo oratorem eſſe debere triplicis illius varietatis ſtudioſum. Histriones eos) Intelligit Roscius et Aſcopum: quorū alter Ciceronis tempore preſtantifimus fuit comædus, alter tragedus. Demosthenes quidem) Nobiles Romanis imagines maiorum suorum vel ex cera vel ex are in bibliothecis suis habebant, quineti illorum virorum quos plurimi faciebant. Contra Leptinem) Haec oratio eſt de immunitate. Bucdæus in commentarij ait potius inſcribendam eſſe ad Leptinem quā contra Leptinem.

**VICTOR.** Ut ne omnibus locis eadē contentione vterentur.) Hoc dicit, An coedemus, ut poetae vario veantur dicendi charactere: et nō ut poetis hoc idē nobis dederimus? Diuino ingenio profero.) Quoniā ut Plato, ut Democritus inquietabat, naſcitur poeta: ita Cicero etiā de Ora- tori, et pro Archia, ceteri autē ſunt. Itaq; afflari quodā ſpiritu, quaſi diuino ad dicendum ſolos poetas, multis rationibus cōprobarent. Sed et comædum.) Qui Comædias recitat, comædus: qui Tragœdias, tragodus appellatur. Nam pridem effectum eſt.) Quia causas agere desuimus. Ut contra Leptinem.) Quam habuit Demosthenes, ipſum Leptinem accusans. Falſae legationis.) Subaudi, ad Philippum. Pro cauſa Ctesiphontis.) Que oratio de Corona inſcritur: quoniam Ctesiphontem Demostheni attribuerat, non iure, ut Aſchines arbitrabatur.

## M. T. C I C E R O N I S

*Existimatores  
censores.*

Sed ab hoc parumper abeamus, quandoquidem de genere, non de homine querimus: rei potius, id est eloquentia, vim & naturam explicemus. Illud tamen, quod iam ante diximus, meminerimus, nihil nos praepiendi causa esse dicturos, atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui, non magistri. in quo tamen longius progridimur, quod videmus non te haec solum esse lecturum, qui ea multo quam nos, qui quasi docere videamur, habeas notiora: sed hunc librum etiam si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est. Esse igitur perfecte eloquentis puto, non eam solum facultatem habere, qua sit eius propria, fusae lateque dicendi, sed etiam vicinam eius atque finitimam dialecticorum scientiam assumere: quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen vtrunque in differendo est. disputandi ratio & loquendi, dialecticorum sit: oratorum autem, dicendi & ornandi. Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam cum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse. Cum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Atque etiam ante hunc Aristoteles principio artis Rhetoricae dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticæ: ut hoc videlicet differant inter se, quod hec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Volo igitur huic summo omnem quæ ad dicendum trahi posset, loquendi rationem esse notam.

*S T R E B A E V S.* Is est eloquens, qui humilia subtiliter, & magna graniter, & media tria temperate potest dicere. Hoc, ut ait, complectitur breui, differit pluribus. Incipit igitur ex ordine omnia monstrare quæ faciunt ad eloquentiam perfectam, ut cognitis rebus, earumque naturis, & parata dicendi facultate, tria illa genera dicendi facile accommodentur. Ab hoc Demosthenes, inquit, parumper abeamus, reddituri quum expedierit. Quandoquidem de genere perfecte eloquentie, non de homine querimus, rei potius quam hominis, id est, eloquentie vim & naturam explicemus, quas habeat facultates, quæque partes. Haec parandi gratia dixit: ubi querat aliquis, quænum ratio collocandi fecit ut ista separaret ab inuenitione, collocatione, actione, memoria, elocutione, hoc est quinque rhetoricae partibus, quas ante mutato ordine tractauit? Respondeam vim oratoris breuiter ostendiss, nunc autem fusius explicare quæ mirabiles haberi possint tres ex illis amplissimæ partes, inuenitio, collocatio, & elocutio. Superiora eò tendebant, ut inueniretur summus orator: hec consilium tractant, quibus ille de rebus summus effici poscit: sic tamen, ut quasi digito monstretur, non in aliqua præcepta redigantur. Nam dixit antea, Nulla præcepta ponemus (neque enim id suscepimus) sed excellentis eloquentiae speciem & formam adumbrabimus. Et hic eadem consili-

tuit auertenda calamitate causa. Nihil, inquit, præcipendi causa dicemus, sed ita potius agemus, ut existimatores, & in estimanda re arbitri videamur loqui, non magistri atque præceptores. Id eò facit, quod alijs in libris præcepit, nunc sum Bruto de summa eloquentia exponat iudicium. Quod autem partes omnes, ut paulò ante dixi, notauit, nunc amplius exponat opes eloquentiae, ac minutius rerum species diuidat, ideo prefatur id se facere, quoniam hunc librum diuulgari necesse est, & ad rudiiores peruenire, quibus nihil unquam satis explicatum est. Hic Brutus commedit eruditio nem, aut certè veretur ne virum doctum plusquam velit, docendo moretur. Ad orationis materiam sumat orator dialecticen, philosophiam moralem, & naturalem, ius ciuile, historiam: deinde transferat ad causas. Hæc qualia sint, ordine commonstar, & eadem tractat libro primo de Oratore. Est igitur eloquentie perfectæ non habere solum facultatem suse latè que dicendi, hoc est, rhetoriken copiose differentem, qua sit eloquentiae propria facultas & scientia, sed assumere dialecticen, qua sit arti rhetorice vicina atque finitima. Hoc ille differunt inter se. Rhetorices est oratio copiosa & ornata, Dialecticas autem disputatio breuis & inornata. Hæc loquitur incompte, illa dicit ample & ornata: consentiunt in alijs. utraque in differendo est, utraque inuenit differendi materiam, utraque ad probandum tractat argumentationem, quam aliter orator, aliter dialecticus disponit. Zeno Stoicorum princeps, nam fuerunt alijs, ut Zeno Eleates Parmenidus auditor, ac dialecticos inuentor. Zeno Rhodius, qui Rhodiensem scriptit historiam, alias historicus, qui Pyrrhires in Italia gestar literis mandauit. alias Chrysippi discipulus, alias medicus. alias grammaticus. alias Epicureus, hic Zeno Cittianus, & quo disciplina Stoicorum est, quum digitis comprehensio pugnum fecerat. Dialecticam aiebat eiusmodi esse, pressam & angustam. Quum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palma illius, hoc est, manus aperte similem eloquentiam, apertam, copiosam & expostam esse dicebat. Idem de eodem secundo de Finibus, Zenonis est hoc Stoici, omnem vim loquendi, ut iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes dicere. Rhetoricam palmae, Dialecticam pugno similem esse dicebat: quod latius loquerentur Rhetores, Dialecticam autem comprehendens. Quintilianus libro 2. Itaque quum duo sint genera orationis, altera perpetua, que rhetorice dicitur: altera concisa, que dialectice: quæ quidem Zeno adeo coniunxit, ut hanc compresse in pugnum manus, illam explicitæ diceret similem: etiam disputatrix virtus erit. Aristoteles dixit illam artem quasi ex altera parte respondere dialectica à ratiōne φον. ἐνθερκήσιν ἀντίσιοφος τῆς διαλέξιος. Rhetorice dialectice respondere ex altera parte, id est, è regione & ex aduerso, non autem quod una parte sint inter se dissimiles. Vult igitur huic summo oratori loquendi rationem, hoc est dialecticam esse notam, quam causidicus illerabula nunquam necessariam putauit. Quatenus autem sit expertenda, Gellius hoc modo differit: Huius discipline studium atque cognitio in principijs quidem tetra & aspernabile insuauisse esse & incivili videri solet: sed vbi aliquantum processeris, tunc denique & emolumenntum eis in animo tuo dilucebit, & sequetur quædam dicendi voluptas insatibilis. Cui sane si modum non feceris, periculum non mediocre erit, ne ut plerique alijs eu quoq; in illis dialecticæ gyris aut meandris tanquam apud Sirenos scopulos confenserfas. Usque adeo confusa & barbare tradita nobis est, ut non sit timendum, ne in eiusmodi volupitate cōfenserfas.

C O M M E N T A R I U S. Sed ab hoc se in libro sequiturum eloquentia Ideam, non aliquid exemplum mortale: ad eam igitur eloquentiam se revocat, & eam artibus instruit necessarijs. In quo tamen Hæc dicuntur a l sequentium preparationem: quia quanquam instituit agere de sola elocutione, tamen ostendet quibus artibus debeat instrui perfectius orator. Igitur Docet oratorem perfectum esse non posse sine cognitione trium philosophie partit.

Quanquam aliud) Ita disputationem que propria dialectices est suis includit orationibus rhetor: sed eam copiosas & locupletius exequitur rhetor, dialecticus concisus & brevius perstringit. Itaque quanquam inuentio dialectices est, eam tamen mutuatur orator.

# M. T. CICERONIS

**VICTOR.** Sed etiam vicinam eius.) *Sensus est, Non modo debet orator vim dicendi copiose ac fuscum, sed etiam angustae, enucleatae, pressae assumere: quod artis differendi proprium est, quam Dialecticen Graci vocant.* Atque etiam ante hunc.) Subaudi, Zenonem Cytiacum, nam oculo fuere Zenones. Dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticæ. Id est esse antistrophonita enim inquit: ἐντορική δὲ τὸν αὐτόσφορος τῷ διαλεκτικῷ ἀμφότεραι τῷ τοιούτῳ πνῶν ἐποίει τηνά τρέπωντα ἀστάντα τὸν γρογέαν καὶ ὑπερικατέπιπλην ἀφωγοτελέαν, διὸ καὶ πάντας τρέπωντα, μετέχουσιν ἀμφοῖν. Qui enim persuadere dicendo vult, arguat necesse est: sicut Plato persuasionem in rhetorices definitione posuit: cum inquit, πεθοῖς θυμοῦγεν. Et Aristoteles quia liter cum ait: διώκεις τεχνικὴν τὸν ἔρασον καὶ χρείαν τοιανδε λέγειν. Ita Hermagoras: διώκεις τὸν λόγον τέλος ἔχον τὸ πάθειν γονόν φ' ἄντην. Dionysius quoque Halicarnassensis inquit: διώκεις τεχνικὴν λόγον πεθαντὸν πράγματον πολιτικῶν, τέλος ἔχον τὸ πάθειν εἰπάντα τὸν εἰδέχομενον. hoc potius quidam ut quidam, διώκεις κατακομβούσικὴν καὶ αὐτοκαμβούσικὴν δικαίων καὶ ἀδίκων πράγματον. vel ut alii: τιμωμένον ὁ λέγειν. tandem si in idem recedit. Ratio dicendi Quæ oratoris est. Illa loquendi) Quæ dialectica est.

**MELANCHTHON.** Effegitur perfectè eloquentis puto) Postquam diuersas species oratorum descripsit: nunc informat illum perfectum, & grandem oratorem. Et quia hic pauca primū de inuentione repetit: duas res tribuit ei ad inuentionem necessarias: quæ alioqui vulgaribus libellis rhetorici prætermittuntur: videlicet dialecticam, & locorum omnium scientiam, quæ ex philosophiis sumenda est. Dialectica, res nudas brevissimè concipit: Rhetorica dilatat, & plurimè verbis opus habet, ut res intelligantur, & ut tantæ videantur, quantum re ipsa sunt.

**Quæ** quidem res (quod te his artibus eruditum minimè fallit) duplice habuit docendi viam. Nam & ipse Aristoteles tradidit præcepta plurima differendi, & postea qui dialectici dicuntur, spinosiora multa pepererunt. Ergo eum censeo, qui eloquentiae laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem: sed vel illa antiqua, vel hac Chrysippi disciplina institutus, nouerit primū vim, naturam, genera verborum, & simplicium, & copulatorum: deinde quot modis quidque dicatur: quæ ratione verum falsumve sit, iudicetur: quid efficiatur è quoque: quod cuique consequens sit, quodque contrarium, cùmque ambiguè multa dicantur, quo modo quidque eorum diuidi explanarique oporteat. Hæc tenenda sunt oratori: sæpe enim occurunt: sed quia sua spôte squallidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

**STREBÆVS.** Dialecticæ via duplex est, quæ nō obsoletæ à Græcis appellatur. Altera ad differendum rectior & apertior, qualem mōstrauit Aristoteles, & illo iunior Chrysippus. Altera spinosior, & superior ac molesta magis, qualem posteriores implicarunt. Possit addere tertium genus seculi nostri, quod omne penè literas euicit. Spinosa (ut opinor) a sella exstinctum esse relinquenda: antiqua, ut ab Aristotele tradita, & recentiora præcepta Chrysippi, legenda putat, nō ut in illis consenserat orator, sed ut ne sit earum rerum omnino ruda. In quam sententiam Antonius libro secundo de Oratore inducitur hec loquens. Sic decreui, philosophari potius, ut Neoptolemus apud Eanum, paucis: non omnino h. sed placet, & quæ sequitur. Orator instituatur vel antiqua,

*Similia parvis  
logicalibus no-  
strorum tempo-  
rū, ut, quod ego  
sum, tu non es,  
etc.*

vel hac, id est recentiore Chrysippi disciplina, qui de re dialectica plurimas fecit libellos, de nominibus dialecticorum, de comunitate probabilibus, de conexo, de proloquiis, de iis quae negantur, de us quae dicuntur per priuationem, de optimis proloquiis, de differentia indefinitorum, de interrogatione, de response, de categoriis, de syllogismis, de soritis, de definitionibus. Scripta alia permulta, quae numerantur à Diogene Laertio. Idem in re dialectica tantam sibi gloriam comparauit, ut plerique dicerent, si apud eos usus esset dialectice, non futuram aliam quam Chrysippem. Στοιχεῖα δὲ τῶν διαλεκτικῶν ἐγένετο, ὡς δοκεῖ τοῖς πλάσταις ὅν εἰ ταῦτα θεοὶ λύτρα διαλογικῆν, εἰς αὐτὸν λύτραν καὶ χρυσίππεος. Fuit ille vir πολύγενες, qui composuerit volumina septingenta quinque, in quibus acutissimè disputasse fertur, sed ieiunè et exiliter. Cicero de Oratore primo libro, Etenim videmus iisdem de rebus ieiunè quosdam et exiliter, ut eum quem acutissimum ferunt, Chrysippum, disputauisse. Res autem et scientia dialepticorum est, nosse vim naturamque verborum, quae significant substantiam, quae qualitatem, quae quantitatem, quae referantur ad aliquid, quae agere, quae pati, quae locum, quae tempus, quae situm, quae habitum designant. Hac sim plicum verborum genera decem constituit Aristoteles in Categoriorum. Cognoscenda est vis copulatorum, quae sunt τὸν τε πληρὸν καταγόμενα πληρὰ τῷ τερτάρῳ, de quibus agit idem πρὸς ὄφεις. Tenden dum quot modis quicque dicatur, quāque ratione multiplex evoluitur, atque distinguatur, de qua rescriptum idem liberum totum, qui non extat, quot modis aliquid dicatur. Περὶ περιστοιχίων. Paucus dicit ea de re Topicorum primo, possum accipere quas recentiores vocant equipollentias. Videndum, qua ratione verum falsumne sit, iudicetur. Nam quod ait secundo de Oratore, Omne quod eloquimur, sit ut id aut esse dicamus, aut non esse: et si simpliciter dictum sit, suscipiunt dialectici, ut iudicent verūmne sit an falsum: et si coniuncte sit elatum, et adiuncta sint alia, iudicent, recte adiuncta sint, et verā summa sit vniuersusque rationis. Simpliciter dictum considerauit Aristoteles uno libro de Propositionibus, qui non reperitur, et multa dicit ad eam rem πρὸς ὄφεις. Considerandum est etiam quid efficiatur ē quoque, hoc est quid ex assumpto colligatur conclusio syllogismo, et quid medio constituto consequatur, quidque sit contrarium, id est, non sequatur: de quibus agitur ab eodem in αὐτοτίκων libris. Præterea nosse debet quomodo ambiguum diuidi explanari que debeat. Hinc sunt paralogismi, quorum dissolutiones traduntur in Elenchis. Hæc quia sepe differenti occurunt, tenenda sunt oratori: quia tamen sua sponte et natura squalidiora sunt ac impuriora, adhibendus erit orationis nitor, ut deterga et exculta quasi vasa clucent.

**C O M M E N T A R I U S.** Nam et ipse) Nomine dialecticorum intelligit hoc in loco Stoicos qui post Aristotelem acutissimè de dialectica scripsierunt. Dicit autem vel descendam esse dialecticam Aristoteleam aut Stoicam qualis fuit Chrysippus. Generi verborum et simplicium) Nomen et verbum ex quibus consciuntur propositiones. Quod cuique) Quia omne argumentum, ut inquit Aristoteles in Prioribus, vel ducitur ab antecedentibus vel a consequentibus vel a repugnatis, nisi forte quis locum intelligat de syllogismis hypotheticis, quae interpretatio non placet. Cūque ambiguae) Per amphibologiam quæ spectatur in oratione, quemadmodum homonymia in actione. Videlicet Fabium libro septimo, capite de amphibologia.

**VICTOR.** Spinosiora multa pepererunt) Non ut magis Aristoteles ipsam aperiat, sed ut rem reddere obscurorem, ingeniosiusque ipsi viderentur: ut Chrysippus qui in dicto, ut cum multi, tum vel in primis Galenus medicus arguit, fuit omnium philosophorum infantissimus, quem saepe artis grammaticæ imperitia coarguit. Vim, naturam, genera verborum) Id est, quinque voces, et categorias: que ianiores prædicabilia, et prædicamenta nominarunt. Simpliciū) Cūm per se intelliguntur. Copularum) Cūm ex eis sint orationes. Deinde quot modis quidque dicatur) Quæ orationes à iunioribus equipollentiae nominantur. Quaratione verum

## M. T. CICERONIS

(falsumne sit, judicetur) Ex contrariis, contradictoriisque, subcontrariis, & subalternis. Quid efficiatur, eo quoque quod cuique consequens sit) Ita enim omnis struitur argumentatio, ut ex premisis quibusdā, unde sequatur aliquid necessariō: vel probabiliter, vt in syllogismis, & inductionibus. Quodque contrarium) Nam plerunque ita ad id quod impossibile est, aduersarium adducimus: vt Mathematici, & aliquando etiam Physici. Cumque ambiguae multa dicentur) Imo etiam distinguendum, vt Aristoteles docet in Elenchis. Diuidi explanari que oporteat) Vt totum in partes, genus in species: quod saepe faciunt in dicenda causa oratores.

Et quoniam in omnibus quae ratione docentur & via, primum constituendum est quid quidque sit (nisi enim inter eos qui discendent, conuenit quid sit illud de quo ambigitur, nec recte differi, nec vñquam ad exitum perueniri potest) explicanda est saepe verbis mens nostra de quaue re, atque inuoluta rei notitia definendo aperienda est. siquidem definitio est oratio quae quid sit id de quo agitur, ostendit quam breuissime. Tum, vt scis, explicato genere cuiusquerrei, videndum est quae sint eius generis siue formae, siue partes, vt in eas tribuatur omnis oratio. Erit igitur haec facultas in eo quem volumus esse eloquentē, vt definire rem possit, neque id faciat tam pressē & angustē, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet: sed cum explanatus, tum etiam vberius, & ad commune iudicium, popularēaque intelligentiam accommodatus. Idēmque etiam, cūm res postulabit, genus vniuersum in species certas, vt nulla neque prætermittatur, neque redundet, partetur, ac diuidet. Quando autem, aut quomodo id faciat, nihil ad hoc tempus: quoniā (vt suprà dixi) iudicem esse me, non doctore volo.

De diuisione.  
Formæ. i. species.  
Partes. i. mēbra:  
alii enim est ge-  
neris in suas spe-  
cies, totius in  
partes, &c.

Nō possum etiā  
præcepta trade-  
re. Sit satis vi-  
scias & omnino  
oporteat te ha-  
bere dialecticā.

S T R E B A E V S. Quid à rebus dialepticis assumat orator, angustē breuitēq; perfrinxit, addit buc definitionem & diuisionem, de quibus permulta Aristoteles. Scriptis enim diuisiones decem & septem, & diuisionum libram vnum, & diuisibilium librum vnum, & syllogistariorum & definitionum libros duos, præterea definitionum libros tres. Istorum nihil peruenit ad nostrum tempus. Satis multa de definitione loquitur Topicorum libro 6. Diuisiones & definitiones ad docendum plurimum valent. Etenim rerum disputatio ferè constat diuisione generis in species, aut totius in partes ad finem constitutas, & earum definitione. In omnibus, inquit, quae ratione docentur & via, id est, arte & methodo, primum constituendum est quid quicque sit, hoc est, definitum illud de quo ambigitur, quia nisi inter eos qui discendant, hoc est, questionem controverſiamque tractant, conuenit quid sit illud de quo ambigitur: nec recte differi, & ordine disputari, nec ad exitum finēq; certum perueniri potest. Sunt qui putant hæc dici de definitione nominis, nos etiam rem accipimus: vt si controverſia est, sacrilegiumne commiserit, qui priuatam pecuniam de templo sustulit: nisi conteniat quid omnino sacrilegium sit, res ad exitum peruenire non possit. Ergo mens nostra nō aliter quam vestis complicata, evoluenda est & explicanda verbis, quae sunt quasi quedam instrumenta ad res explicandas & illustrandas, vt inuolute rei notitia accognitio definiendo

aperiatur. Est autem definitio, oratio que quid sit id de quo agitur, ostendit quād brevissimē. ve-  
quam dicimus rhetorē esse bene dicendi scientiam, vim substantiāque rhetoris oratione bre-  
ui complectimur. Tria sunt autem videnda definiēnti, vt vim substantiāque rei breviter explicet:  
vt definitionem eius de quo agitur (definitum vocant) propriam, nullūque alteri communem consi-  
tuat: vt nihil omittat, nihil ociosum & redundans intromittat. Definimus autem res genere &  
differentia, aut proprietate, aut accidentibus, aut similibus, aut contrariis, aut cognominatis. quod  
apertius exponunt Cicero & Boetius in Topicis. Explicato genere cuiusq; rei, hoc est definita sum-  
ma cuiusque questionis, videndum est que sint eius generis forme, que etiam species sepius appel-  
lantur: vt explicato genere virtutis, hoc est, virtute definita, videndum est quatuor esse formas il-  
lius, prudentiam, fortitudinem, iustitiam, temperantiam. Aut si genus est quiddam totum, viden-  
dum est que sint eius generis partes: vt si definita rhetorice, cōstitutas quinq; partes rhetorice.  
Nam forme sunt generis, totius autem partes. illa diuisio, hæc partitio nominatur. Partes ne sint, an  
vero forme, cognoscet, si genus de specie dici, nō totum de parte cognoveris. Iustitia est virtus, recte  
dicitur: est enim iustitia forma. Inuictio est rhetorice, dicitur falso, quia inuenio pars est, nō species.  
Lex diuidentia aut partientia est, vt si genus vniuersum in species certas diuidat, aut in partes dis-  
tribuat, vt nulla neq; prætermittatur, neque redundet. Vt trunque vitiosum, & aduersariorum ri-  
diculis expostum. Id quomodo sit, nihil ad hoc tempus: quia quid sit optimum, iudicat: nō præce-  
pto & ratione comprehendit. Non nihil autem in Rhetoricis & Topicis ostendit. Ceterum defini-  
tiones in illis eruditissimis disputationibus, hoc est philosophicis, & à sensu populari remotis, vult  
esse quād brevissimas & exactissimas: quod superior illa circumscrip̄io demonstrat. Sed in oratione  
perpetua non esse tam pressas & angustas. Pressæ quidem sunt inuolutes: angustæ, breves. Præstite-  
rit angustas explanare, vt ad commune, hoc est populare iudicium, popularēque intelligentiam  
accommode dentur. de quo sic Antonius de Oratore libro secundo. Atque in hoc genere cauſarum  
nonnulli precipiunt, vt verbum illud quod cauſam facit, lucide, breviter uterque definiat: quod  
mihi quidem perquæ puerile videri solet. Alia est enim quem inter doctos homines de iis ipsiis re-  
bus que versantur in artibus, disputatur, verborum definitio: vt quem queritur quid sit ars, quid  
sit lex, quid sit ciuitas. In quibus hoc precipit ratio atque doctrina, vt vis eius rei quam definita,  
sic exprimatur, vt neque ab sit quicquam, neque super sit, quod quidem in illa cauſa neque Sulpicius  
fecit, neque ego facere conatus sum. Nam quantum uterque nostrum potuit, omni copia dicen-  
di dilatauit quid esset maiestatem minuere. Etenim definitio primū reprobatio verbo uno, aut  
addito, aut dempto, saepe extorquetur ē manibus: deinde genere ipso doctrinam redolens, exercitatio-  
nēque penè puerilem: tum & in sensum & in mentem iudicis intrare non potest. Ante enim præ-  
terlabitur, quād percepta sit.

C O M M E N T A R I U S. Et quoniam) Orator à dialectica mutuatur rationem defi-  
niendi atq; diuidendi. Ac certè postulat methodus vt initio definitiam, deinde diuidamus. Vt me-  
ritò Cicero reprehendat Panatium qui in officiis definitionem omisit. Erit igitur) Docet Fa-  
bius lib. 7. oratorem latioribus definitionibus uti debere, quod docet item Cicero libro secundo de O-  
ratore. Nam definitiones dialecticas planè improbat Fabius.

V I C T O R. Constituendum est, quid quidque sit. Id est definitione utendum, que quid sit  
aliquid, explicatur: ac cùm decem & octoferè sint definitionum genera, vnum longè præstantiſti-  
mum est, quod per genus & differentia, vel aliquid differentie loco explicatur. Si quidē est defini-  
tio, oratio, que quid sit id de quo agitur, ostendit quād brevissimē) Hæc est definitionis Platonica defi-  
nitio, inquit siquidem Plato: ὅπερ μέντοι λέγεται σωτήρας δηλωτής τῆς φύσεως τοῦ θεονε-  
πόλεως πατρός μαρτυρούς, nam Aristoteles in Topicis, licet aliter definire videatur, idem tamen pro-  
pemodum dicit, cùm inquit: ὅπερ μέντοι λέγεται δὲ τὸ πέπονθεν οὐκανόν. Eius generis sive formis.)

## M. T. CICERONIS

Quæ & species appellantur. Siue partes) Cùm totum diuiditur. Omnis oratio) Id est, tota diuidendi ratio fiat. Quàm in illis crudelissimis disputationibus) Subaudi philosophorum.

Neque pretermittatur, neque redudet) Quod diuisionis proprium est, sicut definitionis, per genus suum & suam differentiam fieri: ut homo est animal rationale: ut aliis placet, si addere volueris, propter demonas, mortale: & propter Nymphas, scientia & intelligentia capax, quando autem, aut quo modo id facias, nihil ad hoc tempus: quoniam locus fuit in Topicis: & hoc tempore, inquit, ostendimus, ac circumscribimus oratorem perfectum, non docemus quicquam.

Nec verò dialecticis modò sit instructus, sed habeat omneis philosophiæ notos & tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de charitate patriæ, nihil de bonis rebus, aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus animi, & erroribus, quæ sæpe cadunt in caussas, sed ieiunius aguntur, nihil inquam sine ea scientia quam dixi, grauiter, amplè, copiosè dici & explicari potest. De materia loquor orationis etiam nūc, non ipso de genere dicendi. volo enim rem prius habeat orator de qua dicat, dignam auribus eruditis, quàm cogitet quibus verbis quidque dicat, aut quomodo. Quem etiam, quò grandior sit, & quodammodo excelsior (vt de Pericle dixi suprà) ne physicorum quidem esse ignarum volo. Omnia profectò, cùm se à coelestibus rebus referet ad humanas, excelsius magnificentiùsque & dicet & sentiet. Cumqùe illa diuina cognouerit, nolo ignoret ne hæc quidem humana. Ius ciuale teneat quo egent caussæ foræses quotidie. Quid est enim turpius, quàm legitimarum & ciuilium controversiarum patrocinia suscipere, cùm sis legum & ciuilis iuris ignarus? Cognoscat etiam rerum gestarum & memoriae veteris ordinem, maximè scilicet nostræ ciuitatis: sed & imperiosorum populorum, & regum illustrium: quem laborem nobis Attici nostri levauit labor, qui conseruatis notatissime temporibus, nihil cùm illustre prætermitteret, annorum septingentorū memoriam uno libro colligauit. Nescire autem quid antè quàm natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. Quid enim est ætas hominis, nisi cùm memoria rerum veterum cum superiorum ætate contexitur? Commemoratione autem antiquitatis, exemplorumque prolatione, summa cum delectatione & autoritatem orationi affert, & fidem.

*Exempla sunt in oratione pro Miltone: ubi de mente dicit, quæ regit & gubernat omnia.*

*Libros & orationes intelligit.*

*Illaenim exempla reddunt orationes grandiores, & similiores veri, propter dignitatem rerum quæ dicuntur.*

*S T R E B A E V S. Una philosophia pars est dialectice, quam vult oratori esse notam. Alter-*

ra est de vita & moribus, quæ princeps nomine generis à Cicerone philosophia nominatur, in qua multus fuit Socrates, & Plato. Hanc quoq; ad eloquiciā perfectā necessariā esse putat. Partes eius enumerat dignitate præstantiores, quæ omnes à Platone copiose tractantur, & ab aliis Græcis, sed etiam à Cicerone non ineleganter. Nam de religione differit de Legibus, & de Natura deorum, De morte, Tusculana 3. De pietate & charitate patriæ, libris de Repub. quod opus non peruenit ad nos. De bonis rebus aut malis, libris de Finibus honorum & malorū. De virtutibus aut vitiis, & de officio, lib. de Officiis. De dolore, Tusculana secunda. De volupte multis locis, sed præcipue de Finibus: de qua Aristoteles librum unum fecit. De perturbationibus animi & erroribus, Tusculana tertia, & quarta. Hæc sepe cadunt in caussas, sed ieiunius aguntur ab imperitis, quia sine philosophia amplè & copiose dici explicari que non possunt. Hæc & similia quasi materiā subiicit oratori, quod inde sumat ad dicendum materiam. Quid autem materia differat ab ipso genere dicendi, paucis indicat. Materia est de qua dicit orator, ut res omnis ad tractandū proposita: quam si ille summus orator eligeat, ut abiectionem repudiet, dignam auribus eruditis excipiat. Hanc priore loco constituit, quia materia verba debent accommodari. Genus dicendi in elocutione positum est. Elocutio suis verbis suoque modo materiam explicat. In ea considerat orator quomodo dicat. Nā, quod ante dixit, tria videnda sunt oratori, quid dicat, & quo quicque loco, & quomodo. Et paulo p̄d: Quomodo autem dicatur, id est, in duobus, in agendo, & in eloquendo. Iam duabus philosophiæ partibus tertiam vult accedere, scientiam naturalēm, quod à rebus physicis sit grandior & quodammodo excelsior ille dicendi artifex: ut Pericles Atheniensis in Phædro Platonis hoc præstuisse ceteris oratoribus à Socrate dicitur, quod si Anaxagoræ Physici fuisset auditor, à quo censet cum, quum alia præclara quædam & magnifica diadicisset, uberem & faciūdum fuisse, narrumque, quod est eloquentia maximum, quibus orationis modis quæque animorum partes pellerentur. Ne sit igitur physicorum, id est, rerum naturalium ignarus orator, omnia profecto, quum se à cælestibus rebus, hoc est, ab illa diuina philosophia, referet ad res humanas, hoc est, ceteras artes, excelsius magnificentiūq; & dicit ut orator, & sentiet ut prudens & senator. Quimque illa diuina cognoverit, quæ tradit sapientie mater: nolo, inquit, ignorare ne hæc quidem humana in quibus populares artes conteruntur, ut ius ciuile, historiam, res poeticas, ius ciuile teneat, inquit. Cur ita? necesse est. Illa eagent caussæ forenses cotidie. Etenim alia sunt caussæ, id est, cœsilio, non forenses, quæ illo iure non eagent. Deinde honestum est hoc scire: quemadmodum turpe videtur patrocinia ac defensiones suscipere legitimarum & ciuilium controversiarum, quæ legibus & iure ciuili statui debent, quum si legum ciuilijs que iurius ignarus. De quo multa Crassus apud Ciceronem primo libro de Oratore. Id autem èo precipit, quod permulti Romæ caussas agerent, qui iuri ciuili operam nullam dedissent: quod tempora nostra sic mutarunt, ut omnes serè iure ciuili sine alijs artibus vitantur. Cognoscat etiam rerum gestarum & memorie veteris ordinem, hoc est, cognoscat historiam, quæ ordine res gestas in longan memoriam reponit. Historia populorum omnium quoniam immensa est, ab oratore aliqui multis rebus occupato cognosci non potest. Cognoscat igitur res gestas suæ ciuitatis, & populi Romani, & imperiosorum populorum, ut Atheniensium, Lacedemoniorum, Carthaginicium: & regum illustrium, ut Xerxis, Philippi, Alexandri. Horū similiumque res gestæ vtiliores habentur, quod eorum bonis legibus instituta Respublica, à maximis viris gubernata, multis rebus bellicis ac domesticis agitata floruerit: quem laborem multa querendi, Tati Pomponij Attici levauerat labor. Is antiquitatis admirator, conservatus in ordine, notatusque, hoc est, breuiter signatis temporibus, nihil cum illustre prætermitteret, annorum septingentūm memoriam una libro, tanquam concha mare coarctare, comprehendit. Is etiam scripsit de imaginibus, & de consulatu Ciceronis, quicū super nō familaritate cōiunctus erat. Hæc opera, quod sciam, non extant. Hunc iterum laborem levauit Sabellius. In annorum septingentūm memoria Pomponius

## M. T. CICERONIS

videtur historiam repetinisse à primordio urbis ad tempore Augusti Caesaris, cui iuueni familiaris fuit. Nam Luius non multo posterior res gestas populi Romani supra septingentesimum annum repetere se dicit. Sed hic tantum populi Romani ducit historiam, ille etiam res gestas aliarum gentium describit. Ad historiam legendam Cicero cohortatur: Pulchrū esse scire quid ante quām natus sis, acciderit, ne semper videaris esse puer, hoc est, temporis angusti memor. Breuem esse hominis etatem nisi contexitur & veluti filo coniungitur cum memoria rerum veterum, atque etate superiorum: Commemorationem antiquitatis ex historia, exemplorūque prolationem, quam vocant allegationem, treis usus habere, nempe declarare, dicenti autoritatem afferre, ad probationem & fidem valere.

**C O M M E N T A R I U S.** Nec vero) Philosophia moralis est oratori necessaria, quoniam ex ea graues omnes sumuntur disputationes & loci communes. Omnia profectò) Cum philosophiam in tres diuidimus partes, tum physicen accipimus pro ea scientia, quae de rerum humanaum diuinarumque natura agit. Itaque huic Physicae subiacet Metaphysica. Quem laborem) Pomponius Atticus historiam scripsit de viris illustribus & rebus gestis Romanorum. Huius rei meminit Cicero in Bruto.

**V I C T O R.** Omnes philosophiae notos, & tractatos locos) Tota siquidem philosophia, ut Aristoteles tradit, ut etiam Ptolemaeus in principio magnae constructionis Mathematicæ, ut eius quoque interpres Theon, in agendi, & inspiciendi species diuisa est: agendi, omnis vis ad mores regulata est: inspiciendi autem, dividitur in Theologiam, & Physicam, & Mathematicas scientias. Mathematicæ verò sunt, Arithmetica, Geometria, Musica, & Astrologia. Nam Optica, Catoptrica, Geodesia, Canonica, & prorsus instrumentalis omnis illarum sunt species. Sed ieunius aguntur) Argutius siquidem hæc à philosophis tractuntur, quād ab oratoribus. De materia loquor orationis) Quoniam de diceundi modo mox differam. Ne physicorum quidem ignoramus esse volo) Id est, naturalis etiam gnarum esse philosophia, siquidē physīs, natura dicitur: vnde physicus, & physica physicorum neutro genere, & rhetorica, & biblia dicimus, quæ res physicas, rhetoricas, & libros plures continent. A cœlestibus rebus) Quoniam res physicæ non modò intelliguntur in humanis rebus, sed etiam quinisis, ut paulò antè diximus. Cum sis legum, & ciuilis iuris ignarus) Lex est, inquit Papinianus, commune præceptū, virorum prudentium consultum, delictorū quæ & sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio, communis Reipublicæ sponsio. lex porrò omnis aut tribuit, aut adimit, aut puniit, aut iubet, aut vetat, aut promittit. Ius ciuale autem est, ut Papinianus inquit, quod ex legibus, plebiscitis, senatus consulis, decretis, placitis principum, auctoritate prudentum venit. Vt autem Vlpianus inquit, ius ciuale est, quod neque in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit. Itaque, cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, ciuale efficimus. Authoritatem orationi affer) Quia vetera autoritatem semper præseferunt. Et fidem) Quia facilius adducimur, ut credamus priscis, & nouis.

Sic igitur instructus veniet ad caussas: quarum habebit genera primum ipsa cognita. Erit enim ei perspectum nihil ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat, aut verba. Res, aut de verò, aut de recto, aut de nomine. Verba, aut de ambiguo, aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis: genus est quoddam ambigui, quod ex præterito verbo fieri solet: in quo, quod est ambiguorum proprium, res duas significari

videmus. Cum tam pauca sint genera caussarum, etiam argumentorum præcepta pauca sunt. Traditi sunt, è quibus ea ducantur, duplices loci, vni è rebus ipsis, alteri assumpti. Tractatio igitur rerum efficit admirabilem orationem, nam ipsæ quidem res in persicili cognitione versantur. quid enim iam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad discendum rem breuiter exponere, & probabiliter, & aperte, vt quid agatur, intelligi possit: sua confirmare, aduersaria euertere: cäque efficere non perturbatè, sed singulis argumentationibus ita concludendis, vt efficiatur quod sit consequens iis quæ sumentur ad quanque rem confirmandam: post omnia perorationem inflammantem restinguenter concludere.

*S T R E B A E V S.* Quemadmodum miles ante instituitur armis, quam se prælio committat: ita multis artib<sup>o</sup> instructus, id est, armatus orator veniet ad caussas. Caussæ sunt finitæ questiones. Omnis questio oratore digna, controversiam habet. Omnis cōtrouersia aut in re sententiaq; posita est, aut in verbo, nec enim aliud in orationē venire potest. Sic Posidonius rhetor diuidebat status, in voces, & in res. Si res controversiam facit, in statu rationali disceptatio versatur: si verbū, in legali. Status autem rationales tres numero sunt: *V*nus conjecturalis, in quo de vero queritur, hoc est, de facto ipso, si necne factum quod obiicitur: *v*e, verumne est à Sexto Roscio patre interemptum? Alter est definitionis, in quo de nomine quidem agitur, non ad explicandum nomen, sed ad videndam rei naturam: quamobrem non ad verba, sed ad rem pertinet, an scribanus plebis in concione legerit codicem, id appellari debeat nomine lae*sae* maiestatis? Tertius est qualitatis, in quo de recto queritur, iuré an iniuria factum sit: an iure Clodium Milo interfecit? Status legales duo sunt, alter ex ambiguitate, alter ex contrariis legibus. Ponuntur ab aliis tres, sed ambiguitatem Cicero refert ad scriptum & voluntatem: quia si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis, id est, si scriptum à scriptorū voluntate dissentit, genus est quoddam ambiguī, quod ex præterito verbo, id est, omisso, fieri solet. Quod igitur scriptor hoc præteriit, res duas significari videmus. Est autem ambiguorum proprium, duos plures ve facere sensu: vt si vis assertur ei qui iniurias à fundo suo deiicitur, an etiam illi qui in agrum suum venire non sinitur? Legislator addat unum verbū, tolletur ambiguitas, hoc modo: *V*nde tu deieceris aut reieceris, ed restituto. Quintilianus his tribus addit syllogismum, quem definitione (vt opinor) Cicero comprehendit. Nam si queritur an lege beneficij teneatur ea mulier quæ dedit amatorium, definiendum erit amatorium, & venenum, vt definitione colligamus, sive amatorium quoddam venenum. Certè Quintilianus fatetur syllogismū habere aliquid simile scripto & voluntati, & nonnullam esse illi cum definitione coniunctionē. Hæ questiones sive status initio collocantur, quoniam principio tenenda est summa caussæ: deinde innuenienda sunt argumenta, quibus controversia & ambiguum solvatur. Argumenta ducuntur è locis. Loci traditi sunt duplices, vni è rebus ipsis, alteri assumpti. Inhaerent in ipsa re, definitio, enumeratio parium, notatio, coniugata, genus, forma, similitudo, differentia, contraria, adiuncta, antecedentia, consequentia, repugnantia, causæ, effectus, comparatio. Assumpti loci sunt remoti, qui testimoniorum genera continent. Locos omnes quoniam in Partitionibus ac Topicis exponit, nunc eos notasse contentus est. Ego quod eosdem amplius in Partitiones eius exposui, eadem brevitate

## M. T. CICERONIS

delector. Res quae de locis eruuntur, in persuali cognitione versantur, quia paucā inveniendi precepta sunt. Tractatio rerum efficit admirabilem orationem, quae quinque partibus absolutur, exordio, narratione, confirmatione, refutatione, epilogi. Exordium tribus de rebus assumitur, ut conciliat auditorem, benevolūmque reddat: ut erigat eius attentionem: ut paret ad discendum, docilemque efficiat. Narratio rem breuiter exponit, ut mente tenetur; probabilitas ac verisimilitas explicat, ut mereatur fidem. Dilucidè et aperte narrat, ut quid agatur, intelligi possit. In confirmatione nostra firmamus, in refutatione aduersaria euertimus. Ut traque pars ordinem querit, perturbationem et confusionem fugit. Ordo seruabitur, si argumenta suo loco constituta sic concludentur, ut efficiatur colligaturque quod sit consequens ius quae sumentur ad quanq[ue] rem confirmandam, hoc est, si recta assumptorum complexio negletur. Peroratio accusatoris, incendio grauioris affectus inflamat, hoc incendium restinguat peroratio defensoris, quae officia plerunque mutantur. Haec breuiter de quaestione, locis, et partibus orationis.

**C O M M E N T A R I U S.** Quarum habebit) Duo status sunt, alter rationalis, alter legalis rationalis in rebus habet quaestionem, legalis in verbis. Verba autem) Quatuor sunt legales status, ambiguum, legum contrarietas, syllogismus, scriptum et sententia. Hos posteriores status duos ad ambiguum referunt. Nam si quando) Syllogismus quoque vel ad ambiguum referri poterit vel ad definitionem, quamquam planè definitione completi Cicero videretur. Tractatio igitur) Significat faciliorem esse inventionem elocutione, quoniam varia elocutio pro decoro variis est accommodanda rebus. Concludere, est argumentatione efficere.

**VICTOR.** Habet generā primū ipsa cognita) Demonstratum, deliberativum, et iudiciale. Res, aut de vero) Ut sit quod arguitur verum, necne, unde conjecturalis et infiducialis status. Aut de recto) Id est, de qualitate, unde negotialis, et iuridicallis: et inde multæ ex iuridicis species, quae ipse in rhetorice complexus est. Aut de nomine) Indefinito, sive finitus status. Verba aut de ambiguo) Inde ambiguum, sive amphibologia status. Aut de contrario) Ideo de contraria legisbus appellatur. Nam si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis) Ideo de scripto, et sententia nominatur. Res autem tota ita habet: quia lex aut item habet propter seipsum, aut propter alteram quaestionem, aut in scripto, aut in voluntate, in scripto, aut aperum est, aut obscurum, aut ambiguum, quod de legibus dicimus, idem accipendum de testamenis, pactis, stipulationibus, omni denique scripto. Et argumentorum præcepta pauca sunt) Que cui quaestioni accommodentur, in secundo Rhetoricorum expositum est. Traditi sunt, e quibus ea ducantur, duplices loci) Id est, in duo genera diuisi. Vnde ex rebus ipsis) Qui artificiales dicuntur. Alteri assumpti) Id est, extrinsecus ad causam adhibiti: qui artis expertes dicuntur: de quibus in Topicis amplissimè ipse Cicero locutus est. Tractatio igitur rerum) Quae est in orationis compositione. Nisi ordiri orationem) Id est, exordium orationis texere. In quo aut conciliatur auditor) Id est, capiet benevolentiam. Aut erigatur) id est, fiat attentus. Aut paret se ad discendum) Id est, docilem faciat. Rem breuiter exponere) Post exordium sequitur narratio: in qua tria custodienda sunt, ut brevibus rem complectamur. Et probabilitas) Id est, ut credatur quod dicamus: et perinde fidem faciat oratio. Et aperte) Id est, ut dilucidè, quicquid agatur possit intelligi. Sua confirmare) Quod post narrationem sequitur confirmatio. Aduersaria euertere) Ut cum nostra confirmauerimus, aliena refellamus. Non perturbare) Non fidem causae auferamus. Post omnia perorationem) Quam Graci epilogon vocant. Inflammantem) Si accusamus. Restinguenteremve concludere) Si defendamus.

Has parteis quemadmodum tractet singulas, difficile dictu est  
De decore. hoc loco: nec enim semper tractantur uno modo. Quoniam au-

tem non quem doceam quero, sed quem probem, probabo primum cum, qui quid deceat, videbit. Hæc enim sapientia maximè adhibenda eloquenti est, ut sit temporum personarumque moderator. Nam nec semper, nec apud omnes, nec contra omnes, nec pro omnibus, nec omnibus eodem modo dicendum arbitror. Is erit ergo eloquens, qui ad id quocunque decebit, poterit accommodare orationem. Quod cum statuerit, tum ut quidque erit dicendum, ita dicet: nec satura ieiunè, nec grandia minutè, nec item contrà: sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio. Principia verecunda, non elatis intensa verbis, sed acuta sententiis, vel ad offensionem aduersarij, vel ad commendationem sui. Narrationes credibiles, nec historico, sed propè quotidiano sermone explicatae dilucidè. Dein si tenues caussæ, tum etiam argumentandi tenue filum & in docendo, & in refellendo: idque ita tenebitur, ut quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio. Cum verò caussa ea inciderit, in qua vis eloquentiæ possit expromi, tum se latius fundet orator: tum reget & flectet animos, & sic afficiet ut volet, id est, ut caussæ natura, & ratio temporis postulabit.

**S T R E B A E V S.** Constitutis partibus, hoc videndum est, quo genere dicendi singulae tractari sunt ornamenti bus elocutio decens accommodetur, non est facile præcipere de singulis, configundum igitur ad orationis prudentiam. Prudentia, tempora personasque moderatur, id est, decorum obseruat, quod pro tempore personis que mutatur. In tempore locus intelligitur, sicut in personis ipsa res. Non est igitur eadem ratio dicendi in bello, in pace, in rebus prosperis, in aduersis, in foro, in senatu, in concione. Personarum quadruplicata ratio mutat actionem, auditorum, aduersariorum, litigatorum nostrorum, & nostra, qui dicimus: quæ genera paucis ampliabitur, quod illis decentem velit accommodari orationem, cuius rei si quædam primordia & initia natura dedit indœcis, ut sciant aptius variare sermonem, multa facilius id poterit multis in rebus exercitatus orator. Decorum in ipsa re tenetur, si satura & copiosa, copiosa: alta, magnifica: ieiuna, siccæ: minuta tenuiter dicantur. Nam debet esse rebus ipsis par & æqualis oratio. Huc pertinet ille orationum forma, quæ ante distinxit. Partibus est & suum decorum. Principia siue exordia decent verecunda, que per se videntur ornamentis & supellectili oratorum, nec intenduntur & augentur elatis verbis ac magnificis, sed potius locant sententias acutæ quasi animorum extimulatrices, vel ad conciliandum fauorem, vel ad auertendum studium, quod aduersarius velit mereri. ad hæc enim duo ferè comparantur exordia. Narrationes decent credibiles, contraria in parte sunt fabulosæ ac aniles. Nec affectant historicam obscuritatem, sed ferè cottidianum sermonem, ut explicent rem dilucidè. In subtilibus causis decet argumentandi tenue filum, id est, gracilis ac macilenta dictio, tum in docendo, id est nostra confirmingo, tum in aduersaria refellendo. Quod si res ipsa, caussæ que dignitas maior accrescit, par ad orationem, id est, elocationem fiat accessio, hoc est, increascat argumentandi filum, & grandior texatur oratio, quod aptè efficiet is qui rationem componendi adeptus erit. Exempla si quæris istorum, optima suggeret ipsis

Magnas res dicet oratione splendore, exiguae subtili.

Debemus in exercilio aliquid habere, quo statim capiamus auditorem.

Minus gradis noꝝ quo historia viritur.

Quid deceat, quod spectandū in cōcētione, tū qui lo-

ci sunt ornandi

amplificationis

bu.

## M. T. CICERONIS

oratio pro Sexto Roscio, in qua principium verecundum & acutum, narratio per quam dilucida, confirmatio & refutatio nunc tenuis, nunc paulò grandior, pro rerum decoro. Quum verò causa ea inciderit, in qua via eloquentia possit expromi, ut causa publica, latè amplitudinis, magnique momenti, qualis erat Auli Cluentij, tum se latius fundet & extendet orator. Expatiabitur enim in vniuersi generis questione, qua deorsum appellatur. Tum reget & flectet animos incertis affectibus, non quidem ut simpliciter volet (nec enim eloquentiam metimus euentu) sed ut causa natura & personarum dignitas, & ratio temporis postulabit.

**C O M M E N T A R I U S.** Haec partes) Docet pro decoro singulis esse partibus suam accommodandam elocutionem. Principia) Quanquam insignis est varietas in partibus propter cognitionem rerum & personarum, tamen ex eaurum natura & comparatione praecepit breuius, qualis esse debeat in singulis character.

**V I C T O R.** Difficile dictu est hoc loco) Quoniam omnia paucis comprehendenda, & paucis haec tradiri non possunt. Probabo primum cum qui quid deceat videbit) Id est, qui custodiet τὸ ἀπέραν. Nec satura ieiunie, nec grandia minute, nec item contraria) Quod omnium vitium longè pesimum est, à Græcis cacozelia appellatum. Principia) Id est, exordia totius orationis. Nec historico) Vbi historici delectandi lectorem causa veneres dicendi omnes consecuti solent. Tenue filium) Stylus sit, inquit, pressus. Quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio) Ut qualis fuerit sententia, talis sit oratio. Cum ea inciderit) Subaudi sublimis, magnifica. Tum se latius fundet orator) Illo ampio, & grandi dicendi genere utetur: ut tamen omnia que ad causam accedunt, expostulare videbuntur.

Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorē eloquentia. Nam cum omnis pars orationis esse debet laudabilis, sic ut verbū nullum, nisi aut graue, aut elegans excidat: tum sunt maximè luminosæ & quasi actuosæ partes duæ. Quarum alterā in vniuersi generis questione pono, quam

Omnis oratio habet probationem, (vt suprà dixi) Græci appellant θεων: alteram in augendis amplificandisque rebus, quæ ab eisdem αὐτοῖς est nominata. Quæ etiā æquabiliter toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus locis maximè excellit: qui communes appellati, eò quod videtur multarum iidem esse caussarum, sed proprij singularum esse debebunt. Ac verò illa pars orationis, quæ est de genere vniuerso, totas caussas sàpè cōtinet. Quicquid est enim illud in quo quasi certa men est controversia, quod Græcè ηγιέρουλον dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam questionem, atque de vniuerso genere dicatur: nisi cum de vero ambigetur, quod quæri conjectura solet. Dicitur autem non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele constituta) sed

Id est, non exili-  
ter, est enim alia  
ratio disputationis  
di philosophi-  
oratoris.  
aliquāto neruosius: & ita de re cōmuniā dicētur, ut & pro reis mul-  
ta leniter dicantur, & in aduersarios asperē. Augendis verò rebus,  
& contraria abiiciendis, nihil est quod non perficere possit oratio:

quod & inter media argumenta faciendum est, quotiescunq; dabitur vel amplificandi, vel minuendi locus: & penè infinitè in perorando.

*S T R E B A E V S.* Iam docet quòd se fundat orator, quòdque regat & stellat animos. Due sunt partes in dicendo admirabiles, & ceteras altera facit ad copiam, altera ad effectum. Hæ sunt maximè luminosæ, quasi sol & luna inter sidera. Et actusæ, hoc est, cœcitatæ ac mobiles, quasi tragedia partes actusæ. Ceteræ minus eluent, minus agitatur: quāquam debent esse laudabiles, sic ut verbum nullum nisi aut graue ad pondus orationis & victoriæ, aut elegans ad auditorum voluptatem excidat. Dicit aliquis, quo acto laudatur illa humilis Lysia tenuitas, si omnia verba aut grauia aut elegantia esse debent? Ista non pugnat. Nec enim in Lysia quicquam vacat. Est igitur omne verbum in eo aut ad docendum, aut ad mouendum, aut ad delectandum. Quod docet & mouet optimè graue debet haberi: quod delectat, elegans. & quæ est amplificatio, quæ in augendis amplificandisque rebus usurpatur. Ea duplex est: altera minor & breuior, quæ toto corpore orationis æquabiliter sua esse debet, cuiusmodi est hæc: Commoditati ingenium, grauitati etas, libertati tempora sunt impedimento. hic accedit summus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit: & vestra dignitas, & vis aduersariorum, & Sexti Rosci pericula. Altera est maior, amplior ac vehementior: quod genus est. Quousque tandem abutere Catilina patiætia nostra? & quæ sequitur. Hæc in communib; locis maximè excelleret. Communes loci dieuntur, vt definitiuit Fabius secundo, quibus citra personas in ipsa virtute moris est perorare, vt in adulterum, aleatorum, petulantem, quo intellectu communes locos Cicero vult hic accipi. Communes appellantur eò quod videntur multarum iudiciorum esse causarum, ut prædonem multis in causis & variis infestari licet. Sed proprij singularum esse debebunt, id est, ut reliquis partibus accommodari, ut non inepte appositi, sed propriæ inserti esse videantur. Hæc amplificatio in augendis rebus, & contraria abiiciendis minuendisq; plurimum potest. Locus eius frequens in peroratione, ut pro Flacco, nonnunquam in principio, ut in Catilinam s;æpe post argumenta, ut in Verrem. At verò illa pars orationis quæ est de genere uniuerso, hoc est, infinita quæstio, neq; persona certa, neq; tempore comprehensa, totas causas s;æpe continet, ut Opimij, qui consul senatus consulo C. Gracchum interemerat: ut Alancini, qui Numantinus deitus, ius postliminiꝫ petebat, de qua re copiosè diffidit Antonius secundo de Oratore, & arguit magistros & rhetores qui tum Romæ docebant, tanquam hominum genus hebes atque impolitum. Hic autem indicat in definitione & qualitate nibil facere personas: quia neq; rōp̄ov, quæ indicatio vocatur, in qua quasi certamen est controversia, & summa causa traducitur ad perpetuam, hoc est, infinitam quæstionem. Si queritur, stene peculatus, retinere pecuniam populi Romani, nihil minus frumentum, Siculus imperare gratis, nihil faciet persona Verris. Si insidatores occidere licet, & Miloni Clodium insidiæ fecisse planū fiat, nihil addet persona Clodii vel Milonis. Sed in coniectura quum de vero ambiguitate, persona iuuat: quanquam tunc licet argumenta revocare ad genus, & ad naturam uniuersam: quod sumptuosus, de luxuria: quod alieni appetens, de avaritia: quod seditionis est aliquis, de turbulentis & malis ciuib;: quod à multis arguitur, de genere testiū dicetur. Ex his colligitur nullam esse causam, in qua non licet à propria persona rem auocare ad infinitam quæstionem. Quoniam autem philosophi thesin generalēmque quæstionem versant, & frequenter veranque partem agitant, ut Socrates apud Platonem, ut Peripateticorum princeps Aristoteles in scholis solebat, de cuius exercitatione in proœmio Tusculane secundæ mentionem facit: hic admonetur illorum more non esse dicendum. Nudus hinc & inde coniciunt argummentationes: orator aliquanto neruosisus dicet, quando miscebit affectus aut superiores in reos, aut pro reis leuiores.

## M. T. CICERONIS

**C O M M E N T A R I U S.** Tum sunt) Nonius Marcellus hunc locum citat, legteque iactuose, cuius etamen lectio non placet. Quarum alteram) In praesentia agit de ornatu graui oratoris, qui duplex est, alter rerum, alter verborum, rerum ornatus quem nuc tractat, est vel in descendendo ut in thesi, vel in mouendo ut in amplificatione. Alteram in augendis) Duplex est amplificatio, altera minor quae sepe per totas spargitur causas, altera maior quae in locis spectatur communibus. Quanquam autem magna ex parte ad affectum pertinet amplificatio, tamen ea maxime spectatur in dilatando & amplificando, ut etiam ad docendum hoc loco sit referenda potius quam ad afficiendum. Quicquid est enim) Etsi status causa hypothesis est, tamen in finitione & qualitate iudicatio est thesis: in coniectura quia idem status est & iudicatio, est hypothesis.

**V I C T O R.** Qui communes appellati) Quibus vtitur orator antequam concludat, statim cum sua confirmarit, & aliena confutarit. Ed quod videntur multarum idem esse causarum) Subaudi, in eodem genere: inde etiam communes loci sunt appellati, ut contra parricidam, contra sacrilegum, contra furem. Sed proprii) Subaudi, loci qui ad unamquamque pertinent quæstionem de qua agatur, qua hypothesis sunt. Quod Graecē ξειρόμονος Latinè indicatio, quæ in omnibus separata inuenitur constitutionibus, præterquam in conjecturali, in ea enim idem est constitutio ipsa conjecturalis, & ratio, & iudicatio, & firmamentum: deo subiungit, Nisi cum de vero ambigitur) Quod queri conjectura solet. Dicetur autem non Peripateticorum more) Quoniam obscurius, & neruosis loquuntur Peripatetici, quam oratores. Augendis vero rebus) Accusando. Et contraria abiiciendi) Cum defendimus. Et penè infinitè in perorando) Quia cum amplificatione maxime opus in conclusione, si modò mouere affectus non enumeratione vti studebimus.

*De affectibus  
qui sunt dupli-  
cet.*

Duo sunt etiam quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est quod Graeci ιδιοὶ vocant, ad naturam, & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum: alterum quod iidem παθεῖσται nominant, quo perturbantur animi, & concitantur: in quo uno regnat oratio. Illud superius, come, iucundum, ad benevolentiam conciliandam paratum: hoc vehemens, incensum, incitatum, quo caussæ eripiuntur: quod cum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest. Quo genere nos, mediocres, aut multò etiam minus: sed magno semper usi impetu, saepe aduersarios de statu omni deiecimus. Nobis pro familiari reo summus orator non respondit Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus, obmutuit. Nobis priuata in caussa magna & graui cum coepisset Curio pater responderet, subito assedit, cum sibi venenis creptam memoriam diceret. Quid ego de miserationibus loquar? quibus eò sum usus pluribus, quod etiam si plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant: in quo ut viderer excellere, non ingenio, sed dolore assequabar. Quæ qualiacunque in me sunt: me enim ipsum non pœnitit quanta sint: sed apparent in orationibus, etsi carent li-

*Ac si diceret,  
neq; me pœnitet  
studiorū meorū.*

bri spiritu illo, propter quem maiora eadem illa cum aguntur, quam cum leguntur, videri solent.

**S T R E B A E V S.** Quantum valeant affectus, ostendit Quintilianus his verbis, Probationes efficiunt sicut, ut causam nostram meliorem esse iudices putent: affectus praestant ut etiam velint. Sed id quia volunt, credunt quoque. Nam cum irasci, fauere, odisse, misereri coepissent, agi iam rem suam existimant. Et sicut amantes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premere amor: ita omnem inquirende veritatem index emitit occupatus affectibus: estu fertur, & velut rapido flumini obsequitur. Huc igitur incumbat orator. hoc opus eius, hic labor est, sine quo cetera nuda, ieiuna, infirma, ingrata sunt. adeo velut spiritus operis huius atque animus est in affectibus. Idem in eodem loco refert hanc affectuum partitionem: *Affectuum, inquit, sicut antiquitus traditum accepimus, duæ sunt species: alteram Græci τύπος vocant, quā nos rectè vertentes ac propriè affectum dicimus, alteram ἄρετος: cuius nomine, ut ego quidem sentio, caret sermo Romanus. mores appellantur, asque inde pars quoque illa philosophia ἄρετον, moralis est dicta. sed ipsam rei naturam spectanti mihi, non tam mores significari videntur, quam morum quedam proprietas. Nam ipsi quidem omnes habitus mentis continetur. Cautiores voluntatem complessi, quād nomina interpretari maluerunt. Affectus igitur hos concitatos τύπος, illos mites atque compositos ἄρετος esse dixerunt perlegito: quae sequuntur. Ex his dicta Ciceronis aperte cognoscet. Duo sunt affectum genera, quae bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiā faciant: quorum alterus quod Græci ἄρετον vocant, id est, morale, ad naturam & ad mores, & ad omnem vice & consuetudinem accommodatur. Illud est quod bonitate commendatur, non solum mite ac placidum, sed plerunque blandum & humanum, & audiētibus amabile atque iucundum, quo mores dicentis ex oratione perlurent, & quodammodo agnoscuntur, quod est sine dubio inter coniunctas maximè personas quies perferimus, ignoscimus, satisfacimus, mouemus, procul ab ira, procul ab odio, quo denique cuique singuntur apti mores. Paucis complectar, sic dicit orator, ut mores suos, eorumque quibus bene esse cupit, amabiles ostendat, cui virtuti contraria est impudentia, arrogantia, insolentia, feritas, agressus, male dicendi cupiditas, similitas, iracundia, inuidia, odium, ostentatio. Sicut hec virtus inter di- cendum sentiuntur, & ex oratione dicentis quodammodo colliguntur: ita contrarie virtutes in eo qui decenter & aptè dicit. Cicero secundo de Oratore: Conciliantur animi dignitate hominis, rebus gestis, existimatione vita, sed hec adiuuat in oratore, lenitas vocis, vultus pudoris significatio, verborum comitas. Si quis persequare acrius, ut invitus & coactus facere videare: facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetitis, non audi, signa proferri perutile est: eaque omnia, quae proborū, demissorū, non acriū, non pertinaciū, non litigiosorū, non acerbiorū sunt, valde benevolentiam conciliant. Alterum genus est τύπον, id est, paessum, quo perturbantur animi & concitatur, & in quo uno regnat oratio, que τύπον, id est, regina, ab Euripide nominatur, ab Ennio flexamina, à Cicerone omnium regina rerum generis huius species enumerat in rhetoris, & secundo libro de Oratore. Genus hoc amplificationibus inserendum, quia vehemens ut processa, incensum ut fulmen, incitatum ut torrens, quo causa eripiuntur è manibus obstantiis: quod quum rapidè fertur, ut in amplificationibus solet, sustineri nullo pacto potest. Exempla sunt in Verrem permulta, in Antonium non pauca, quibus odium, iracundia, inuidia, timor, molestia, & id genus affectus instruuntur. In quo genere Cicero mediocris, aut multo etiam minus quam mediocris, ut hic ipse de se modestè loquitur, re vera summus inter oratores Latinos, quod de claris oratoribus fatetur, magno semper usus est impetu, hoc est, affectum cōcitatione, amplificationum ardore, clamore, & contentione ducēdi. Sæpe aduersarios, tum reos, tum auctores, de statu omni, id est, de p̄ficio & defensionis loco deicent. Nam cum Verrem in ius vocasset, Verres ad Hortensium eloquen-*

## M. T. CICERONIS

tissimum familiarem suum confugisset, quod accusator non oratione perpetua, sed suorum testium interrogacione, breuique rerum summa novo more contentus esset, nihil egit Hortensius, qui tam respondere cupiebat, homo Verri familiaris: et posse debebat, summus orator, in quo videtur opinione deceptus, non affectuum vi et impetu dictus, nisi quod mouerat animos atrox, et crebra maleficiorum reprehensione, testiumque frequentia et authoritas, adeo ut Verres ultro exili⁹ causa solum verterit. Quod autem Catilina accusatus in senatu non obmutuerit, ostendit haec verba Sallustij: Postrem⁹ dissimulandi causa, aut sui expurgandi, sicuti iurgo lacesitus foret, venit in senatum. Tum M. Tullius consul sine presentiam eius timens, siue ira commotus, orationem habuit luculentam atque utilem Republicae, quam postea scriptam edidit. Sed ubi ille assedit, Catilina ut erat paratus ad simulanda omnia, demissu⁹ vultu, voce supplici, postulare a Patribus capitur, ne quid de se temere crederent ea familia ortum, ita ab adolescenti⁹ dicebat vitam instituisse, ut omnia bona in se haberent, neque existimarent se patricio homini, cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebem Romanam erant, perdita Republica opus esset, quem eam seruaret M. Tullius inquilinus ciuis urbis Romæ. Ad haec maledicta, alia quum adderet, obstrepare omnes, hostem atque parricidam vocare. Tum ille furibundus, Quoniamquidem circumuentus, inquit, ab inimicis precepit agor, incendium meum ruinam resinguam, deinde se ex curia domum proripuit. Ex his constat Ciceronem ad gloriam suam locutum esse. De Curione patre scripsit haec in Bruto: Curio memoria ita fuit nulla, ut aliquoties tria quum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quereret: qui in iudicio priuato vel maximo, quum ego pro Ticinia Cottæ perorasssem, ille contra me pro Servio Nævio diceret, subiōd totam caussam oblitus est, idque veneficiis et cationibus Ticiniae factum esse dicebat. Ex his colligere facile est, treis illas victorias non modo affectuum impetu, sed aliis quoque rebus obtigisse. Affectus ali⁹ sumuntur ad indignationem, ali⁹ ad misericordiam. His sunt quiibus miseratio mouetur cum in aliis locis, tum in peroratione. Quibus valuisse Ciceronem argumento est oratorum iudicium, qui quum de more plures unam eandemque caussam dicentes, et partibus inter se distributis, quod quisque optime faceret, hoc ei relinquerent, Ciceroni perorationem relinquabant. Nam quod ait in Bruto, Nemo erat qui ad iracundiam magnopere iudicem, nemo qui ad fletum posset adducere: nemo qui animum eius (quod unum est oratoris maximè proprium) quocunq; res postularet impelleret. Hanc Cicero didicerat artem, quum daret operam tum rhetoribus, tum philosophis Atticis, Ascaniis, Rhodiis: et in eam rem iuuabat hominem gracilitas illa corporis, oblongum collum, vox subaspera, ac etiam in sermone vehemens. Accedebat hoc sensu hominis et dolor, qui non satis dolore et imitatione simulato mouebatur, sed usque ipso sensibus ad quos adducere iudices vellet, maximè concitatabantur. Neque enim, ut ait Antonius secundo libro de Oratore, fieri potest, ut doleat is qui audit, ut oderit, ut inuidet, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque deducatur, nisi omnes i⁹ motus quos orator adhibere solet iudicii, in ipso oratore impreſſe atque inspiſti videbuntur. De genere pathetico si queruntur exempla, in quibus sentiatur affectus ille quo Cicero tantum potuit, apparent in eius orationibus minimè penitenda, cum multis in locis tum in perorationibus pro Sexto Roscio, pro Milone, pro Rabirio Posthumo: que si non modo leguntur, sed etiam actioſe pronunciantur, adiuuante spiritu, viuaque voce, multò magis apparent.

COMMENTARIVS. Duo sunt Superiora duo ornamenta ad docendum referuntur, haec ad affectum. Est autem duplex affectus, minor et granior: minor conciliat, granior perturbat. Quo genere? Cum à perpetuitate orationis ad alterationem Verris reuocasset Cicero, ita hac nouitate fuit percusus Hortensius, ut respondere Ciceroni non potuerit. Est autem existimandum in altercatione Ciceronem usum esse maximo affectu. Curio pater? Tres in familia Curionum, ut ait Plinius, continua serie fuerunt Curiones, idemque oratores. Curio pater orator nulla

propemodum memoria fuit, ut testatur Cicero in Bruto. In causa Ticinie Ciceroni non respondit, cum diceret beneficia Ticinie erexit sibi memoriam. Quibus ed) Notat Asconius Pædianus olim fuisse consuetudinem, ut unius causa plures essent patroni.

VICTOR. Quod Graci ethicon vocant) Id est, morale, quod vix Cicero dicere audet: ita in principio disputationis de Fato, Morata siquidem sententia multum capi humanum genus conseruit. Alterum, quod idem patheticus) Quod Neoterici tum passibile, tum passuum recent. Quo perturbantur animi) In affectus votati ad odium, ad misericordiam, ad inuidiam, ad iram, &c id genus alia. Illud superius) Subaudi, morale. Come, iucundum) Eſſe expedit.

Quo causa eripiuntur) Quoniam audiendo tam vehementer afficuntur, ut contra dicere, ac sentire possit nemo. Familiari reo) Subaudi, Vcri. Summus orator non respondit Hortensius) Ipsum nanque defendebat. Catilina in senatu accusans, obmutuit) Vt ex ipsis inueniūs apparet. Nobis priuata in causa magna, & graui, cum ceperisset Curio pater) Quia fuit & filius, qui Cesaris partes fecutus est. Subito assedit, cum sibi venenis erexit memoriam diceret) Vt ipse Cicero in Bruto meminit, nam cum de ipso ceperisset loqui, paulo post subiungit, Memoria autem ita fuit nulla, ut aliquoties, tria cum proposuerit, aut quartum adderet, aut tertium quereret: qui in iudicio priuato, vel maximo, cum ego pro Ticinia Cotta perorauissim, ille contra me pro Servio Nesiō diceret, subito totam causam oblitus est: idque beneficiis, & cautionibus Ticiniae factum esse dicebat.

Nec verò miseratione solùm mens iudicum permouenda est, Serg. Galba qui  
3000. Lusitanos  
rū occiderat con-  
tra fœdū, hoc mo-  
do euasit iudi-  
cū populi, & li-  
beros infantes  
exhibuerat. qua nos ita dolenter vti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus: ut alia in caussa excitato reo nobili, sublatto etiam filio paruo, plangore & lamentatione compleremus formum: sed etiam est faciendum, ut irascatur iudex, mitigetur: inuidet, faueat: contemnat, admiretur: oderit, diligat: cupiat, satietate affectuatur: speret, metuat: lætetur, doleat. qua in varietate, duriorum, accusatio suppeditabit exempla: mitigorum, defensiones meæ. Nullo enim modo animus audientis aut incitari aut leniri potest, qui modus à me non tentatus sit. dicerem perfectum, si ita iudicarem, nec in veritate crimen arrogantiæ extimescerem. Sed (vt suprà dixi) nulla me ingenij, sed magna vis animi inflamat, ut me ipse non teneam: nec unquam is qui audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum perueniret oratio. Vterer exemplis domesticis, nisi ea legisses. Vterer alienis, vel Latinis, si villa reperiorem: vel Græcis, si diceret: sed Crassi per pauca sunt, nec ea iudiciorum: nihil Antonij, nihil Cottæ, nihil Sulpitij: dicebat melius, quam scripsit, Hortensius. Verum hæc vis quam querimus, quanta sit suspicemur, quoniam exemplum non habemus: aut si exempla sequimur, à Demosthene sumamus: & quidem perpetuæ dictiōnis ex eo loco unde in Ctesiphontis iudicio de suis factis, consiliis, meritis in Rēpublī-

## M. T. C I C E R O N I S

cam, aggressus est dicere. Ea profectò oratio in eam formam quæ est insita in mentibus nostris, includi sic potest, vt maior eloquen-  
tia non requiratur.

S T R E B A E V S . Indignatio miseratioq; quasi duo genera multas habent species. Indi-  
gnationis est ira, inuidia, contemptus, odio, cupiditas, satietas, metus. Miserationis, iræ mitigationis, fa-  
uor, amor, latitia, dolor. Misericordia non solum verbis, sed etiam rebus mouetur. Itaque more Roma-  
no Cicero puerū infantem, hoc est, parvulum in manib; tenuit, cum pro P. Sylla dolēter perorauit.  
Hic vos orat indices parvus, vt se aliquando, si non integra fortuna, at afflictia, patri suo gratulari  
sinatis. huic misero notiora sunt iudiciorum itinera & fori, q; disciplinarū. Et alia in causa à sub-  
sellis excitato nobili reo, vt opinor, L. Flacco gentis illius Valeriae viro, sublato etiā filio parvo, ita  
vt ab omnibus cōspici posset, plangore, id est, cōcūstione pectoris, & lamentatione forum compleuit.  
Huic misero puerō vestro, ac liberorū vestrorum supplici, Iudices, hoc iudicio viuēdi precepta da-  
bitis, & quæ sequuntur. Quæ admodū rebus ipsis mouetur animus, sic & persepe verbis afficitur.  
Augenda flagitia, vt irascatur index: nonnunq; minuēda, aut virtute compensanda, vt mitigetur.  
Excellenda aduersarij fortuna, potentia, insolentia, vt inuidiat. Ponenda sub oculis miseria &  
calamitas, vt faueat. Est enim, authore Fabio, naturalis fauor pro laborantibus. Humiles abiecti;  
si dicentur aduersarij, contemnentur. Quintil. Poetæ sequitur inuidia, & humiles abiectosq; con-  
temptus, & turpes ac nocētes odium. Admirabitur index insignem hominis aut virtutem, aut ne-  
quitiam: oderit inutiles pernicioſosq; diliget veiles sibi, & bonos viros: incunda cupiet: satiabitur  
nimis rebus & iucundū: bona futura sperabit: mala ventura metuet: lētabitur opinione boni pra-  
sentis: præsentia malorum dolebit. Prudens igitur orator hoc considerabit, quid postulet causa, &  
qd iudicium mentes oratione fletet. Istorū vim naturām q; cognoscet in questionibus Tusculanis:  
materiam & tractationem de Oratore lib. 2. exempla in orationibus. Nam duriorum, hoc est affe-  
ctuum grauiorum, accusatio Verris supeditabit exempla. Mitiorum, defensiones eiusdem, vt pro  
Cluentio, pro Ligario. In actionibus peccata Verris amplificat, inculcat, infigit, vt admirentur iu-  
duces, vt irascantur, vt oderint. Intolerandam potentiam prædicat in socios, in ciues Romanos, in iu-  
dices corrumpendos, vt inuidant. Adulteria viri & Chelidonem opponit, vt illius præturae fedi-  
tatem contemnant. Proponit amittendorum iudiciorum metum, si reum absoluant: spem retinendo-  
rum, si exilio multent. Pro Sexto Roscio mitigat omnem iram atrocitate sceleris excitatam. Que ma-  
la patiatur Roscius, ostendit ad conciliandum fauorem. Aufert à iudicibus de Sylla metum, spem  
Reipub. confirmat. Chrysogonum quanuis potentissimum, tamen vt viliissimum seruum cōtemnit.  
admiratur illud parricidiū crimen, dolorem mouet à misero statu rerum præsentium. Exempla suis  
verbis non explicamus, propterea quod sic infusa sunt vniuerso orationum corpori, vt in compedium  
reuoari non possint. deinde quod non erat opus id anxiè colligere, quod omnibus obuium Cicero re-  
liquisset. Has affectuum species tentasse se modò, non etiam perfecisse dicit, tentasse, quia magna vis  
& impetus animi inflammabat, vt se ipse non teneret. nō perfecisse, quod ingenij vis desuerit. Quod  
quum ipse de se fatetur, haud dubie crimen arrogantiæ extimescit. Nam etsi in veritate nulla arro-  
gantia & insolentia est, tamen arrogantiæ suspicio vitanda est. Cum omnis arrogantiæ odioſa est,  
cum illa ingenij atque eloquentiae multo molestissima sententia Ciceronis est in Diuinatione, quam  
sic transfert Fabius: Omnis sui vitiosā iactatio est, eloquentia tamen in oratore præcipue, afferitque  
audientibus non fastidium modò, sed plerunque etiam odium. Itaque modestè sua commēdat exem-  
pla. Non vitetur exemplis domesticis, id est, suis, quoniam Brutus ea legit. Vitetur alienis vel Latini-  
nis si villa reperiret: sed nemo erat, vt est in Bruto, qui ad iracundiam magnopere iudicem, qui ad ste-  
sum posset adducere. Vitetur exemplis Græcis, si deceret, hoc est, si ratio Latina decorūmque pate-

rever sed, quod alibi scribit, non plus in oratione Latina solet vici Gracis, quam Graeci Latinis. Veteres illi Romani, ut Gracchi, rationes affectuum parum tenebant. Oratores maximi fuerunt tempore Ciceronis L. Crassus, M. Antonius, Cotta, Sulpitius, quos omnes libro de Oratore differentes facit, quibus addatur Hortensius. L. Crassi per pauca sunt exempla monumento literarum mandata, quia nullam iudicalem scripsit orationem. Suasorias aliquot reliquit, ut quas olim tanquam locis contraria ageret nepos ille Brutus. Nihil praeter unum de arte rhetorica libellum scripsit Antonius, qui quantum mouendis animu posset, ostendit in Aquili defensione: sed nec ille magnopere uidet ad iracundiam fletumque ducebat. Nihil Cotta tenuis orator, nihil Sulpitius grauis & ardens posteritati reliquit. Dicebat melius quam scripsit Hortensius, id affectum eleganti pronuntiatione. Testis est Cicero tertio de Oratore. Quintilianus undecimo libro de pronunciatione, Apparet, inquit, placuisse aliquid eo dicente, quod legentes non inuenimus. Vis affectum quanta sit, aut suspicari, id est, conjectura affectui possimus, aut exemplis optimi cuiusque cognoscere. Si exempla sequimur antiquorum, a Demosthene sumamus, non illa brevia, quae minus habent artis, ut, O incredibile scelus, dum te perdant, miserum mesed illa perpetua dictio, id est, orationis continua, in quibus sicut in ridiculis facetiisque perpetua ars oratoria dominatur. Arduum magis est Demosthenum pro Ctesiphonte sua facta, consilia, merita in Rempublicam non modo narrare ut intelligat auditor, sed etiam rem totam multis affectibus immiscere, ut etiam moueat quod velit: quam si impetum faciente natura in unum aliquem effectum repente proposuisset: quemadmodum multo difficultius est lepidas totas aptare narrationes, quam breue ridiculum dictumque prolixere. De iudicio Ctesiphontis antea mentionem fecimus. Cicero sic illam commendat orationem, ut includi posse arbitretur in eam formam, quae est insita in mentibus nostris, hoc est, referre idem & imaginem eloquentiae perfectae, cuius speciem quandam inservit natura mentibus nostris: non quod ea sit eloquentia numeris omnibus absoluta, ut eterna Platonis idea, sed quod in ea parte ab homine maior eloquentia non inquiratur. Dictum est enim eloquentiam perfectam in uno aliquo reperiri non posse.

**C O M M E N T A R I U S.** Nec verò significat causas Sylla & Flacci, quas cum aget, produxit puerulos pueros ad commiserationem excitandam.

**VICTOR.** Faciendum, ut iuratur index) Subaudi, aduersario: & denique ut causa tulitur, omnes mouendi sunt affectus. Duriorum) Vbi duræ res occurserunt accusanda. Mitiorum) Vbi defendimus. Nec in veritate crimen arrog. &c.) Quoniam quid suissimum affectus, si memorem, non putauero arrogantis esse. Vt me ipse non teneam) Vt affectum cohibere non possem.

Sed iam forma ipsa restat, & character ille qui dicitur: qui qualis esse debeat, ex ipsis quæ suprà dicta sunt, intelligi potest. Nam & singulorum verborum, & collocatorum lumina attigimus: quibus sic abundabit, ut verbum ex ore nullum nisi aut elegans aut graue exeat: ex omnique genere frequentissimæ translationes erunt, quod ea propter similitudinem transferunt animos, & referrunt, ac mouent huc & illuc: qui motus cogitationis celeriter agitatus, per se ipse delectat. Et reliqua ex collocatione verborū quæ Id est, reliqui sumuntur quasi lumina, magnum afferunt ornatum orationi. sunt tropi. enim similia illis quæ in amplio ornatu scenæ aut fori appellantur

R. ij

## M. T. C I C E R O N I S

*Intelligit repetit insignia, non quod sola ornent, sed quod excellant. Eadem rationem, ut O. Co  
rydon Corydo.* est eorum quae sunt orationis lumina, & quodammodo insignia, cum aut duplicantur iteranturque verba, aut breuiter commutata ponuntur: aut ab eodem verbo ducitur sibi oratio, aut in idem coniicitur, aut in utrumque: aut adiungitur idem iteratum, aut idem ad extremum refertur: aut continentur unum verbum non in eadem sententia ponitur: aut cum similiter vel cadunt verba, vel desinunt: aut multis modis contrariis relata contraria: aut cum gradatim sursum versus redit: aut cum demptis coniunctionibus dissolutè plura dicuntur: aut cum aliquid prætereuntes, cur id faciamus, ostendimus: aut cum corrigimus nosmetipsos quasi reprehendentes: aut si est aliqua exclamatio vel admirationis, vel conquectionis: aut cum eiusdem nominis casus sibi commutantur.

*S T R E B A E V S.* Artes quibus instruatur orator, & genera causarum, & locos communes attigit. Forma restat, à Gracis χαρακτήρ, hoc est, species & figura dicendi nominatur. Vis eius est aptare verba rebus, & figuram tam rerum, tam verborum, deinde compositionem, & numeros. Qualis esse debet, ex ipsis quae supra dicta sunt intelligi potest. Nam cuiusque generis nota & formula delineata est, distinctaque suppellectilem oratorum positam esse in ornamento, ex quibus alia rerum sunt, alia verborum. Singula verba, aut propria, aut aliena. In alienis esse aut translata, aut facta aliunde ut mutata, aut facta ab ipso oratore, aut nova, aut præfata, aut inusitata. Collocata habere ornatum si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat manente sententia. Sententiarum ornamentaque permanent etiam, ut verba mutaueris, esse quidem permulta, sed quae emineant, pauciora. His omnibus veluti luminibus sic abundabit orator, ut verbum ex ore nullum, nisi aut elegans aut gracie exeat. In elegantia gratia est, in gracie pondus & virtus. Visus enim figurarum talis est, ut emur Quintilianis verbis) vim rebus adiiciunt, & gratiam praestant. Ex omnique genere figurarum, quarum magna sylva est, frequentissime translationes erunt, quae metaporphae dicuntur, quippe quae gratiam praestant & voluptem. Propterea quod transferunt animos à presenti ad illud unde propter similitudinem adsciscuntur, referunt ab uno ad aliud simile, ac mouent hic & illuc: qui motus animi diversa cogitantis celeriter agitatus, per se ipse delectat. Hac causa naturalis ostendit quantis sit in tropis & simplicibus verbis aptè deducta translatio. Reliqua præter metaphorā & tropos non è simplicibus verbis, sed ex collocazione verborum sumuntur, ea quasi lumina quibus illustratur oratio. Hac quoque magnum afferunt ornatum orationis. Sunt enim similia illis, quae in amplio ornato scene, in qua fabulae ludis publicis aguntur, aut fori in quo gladiatores & spectacula exhibentur, appellantur insignia, hoc est, excellentia ornamenti, que magistratus, ut ediles, ut prætores, vndeque ad ludorum magnificentiam comparabant. Quod in foro gladiatores pugnauerint, Suetonius ostendit in Julio Cæsare: Munere, inquit, in foro depugnauit Furius Leptinus stirpe prætoria, & A. Calpenus senator quondam, actörque causarum. De ludis alii idem in Augusto. Fecit ludos non minquam vicatim, ac pluribus scenis per omnium linguarum histriones, non in foro modo, nec in amphitheatro, sed in Circo & in scænis. In signibus ludorum similia sunt orationis lumina, id est, quae rerum & verborum figure vocantur, de quibus Quintilianus in nono: Cicero quidem omnis orationis lumina in hunc locum congerit: medium quādam, ut arbitror, secundum

euſ viam, ut nec omnis ſermoni iudicaretur, nec ea ſola qua haberent aliquam remotam ab uſu com-  
muni fictionem, ſed que eſſent clarissima, et ad mouendum auditorem valerent plurimum: quem  
duobus ab eo libris traſtatum locum ad literam ſubieci, ne fraudarem legentes iudicio maxi-  
mi au-  
toris, haec ille. In tertio de Oratore paulo plures enumerat. Geminatio verborum ſive con-  
duplicatio ἐπανάληψις dicitur, ab aliis ἀνάδηλωσι, ab aliis παλίνορθια. Occidi, occidi. Ab Corydo  
Corydon. Viuis, et viuis non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam. Paulum com-  
mutata verba, πατέρω μαστίχα. Non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus in urbem. Sum vobis oneri, non ho-  
nori. Eiusdem verbi crebra à primo repetitio, ἐπανόλη et ἐπαναφορά dicitur. Nihilne te no-  
cturnum praedium palati? nihil urbis vigilia? nihil timor populi? nihil consensus bonorum om-  
nium? nihil hic munificimus habendi ſenatus locus? nihil horum ora vultusque mouerunt? Eius-  
dem verbi crebra in extremū conuertio, ἐπιστροφή et ἐπιφορά. Frumenti maximus numerus ē Gal-  
lia, peditatus amplissimi copia ē Gallia, equites numero plurimi ē Gallia. In eadem verba con-  
cursio, καρότης, ab aliis συντλοκή. Quis eos poſtulauit? Appius. Quis eos perduxit? Appius.  
Adiunctio eiusdem iterati, Multa super Priam rogians, ſuper Hectorē multa. Differt à figu-  
ra priore, quia haec in eadem ſententia eſt, illa in diuerſis. Alter caput adiunctionem, qui ſcripsit ad  
Herenſium. Sed de figuris et nominibus earum multa diuifio eſt. Ad extreum relatio ſi-  
ue regreſſio dici potest ἐπερόδος. Pierides vos hec faciet maxima Gallo, Gallo, cuius amor tātum  
mihi crescit in horas. Quantum vere non viridis ſe ſubiicit alnus. Eſt et ἐπερόδος, Diuellimur in-  
de Iphitus et Pelias mecum, quorū Iphitus aeo Iam grauior, Pelias et vulnere tardus Vlyſi.

Similiter cadens, δραγματων. Similiter deſinens, δραγματων. Illud in caſib⁹ nominum, et  
verborum temporibus, etiam ſi non cadunt in finem orationis: hoc in extreum verbis eſt. Ut triuſque  
ſit hoc exemplum, In rebus aduersis cui conſilium preſto eſt, huic auxilium deſeffe non potest. Simi-  
liter cadunt conſilium et auxilium, ſimiliter deſinunt eſt et potest. Contraria ſunt contraria,  
et uirtus, et viciuſ. Eorum ſpecies noſem Fabius enumerat facilius quinque. Alia ſunt op-  
poſita, que uſitatis contraria nominantur, alia priuantia, alia que relativa dicuntur, alia co-  
tradicentia, alia repugnantia. Si conſervator Reipublicæ Brutus, hostis Antonius. Odit populus Ro-  
manus priuatam luxuriam, publicam magnificientiam diligit. Gradatio, κλιμαξ. Neque vero  
ſe populo ſolū n, ſed etiam ſenatu commiſſit: nec ſenatu modō, ſed etiam publicis praefidis et ar-  
mis: neque iū tantum, ſed etiam eius potestatis cui ſenatus totam Rēpublicam commiſſit. Solu-  
tum, θεωρία. Abiit, exceſſit, erupit, euafit. Contrarium πολυτονωδετον. Illud in celeritate, hoc  
in tarditate melius eſt. Et tu te collige: et qui ſis, et quid facere poſis, confidera. Prereditum  
aut omiſſum, επειδή ſi quadam, non illa ſententiarum πολύληψις. Nouimus et quicte. Verum  
proferre me pudeat. Correcțio, ἐπανίγεωσις. Hoc conſilio atque adeò hac amentia impulſi, quem  
ipſi quum cuperent, non potuerunt occidere, cum iugulandum vobis tradiderunt. Exclamatio  
admirationis, Oſcelus incredibile, et ante hoc tempus in auditum. Exclamatio conqueſtionis,  
O mea calamitosam ac precipitem ſenectutem. O turpem exacta dementique etate caniciem. De  
haec figura Quintilianus in nono, Sola, inquit, in eo libro (de hoc ipſo loquitur) ponitur inter figuras  
verborum exclamatio: quam ſententiae potius puto. Ego quoq; idem puto. Nam ſententiarum orna-  
menta ſi permanent, etiam ſi verba mutaueris, talis eſt exclamatio. Forte Cicero ſpectauit in exclamacione tantum mutari pronunciationem, que ab ipſo verbis et elocutioni ſubiicitur. Caſuum  
commutatio, πολύτητον, et quibusdam traductio nominata. Senatus eſt ſummi imperij conſilium:  
ſenſtui Reipublicæ cura mandatur: ad ſenatum in dubiis periculofiffque rebus omnis ciuitas reſpi-  
cit. Lucretius, Quem tu dea tempore in omni Omnibus ornatum voluisti excellere rebus.

CO M M E N T A R I U S. Sediam) Reuertitur ad charakterem ſummi oratoris, et re-  
liqua addit ornamenta verborum collocatorum. Nam omnia ornamenta verborum collocatorū eſt

# M. T. CICERONIS

persequitur. Sunt enim) *Aediles* & *Pratores* cūm erant exhibituri ludos populo, si quid in prouincia erat p̄eadarum, illud Romam conferebant ad ornatum scena. Hęc sunt quæ Cicero vocat insignia. Aut adiungitur idem). Adiunctio est, cūm idem verbum quod in fine est positum mox iteratur. Aut idem ad) Progreſſio à Cicero notatur, quæ est cūm idem in principio est & in fine: vt, *Multi pro liberū fufcipiendi sunt dolores multi.* Aut cūm eiusdem) De figura loquitur aliter *Fabius*, aliter Cicero Figuram vocat *Fabius* sermonē aliquid ex consuetudine mutantem: Cicero vocat maiora orationis ornamenta. Videte *Fabium* libro octauo vbi hic locus citatur.

**VICTOR.** Orationis lumina) Schemata & tropos dicit. Cūm aut duplicantur) Figure duplicatione multis modis sunt, vnde illud Quintiliani, Verba germinantur, vel amplificandi gratia: vt, *Occidi, occidi non Spurium Melum.* Alterum est enim quod indicat, alterum quod affirmat. Vel miserandi: vt, Ab Corydon, *Corydon.* & Bona miserum me (consumptus enim lachrymis, tamen infixus animo hæret dolor) bona, inquam, *Cn. Pompej* acerbissime voci subiecta praconis. Vixi, & viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Et ab iisdem verbis plura acriter, & instanter incipiunt, Nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil vrbis vigilie, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultisque mouerunt? Et, Quis eus postulauit? Appius, quis produxit? Appius. Aut breuiter commutata ponuntur: vt, *Abiit, exceſſit, euafit, erupit.* Aut ab eodem verbo, ut ostendimus. Aut in idem coniicitur) Id est, ad idem verbum deuoluitur, ut ultimo patuit exemplo. Aut in vīrunque) Cūm & incipimus & desinimus. Aut adiungitur idem iterum) Multæ etiam sunt varia q; repetitiones: nam primorum verborum alterna repetitio: vt, *Vigilas tu de nōte, vt tuis consultoribus respondeas: ille, vt eō quod intendit maturè cum exercitibus perueniat.* Te Gallorum, illum buccinarum catus exuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne consultores, ille ne vrbes, aut castra capiantur. Possunt media quoq; respondere, vel primis: vt, *Te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus vnda.* Vel ultimis: vt, *Hęc nanis onusta præda Siciensi: cūm & ipsa quoque esset ex præda.* Respondent & primis ultima: Multi & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi. Est & illud repetendi genus, quod semel proposita iterat, & diuidit: vt, *Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus euo lam grauior, Pelias, & vulnera tardus Vlyssi, cpanodos Græcē dicitur, nostri regreſionem vocant: vt,* Fortè sub argute confederat ilice *Daphnis:* Cōpulerantq; greges *Corydon*, & *Thyrsis* in vnum: *Thyrsis* oues, *Corydon* distentas lacte capellas. Et generibus fit iteratio, *Magnus* est labor dicendi, magna est res. Aut cūm similiter vel cadit verba) In similes desinunt casus: quæ figura Homœoptotos nominatur: vt, *Inuestigata, comperta, patefacta, sublata, deleta, extincta.* Vel desinunt) Vt, *Abiit, exceſſit, euafit, erupit.* Aut multis modis contrariis relata contraria) Antitheton dicitur, Latine ab aliis contrapositū, ab aliis contentio. Non fit uno modo: nam & fit si singula singulis opponuntur: vt, *Vicit pudorem libido, timorem audacia, & bina binis.* Non nostri ingenii est, vestri auxiliū est, & sententiæ sententiis. Dominetur in cōcionibus, jaceat in iudiciis. Subiungitur cōmodisimè ea species, quam disunctionē dicimus, Odit porrò priuatā luxuriam: publicam magnificētā diligit, & sunt simili casu, disimilis sententiā in ultimo locati: vt, quod in tempore male fuit, nihil obſit, quin quod in causa bona fuit, proficit. Aut cūm gradatim sursum versus redditur) Hęc Climax à Græcis nominatur: hęc priorē habet partem, & magis affectatam: ideoq; rarer esse debet: vt, *Africano virtutē industria, virtus gloriæ gloria emulos cōparauit.* Et quale illud, Non ergo magis pecuniarū repetundarum, q; maiestatis: nec maiestatis magis, q; Plancia legis: nec Plancia legis magis, q; ambitus: neq; magis ambitus, q; omnium legum iudicia perierunt. Aut cūm dampnis coniunctionibus) Quæ figura Asyndeton dicitur: vt, *Inuestigata, comperta, patefacta, sublata, deleta, extincta.* Aut cūm aliquid præterentes,

*cur id faciamus, ostendimus) Vt ipse. Quid verò nuper cum morte superioris vxoris nouis nuptiis domum vacuam fecisses, nonne etiam alio scelere incredibili hoc scelus cumulasti? Quod ego prætermitto, & facile patior sileri, ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut extitisse, aut non vindicata esse videatur. Aut cùm corrigimus nosmeipso, quasi reprehendentes) Vt ipse, Vnde sedent, ex accusatorum sub sellis surgant, non disimulant, non verentur de sub sellis querori vna ex domo prodeunt. Aut si est aliqua exclamatio vel admirationis, vel questionis) Quorum exempla frequentiora sunt, ac manifestiora, quām ut necesse sit aliquid proferre. Similiter cùm idem non men per casus variatur.*

*MELANCHTH. Sed iam ipsa forma) Supradixit, qui loci recipienta ornamenta ex rebus sumpta: videlicet thesis, auxesis, & affectus. Nunc enumerat ornamenta verborum, nempe tropos & schemata.*

Sed sententiarum ornamenta maiora sunt: quibus quia frequen- *Schemata.*  
tissimè Demosthenes vtitur, sunt qui putent idcirco eius eloquen-  
tiā maximè esse laudabile. Et verò nullus ferè ab eo locus sine qua- *Ideft, sine fin-*  
dam conformatiōne sententiæ educitur: nec aliud quicq; est dicere, *gum.*  
nisi omnes aut certè plerasque aliqua specie illuminare sententias:  
quas quum tu optime Brute teneas, quid attinet nominibus vti, aut  
exemplis? tantūmodo notetur locus. Sic igitur dicet ille quem ex-  
petimus, vt verset s̄epe multis modis eandem & vna rem, & hæreat  
in eadem cōmoreturq; sententia: s̄epe etiam vt extenuet aliquid: s̄e-  
pe ut irrideat, vt declinet à proposito, deflectatq; sententiā: vt pro- *Repetitio.*  
ponat quid dicturus sit, vt cùm transegerit iam aliquid, definiat: vt *Conclusio.*  
se ipse reuocet: vt quod dixit, iteret: vt argumentorū ratione cōclu- *Subiectio.*  
dat: vt interrogando vrgeat: vt rursus quasi ad interrogata sibi ipse  
respondeat: vt contrà ac dicat, accipi & sentiri velit: vt addubitet *Ironia.*  
quid potius aut quomodo dicat: vt diuidat in partes: vt aliquid re- *Dubitatio.*  
linquat ac negligat: vt antè præmuniat: vt in eo ipso in quo repre- *Distributio.*  
hendatur, culpam in aduersariū conferat: vt s̄epe cū iis qui audiūt, *Apodixis.*  
nōnunq; etiam cū aduersario quasi deliberet: vt hominū sermones *Præmunitio.*  
morēsq; describat: vt muta quādā loquētia inducat: vt ab eo quod *Inuerſio.*  
agitatur, auertat animos: vt s̄epe in hilaritatem risūmve conuertat: vt *Communicatio.*  
antè occupet, quod putat opponi: vt comparet similitudines: vt v- *Protopopæia.*  
tatur exemplis: vt aliud alij tribuens dispertiat: vt interpellatorem *Reticentia.*  
coerceat: vt aliquid reticere se dicat, vt denūciet quid caueat: vt libe-  
rius quid audeat: vt irascatur etiā: vt obiurget aliquādo: vt deprece-  
tur, vt supplicet, vt medeatur: vt à proposito declinet aliquātulum:  
vt optet: vt execretur: vt fiat iis apud quos dicet, familiaris: atque  
alias etiam dicendi quasi virtutes sequatur, breuitatem, si res petet.

# M. T. C I C E R O N I S

*Hypotyposis.  
Hyperbole.*

Sæpe etiam rem dicendo subiicit oculis, sæpe suprà feret quām fieri possit, significatio sæpe erit maior, quām oratio, sæpe hilaritas, sæpe vita naturarūmq; imitatio. Hoc in genere (nam quasi syluam vides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo: sed hæc nisi collocata, & quasi structa, & nexa verbis, ad eam laudem quam voluntus, aspirare non possunt.

*S T R E B A E V S.* Rerum quām verborum maior est authoritas, ideoque sententiarum ἐπιβολὴ verborum ornamenti maiore sunt, quibus quia frequentissimè Demosthenes virtutem, sunt qui latè ducentes figura nomen, putent siccirco eius eloquentiam maximè esse laudabilem, sed aliae sunt plurimæ virtutes eloquentiæ: quamobrem falsum putant, si modò hoc unum laudandum putant: illorum tamen opinio valeat ad commendationem figurarum. Enimvero nullus ferè ab eo locus sine quadam conformatione, id est, καὶ μετρίᾳ τῇ figura sententia educitur, hoc est, aetiori gradu collocatur, ut humilitate sermonis relicta, existat is locus τῇ emineat. A locis hanc esse translationē perspicuum est: quanquam fuerit qui legēdum putaret edicitur. Porro superiorem confirmat opinionem, nec aliud quicquam est dicere, hoc est, oratorum more pulcherrimè differere, nisi omnes, si fieri potest, aut certè plerasque, id si tantum datur, aliqua specie, id est, schemate τῇ figura, illuminare sententias. Hic speciem latius ampliavit ad omnem orationis decorum, ut conformatio ex arte commedaret. Nemo sane dixerit in his sententiarum figuris, omnem esse positam eloquentiam, nisi quicquid in oratione laudabile est, hac appellatione censuerit. Hic nomina Græcorū præsertim relinquit, τῷ exempla, tantummodo locum notat unde figuræ insigniores excipere possint. Commoratio est quum in loco firmissimo manetur diuersus, τῷ eodem sepius redditur. Cicero pro Sexto Roscio, Rogat oratq; te Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem conuerit, si nulla in re te fraudauit, si tibi optima fide sua omnia concessit, ad numeravit, appendit, si vestitum quo ipse teclūs erat, anulūmque dedit, os suum tibi tradidit, si ex omnibus rebus seipsum nudum, neque præterea quicquam excipit: ut sibi per te liceat innocentiam amicorum apibus vitam in egestate degere. versat eandem sententiam. Prædia mea tu posides, ego aliena misericordia viuo. Mea domus tibi patet, mihi clausa est. Familia mea maxima vteris, ego seruum habeo nullum. Illud idem in cursu partium frequenter inculcauit. Est igitur longioris exempli commoratio. Extenuatio est elevatio. ἐξεστατική. Ei ei ego te armatis hominibus, non deici: ut tantum facinus non in aequitate iuris, sed in una litera latuisse videatur. Sic extenuauit scientiam iuris pro Muranæ: in quo μέτωπος esse dicitur, que etiam extenuatio quædam est. Irriso, διαχρυσίς τῷ σφραγίδι. Quod facerem vehementius, nisi mihi intercederent inimicitiæ cum istius mulieris viro, fratrem volui dicere, semper hic erro. Declinatio, à proposito est egressio, καθάρη, qualis est pro Sexto Roscio de accusatoribus, τῷ altero de statu Reipublice. Exempla longiora vito. Propositio, ut aliae multæ, in figuris illustrioribus non habetur. Quomodo, inquit Fabius, iudex doceri potest, si desit illustris explanatio, propositio, permisso, finitio, scilicet expositio sententiæ sue, rationis apta conclusio, præmunitio, similitudo, exemplum, digestio, distributio, interpellatio, interpellantis correccio, contentio, purgatio, laesio? Propositio est. Non fuit causa cur Nænius postularet à prætore ut Quinti bona ex edicto posideret.

Transfatti definitio sententiæ sue expositio, διορισμὸς τῷ ἔνθυμῳ, qua quod ante dictū est, aliquo finiendo genere explicatur. Pro Roscio: Testimonium dicturus est, qui τῷ sector est, τῷ sacerdoti, hoc est, qui τῷ illorum ipsorum honorum de quibus agitur, emperor atque possessor est, τῷ eum hominem occidendum curauit, de cuius morte queritur. Revocatio sui ipsius. Sed finis sit, neque enim prius lacrymis loqui possum. Finis non erit, si singula persequamur. Plinius in epistolis, Pend

præterij quod minime prætereūdum fuit, accepisse me caryotas optimas. Iteratio dñorum, è ~~tau-~~  
 rān<sup>ταράν</sup> & Rusiniano dicitur. Pro Quintio, Ostendā primū cauſsam nō fuisse cur à præture poſtu-  
 lares, vt bona P. Quintij poſideres, deinde ex edito te poſidere non potuisse, poſtrem nō poſſediffe.  
 Quaſo C. Aquili, rōſque qui eſtis in confilio, vt quid pollicitus ſim, diligenter memorie mandetis.  
 Nego fuisse cauſsam cur poſtularet, nego ex edito poſidere potuisse, nego poſſediffe. Argumēti  
 conclusio figuram nouam induit, quum ratione firmatur: vt, His de cauſis ego huic cauſae patro-  
 nus exiui, non electus vnuſ qui maximo ingenio, ſed relictus ex omnibus qui minimo periculo poſ-  
 ſem dicere. Interrogatio, ἐγώ τι μα, Vbi eos conuénit? qui cum locutus eſt? quomodo peruafit?  
 Precium dedit? cui dedit? per quem dedit? vnde & quantum dedit? Ad interrogata reſponſio,  
 dicitur à quibusdam ἀπόφασις. Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia ſupererat? at ogebas. Eu-  
 gyeſto eſt quæ contrà ac dicat, accipi & ſentiri velit. Nouum crimen C. Caſar, & ante hunc diem  
 inauditum, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Quintum Ligarium in Africa fuſſe. Ed re-  
 fer & ea quæ falſo per modiſiam dicuntur. Addubitatio, διαδοχης vel ἀπογέλα. Equide quod  
 me vertam neſcio. Negem fuſſe illam infamiam iudicij corrupti? negem illam rem agitatam in con-  
 cionibus? enellam ex animis hominum tantam opinionem? Distributio, Animaduerti iudices om-  
 nem accusatoris opinionem in duas diuifam eſſe partes. Alexandro Maſcedoni neque in deliberan-  
 do conſilium, neque in præliando virtus, neque in beneficio benignitas deerat. Nā quum aliquares  
 dubia accidiſſet, apparebat ſapienſiſſimus: quum autem conſigendū eſſet cum hoſtibus, fortiſſimus:  
 quum verò p̄r̄eūmum dignis tribuendum, liberaliſſimus. ἀποδιωξις eſt quæ aliquid relinquit ac ne-  
 gligit: Niſi forte expectatio ut illa diluam quæ de peculari ac de eiusmodi rebus cōmentitiis inau-  
 dita nobis ante hoc tempus ac noua obiecit: de quibus quum verbo arguit, verbo ſatis eſt negare.

Premunitio, πρεμυνίον: Ama ſoror, que me ſuſpensam iſomnia terrent? & quæ ſequuntur.  
 Prætexit aliiquid ad amorem ſorori detegendum. Reieſio criminis culpm in aduersarium con-  
 fert. In Antonium reieci obiectum crimen: Tu tu inquam M. Antoni princeps C. Caſari pertur-  
 bare omnia cupienti, cauſam belli contra patriam inferendi dediſſi. Sic & parricidium refert in ac-  
 culatores Sexti Roſci. Communicatio, ἀναγνώſις, aduersarios conſulit, aut cum iudicibus de-  
 liberat. Si vos in eo loco eſſetis, quid aliud faceretis? Descriptio morum ſermonūque, ἡδονῶν, hac uitri in Pifonem, & in Chryſogonum pro Sexto Roſcio, exempla longiora non pono. πε-  
 ριπτων, muta quædam loquentiā inducit, vt in Catilinam, Si mecum patria ſic loquatur, Mar-  
 ce Talli quid agis? quæ ſecum Catilina ſic agit, & quodammodo tacita loquitur. Auerſio que  
 à proposita quæſione abducit audientem, ἀποροφή quædam eſt.

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem  
 Aulide iurau. Huc pertinet ἀποτλένον, quæ audientem ducit in errorem. Hilaritas &  
 rīſus ἀστορῆς dicitur, id eſt, urbana ratio loquendi, vt lepidā narratio in Cepaſios frātres pro Clu-  
 entio. & in Verrem, Execrabantur ſacerdotem qui tam nequam Verrem reliquiſſet. Occupa-  
 tio, προκαταλήψις. Neq; me Agricola de genere negabo. Dicat alius, Sic iſtituis mores? Co-  
 paratio ſimilitudinum, ὁμοιωσις in qualitate, ἀναγνώſις in quantitate. Similitudo eſt, Fertur vt tor-  
 rens. Comparatio, Tantum matri quantum patri de beo. Exemplum, παράγεια. Neque enim  
 potuiffet aut Ala ille Seruilius, aut P. Naſica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me conſule Se-  
 natus non nefarius haberi, ſi ſceleratos ciues interimere neſſa eſſet. Moſiορῆς eſt qui aliud aliq; par-  
 tiendo tribuit. Tres ſunt res quæ obſtant hoc tempore Sexto Roſcio, crimen aduersarioꝝ, & au-  
 dacia, & potentia. Criminis conſiſtionem accusator Erutius fuſcepit: audacie partes Roſciū ſibi po-  
 poſterunt: Chryſogonus autem, iſi qui plurimum poterit, potentia pugnat. Interpellatoris corre-  
 ctio, pro Rabirio, Nihil me clamor iſtē commouet, ſed conſolatur, cum indicat eſſe quodam ciues im-  
 peritos, ſed non muleos? Quin continentis vocem iudicem ſultutia reſtre, reſtem paucitatis? Reticen-  
 s

M. T. CICERONIS

*tia, & ceteris. Demosthenes, Non pari ego & aduersariis periculo ad iudicium venimus, sed mihi quidem nolo quicquam initio dicendi ominosus proloqui. Denunciatio cauentis, Verum homines notos sumere odiosum est, quem & illud incertum sit, velintine i& se nominari. wa&gacuia, id est licentia, liberius quid audet. Quid aliud egimus Tuberio, nisi ut quod hic potest, non possemus?*

*Ira, & aversio mea, Fero ego te Torquate, iam dudum fero. Obiurgatio, & critica mea, aliter est, & augis. Si quis est iudices, qui illam Posthumum sine inanem spem, sine inconsultam rationem, sine, verae grauiissimo verbo utar, temeritatem vituperandam putet, ego eius opinioni non repugno. Alia est, Patet tua consilia non sentis? Deprecatio, & nois, Vos obsecro iudices, ut huic optimo viro, quo nemo melior unquam fuit, nomen equitis Romani, & usuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis. Supplicatio plus est, quam de precatio. Praeclarum est exemplum actione septima in Verrem in peroratione, vbi supplex deos de aq; obsecrat, quorum fana Verres depeculatus fuerat.*

*Medela, que morbis & vulneribus adhibetur. Morbi dicuntur affectus: vulnera autem, acerba maledicta. Nunc cuiusde Appia nomen quantas tragœdias excitas? Quia cruentata anteā cæde honesti atque innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis & parricidæ sanguine imbuta est. Est etiam medela que iudeogetrōis ab Asconio dicitur in Verrem. An me taciturn tantis de rebus existimauistis? Breuior à re digressio. Et aspergit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, quum omnibus omnia minabatur. Optatio, Vellens dū immortales fecissent, P.C. ut viuo potius Servio Sulpicio gratias ageremus, q̄ mortuo honores quæremus. Execratio, q̄q̄ Ocelus, b̄ portentum in ultimas terras exportandum. Significatio familiaritatis, quæ adam est & two other w̄rs, non illa quæ duæ res diversæ colligit. Fide sapientiæ & frētu, plus oneris sustuli, quād ferre me posse intelligo. Breuitas, Βεγχυλογία: Quæres à me, quo iudice obtinere possum: quo iure mihi Polienus reliquit, prætor dedit possessionem. Alia sunt exempla quarto ad Herennium. Ywntw̄oq̄ rem dicēdo subiicit oculis. Ipse inflammatus scelere ac furore, in forum venit, ardebat oculi, toto ex ore crudelitas emanabat. Superlatio, ὑπέρβολη. Occidens medium fidius vix videtur tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, eam citè absorbere potuisse. Significatio maior quād oratio, εὐφορία.*

*Non licuit thalamis expertem sine crimen vita.  
Degerit more feræ? Hilaritas, ~~X~~ quietus p̄s. Paulò antè scripsit. Sic dicet orator, ut s̄pē in hōlā-  
ritatē risūm ve conuertat. Illic accipimus ridiculū salutisq; dictū, quod risum mouet: hic lepidū flo-  
rēnsq; dicēdi genus, quod etiam citra risum exproprietate animū audientis, quale est in Rullum de ob-  
scure cōcioine. Imitatio, μίμησις. Dicebam habere eos aktorē Quintum Cæciliū. Quid mihi, inquit,  
cum ista summa sanctimonia ac diligentia? Viderint, inquit, ista officia boni viri. Hec confor-  
mationum sylua, hoc est, confusa materia est, que collocata ordine disponendi, et structa coagmen-  
tatione verborum, et nexa vinculis numerorum eloquentiæ magnitudinem ostendit.*

**C O M M E N T .** Sed sententiarum) Quanq[ue] figura sententiaru[m] ornamenti sunt reru[m], tandem eas enumerat propter affinitatem superiorum, cum alio qui instituerit agere de charactere. Atq[ue] alias etiam) Quintilianus ait à Cicerone multas enumerari figurās, quae tamen figurae non sunt.

*VICTOR.* Sæpe etiam ut extenuet aliquid) Hoc figuræ genus, & quæ sequuntur, post apud Ciceronem quisque sibi imuenire: sunt siquidem eius resertæ his figuris orationes: ut hominum sermones, morésque describit, quæ Ethopæia est. Vt muta quedam loquentis inducat) Vt in Catilinam, patria loquens inductitur, quæ Idiopœta: ambæ autem Protopœcia species. Oratorem coercent) Subaudi, aduersantem cause suæ. Sæpe etiam rem dicendo subiicit oculis) Vt Marci Cælii in Antonium, Illum nanque ipsum offenderunt temulento sopore profligatum, totis præcordiis stertentem, suetuosos spiritus geminare, preclarasq; contubernales ab omnibus spondis transuersas incubare, & reliquas circumiacere pâsim: quæ tamen exanimate terrore, hostium ad-

uentu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frusta cervicibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat: quorum omnium cùm voce tactuq; oscilaret, proximæ cuiusq; collum amplexu petebat: neq; dormire excitatus, neq; euigilarebrius poterat: sed semisomno sopore inter manus Centurionū concubinarūq; iactabatur. Sæpe suprà feret) Id est, vtetur Hyperbole: vt cùm Cicero Charybdim, & Scyllam, Marcum Antonium vocat. Significatio sæpe erit maior quam oratio) Hæc Emphasis dicitur. Quasi sylva vides) Id est, totius facultatis oratoriae materiam, nam sicut corporatarum rerum omnium informie illa materia, sylva vocatur: ita rudit, & indigesta qualibet rerū prima materia, sylva nominatur: vnde & Statius cùm materiâ ad maiora scribenda sibi membris informē suis cōparasset, librū syllarū inscripsit. Sed hæc nisi collocata) Suo loco digesta, & numeris strcta. Aspirare nō possunt) Quasi spiritu peruenire, nā aliter dicimus: vt Ouidius, Cæptis aspirate meis, est enim fauete.

De quo cùm mihi deinceps viderem esse dicendum, et si mouebant etiam me illa quæ suprà dixeram, tamen iis quæ sequuntur, perturbabar magis. Occurrebat enim posse reperiri non inuidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum, qui non censerent eius viri esse, de cuius meritis tanta senatus iudicia fecisset comprobante populo Romano, quanta de nullo, de artificio dicendi literis tam multa mādare. Quibus si nihil aliud responderem, nisi me M. Bruto negare roganti noluisse, iusta esset Aetiologia dñi  
ita ab officio. excusatio: cùm & amicissimo, & præstantissimo viro, & recta & honesta petenti, satisfacere voluissem. Sed si profitear (quod vtinam possem) me studiosis dicendi, præcepta, & quasi vias quæ ad eloquentiam ferrent, traditurum: quis tandem id iustus rerum æstimator reprehenderet? Nam quis vnquam dubitauit, quin in Republica nostra primas eloquentia tenuerit semper urbanis pacatisq; rebus, secundas iuris scientia? cùm in altera gratiæ, gloriæ, præsidij plurimum esset: in altera persecutionum, cautionumque præceptio, quæ quidem ipsa auxilium ab eloquentia sæpe peteret, ea verò repugnante vix suas regiones finésque defenderet. Cur igitur ius ciuile docere semper pulchrum fuit, hominumque clarissimorum discipulis domus floruerunt: ad dicendum si quis acuat, aut adiuet in eo iuuentutem, vituperetur? Nam si vitiosum est dicere ornatae, pellatur omnino è ciuitate eloquentia. si ea non modò eos ornata penes quos est, sed etiam vniuersam Rem publicam: cur aut discere turpe est, quod scire honestum est: aut quod nosse pulcherrimum est, id non gloriosum docere?

S T R E B A E V S. In elocutione figuræ verborū consideratur, ut tropi & schemata lexeos,  
S ij

## M. T. CICERONIS

deinde lumina sententiarum, postea iunctura syllabarū & coagmentatio de qua quum dicturus es-  
set, veritus est ne minor a dignitate sua tractare videretur. Præsumit igitur ea que obūci possunt, ve-  
simul inter alias quibusdam & egestionibus præcepta distinguat, simul obreclamationibus occur-  
sat. De collocandis verbis struendisque quam mihi deinceps viderem esse dicendum, quia is esset lo-  
cus alter loquendi, et si mouebant me illa quæ supradixi dixeram de rebus & partibus eloquentiæ per-  
ficiæ, tamen ius quæ sequitur verborum structuris perturbabar magis, eo quod minus est dignitas  
tis in præceptionibus verborum, quam sententiarum. Veniebant in mentem inuidi, quibus referra  
sunt omnia: veniebant etiam fautores laudum mearum, qui non censarent viri consularis esse, de ar-  
tificio dicendi literis tam multa mandare, quād multa scripta sunt in libris de Oratore, in Partitionibus,  
de Clari oratoribus, in fine Topicorum in Oratore: quæ etiā omnia plena sunt authorita-  
tis, quibusdam tamen inferiora videantur honoribus viri de cuius meritis in Rempu. permulta se-  
natus iudicis fecisset. Nam Q. Catulus princeps senatus, frequenti senatu M. Tullium parentem  
patria nominauit. L. Gellius ciuicam coronam ei deberi à Repub. dixit. Eadem togato senatus no-  
mine conseruata Repub. singulari genere supplicationis deorum immortalium templa patefecit,  
exuli patriam restituit, domum publico sumptu refecit. Hæc ita magna sunt, ut nihil literarum mo-  
numenta vincant. Itaq; causam tueatur & M. Bruti authoritate, & exemplo iurisperitorum, &  
rei cum veilitate tum dignitate. Cur autem M. Bruto satisfactum velut, hæc faciunt, quod Brutus  
est pars nominis amplissima familie, quod rogat, quod amicissimus, quod præstatiissimus vir, quod  
recta & honesta petit. Deinde nemo iustus rerum estimator, qui res omnes & quo metiatur precio,  
reprehendet eum qui suo iure profiteatur se studiosis dicendi præcepta, & quasi vias, id est, metho-  
dos quæ ad eloquentiam ferunt, tradicurum. Etenim Romæ non in sagis, & in re militari, sed in to-  
ga & in virbanis pacatisque rebus duæ fuerūt artes amplissimæ eloquentia & iuris scientia. Pri-  
mas eloquentia partes habuit, secundas iuris scientia. In eloquentia, gratia, gloria, præsidij plurimū  
fuit, hoc est, oratores gratiam multorum amicitiāmque iungebant, magnam sibi parabat gloriam,  
multos veluti præsidio tuebantur. In iuris scientia, persecutionum cautionemque præceptio. Hoc  
enim officium iurisperiti, præcipere quid persequare iustum, quid caueas iniustum. Sūma iuris est,  
Honestè viuito, Neminem lēdito, Ius suum cuīque tribuito. Hac ipsa auxilium ab eloquentia pe-  
tit, cuius oratione explicat æquitatem, coniecturae evoluit, rationem mentemque legis exponit, scri-  
ptum & voluntatem, quæque leges exenti colliduntur, inter se comparat. Nihil muta si sola est  
iurisperitia. Quemadmodum princeps opibus & arte bellica inferior aduersus hostem suos fines  
tueri non potest, ita iurisperitia repugnat & concertante eloquentia vix suas regiones finēsque  
defendit, quod tum aperè videbatur, quum oratores causas dicentes, iurisperiti veluti monitores  
consilium suggererent. Ergo si ius ciuile docere, semper pulchrum fuit, hominumq; clarissimorum,  
vt Scœvole, vt Sulpitij, discipulis domus floruerunt: cur vituperetur qui eloquentiæ præcepta pro-  
fiteatur, & ad dicendum acuat & adiunet in eo iuuentum? Ceterè quod in eo genere maius est, id  
quoque honestius videtur. Idem & ἡλικία, id est, ex his quæ sub eandem rationē veniunt,  
& consequentia sunt, ostendit potest. Non est vitiosum dicere ornatum, non igitur vitiosum discere or-  
natum. Non est turpe discere, quod scire honestum est, quod autem nosse pulcherrimum est, id quoque  
gloriosum docere. Eiusmodi est eloquentia, quæ si quos ornat, honesta sit necesse est. ornatum autem eos  
penes quos est, qui sunt eloquentes: ornat vniuersam Rempublicam. Pulchrum quidem ciuitati &  
imperio ciues habere eloquētes, qui cōcilia, iudicia, conciones, legationes oratione moderari possint.

C O M M E N T A R I J V S . De quo cum Scripturus Cicero de verborū collocatione &  
iunctura, præmunitio virtutē, quæ res esse videbatur infra dignitatem Romanis senatoris. Cum  
& amicissimo) Antea se defendebat ut aiunt rhetores caliditate absoluta, nunc assumptiu: at  
enim rem per se honestam & laudabilem. Nam quis unquam Argumentatur per compara-

tionem à minori, & si honestum sit ius ciuale docere, sit honestum docere eloquentiam. In altera persecutionum) Piginianus actionem ait inferri in personam, petitionem, & rem persecutionem in rem et personam, rei tamen alicuius persequendae gratia.

**VICTOR.** Occurrebat enim posse) Præmunit hic Cicero aduersum maledicos defensione se: quod cum ad grammaticam multa pertinentia dicturus sit, aliquibus forte videri posset tantus orator nimium vilesceret: cum in tam humilem descendat locum, rationibus cur id facturus videatur, ostendit acutissimis. Sed si profitear, Id est, palam proferam, ac pra me feram. Primæ eloquentia tenuerit) Id est, primum sibi locum defenderit. Secundas iuris scientia) Id est secundum locum. Cum in altera gratie) Eloquentiam dicit. Ea verò repugnante) Si eloquentia iuri, inquit, ciuili oblitererit, nihil poterit proficere.

**MELANCHTHON.** De quo cum) Prefatio in locū qui sequitur de compositione, in qua respondet, & excusat se si cui videatur contra dignitatem suā facere, quod quasi ludimagister hæc puerilia precepta tradit. Prima autem ratio est ab officio ducta illius, ad quem scribit. Secunda ab exemplo. Si ius ciuale licet, quanto magis illas eloquentiae artes, sine quibus Respu. regi non possunt?

At alterum factitatum est, alterum nouum. Fato, sed utriusq; rei caussa est. Alteros enim respondentes audire sat erat, ut iij qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent, sed eodem tempore & dissentibus satisfacerent, & consulentibus. Alteri cum domesticum tempus in cognoscendis componendisque caussis, forense in agendis, reliquum in seipsis reficiendis omne consumerent, quem habebant instituendi aut docendi locum? Atque haud scio, an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint, quam doctrina. Itaque illi dicere melius, quam præcipere, Extenuatio. nos contrà fortasse possumus. At dignitatem docere non habet. Certè, si quasi in ludo: sed si monendo, si cohortando, si percontando, si communicando, si interdum etiam vñ legendo, audiendo, nescio cur non docendo etiam aliquid aliquando, si possis, meliores facere nolis. An quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est, quibus ipsa sacra retineri defendique possint, non honestum est? At ius profitentur etiam qui nesciunt: eloquentia autem illi ipsi qui consecuti sunt, tamen se valere dissimulant, propteræ quod prudentia hominibus grata est, lingua suspecta. Num igitur aut latere eloquentia potest, aut id quod dissimulat, effugit? aut est periculum ne quis putet in magna arte & gloriofa turpe esse docere alios id quod ipsi fuerit honestissimum discere? Ac fortasse cæteri teuctiores: ego semper me didicisse præ me tuli. Qui enim possem, cum absuisse adolescentis, & horum studiorum causa mare transisse, & doctissimis hominibus referta domus esset, Idefit, quomodo possem dissimulare, aliis. Quid enim possem!

## M. T. CICERONIS

& aliquæ fortasse inessent in sermone nostro doctrinarum notæ,  
*Alijs, dissimu-*  
larem.

S T R E B A E V S. Proponit & r̄būtāt̄ p̄oēḡs & obiectiones numero treis, quas ordine refutet. Semper, inquit aduersarij, facilitatum est, ut iurisperiti docerent, nouum est Romæ institutio-  
nis oratoriae genus. Etenim si de scriptoribus agimus Romanorum, primus, quantum ego quidem  
sciam, inquit Quintilianus, condidit aliqua in hac materiam M. Cato ille Censorius, post M. An-  
tonium inchoauit. Si de ludimagiſtri loquimur, eos paulò ante tempora M. Antonij, capiſſe cōſtat.  
Dissoluit istuc Cicero, non id esse factum rei indignitate, sed occupatione oratorum, & imperitia docendi. Sat erat discipulis, si iurisperitos respondentes consulentibus audirent, quamobrem & qui do-  
cebant, nullum sibi ad docendum tempus ipsi ſeponebant, quum eodem tempore & discipulis ſati-  
ſacerdent, & consulentibus. Oratores domesticum tempus adhibebant primū cognoscendis à litigatore cauſis, deinde componendis ac digerendis in orationem. Forensē tempus inſumebant agen-  
dis cauſis: reliquum temporis ſpatium in ſcīpīſis reficiendis curandisque omne consumebant. Non  
habebant igitur inſtituendi adolescentes, aut docendi locum, quod est tempus opportunum. Nemini  
remur igitur si ante iurisconsulti quād oratores iuuentutem docere cōperunt. Altera cauſa est:  
Plerique Romanorum, non ita multi Graecorum, ingenio naturāque plus valuerunt quād do-  
ctrina. Ingeniosi dicere poterant ex communi illa hominum opinione, inerudit̄ p̄cipere de arte di-  
cendi non poterant. Non p̄cipiebant igitur iſi qui differebant. Ingenium quidem non arroget ſibi  
Cicero modestus, ſed diſcendi labore, quo p̄cipere poſſit. Scit autem ſe & ingenio & doctri-  
na valere. Alterum quod obicitur, hoc eſt, Docere rhetoricas artes dignitatem non habet;  
Romæ maximē, vbi honoribus, magistratibus, imperiis & gloria ſtudeant omnes, qui nolint eſſe  
in ocio, in ſchola, in umbratili vita, ſed in administratione Reipublicæ, in luce & ſplendore ciuium.  
Hic occurrendo duplēcē ſacit doctrinam, alteram ludimagiſtri, quæ vt honesta eſt, ſic iſo induc-  
alta dignitate & ſplendida magnificētia caret: quanquam Socrates, Plato, Aristoteles, Theo-  
phrastus, non minorem ſibi gloriam in ſchola quaſierunt, quād qui Romæ aut ſenatores aut con-  
ſules fuérunt: & huic eidem Marco non minus ad glorie fructum domesticā literā, quād res in  
Republiea geſtā attulerunt. Alterum docendi genus eſt, quum monemus aliquem ſui muneris,  
quum cohortarunt ad ſuſcipiendum aliiquid, quum percontamur quæ ſit eius aliqua de re ſenten-  
cia, quum communicamus ſtudia noſtra, quum vñā legimus aliquod ſcripti genus, quum audimus  
alium verba faciente m, quum docemus rudiores nobis, hoc genus non tollit viri dignitatem. Nam  
quemadmodum iurisperiti nihil amittunt ſua dignitatē ſi tradunt eam formula m & eam verbo-  
rum conceptionem, quæ ſit utendum alienatione ſacrorum: ſic & orator non amittit dignitatem, ſi  
docet quibus verbis quāre ratione dicendi ſacra retineri defendi que poſſint. Hic cum iurisperito  
conferetur orator, & verba iuriſ cum verbis orationis. Non profana modō, ſed etiam ſacra fami-  
liarum poſſunt alienari. Alienatio profanorum liberior, & que cauſa notior, arte minus eget. hinc  
itaque non defunxit exemplum. Alienatio ſacrorum libera minus, formula ſacra & verborum con-  
ceptiones habet occultiores, querit igitur eruditōnem & ſcientiam iuriſ. Hinc igitur maluit ex-  
emplum ducere, in quo partes alienandi iurisperito, retinendi verò tribuit oratori, quoniam ſecun-  
dus ſunt in actione, & honestiores videntur. Sicut autem nulla ſunt oratori verba certa & pro-  
pria, quibus ſacra retinere poſſit, ſed ē communī extrinſicē orationis artificio propria componit: ita  
iurisperitus ē genere legum ſpecies educit, ē formis autem ſingulas partes. Quibus ergo verbi ſa-  
corum alienatio ſiat, reſpondebit ē communī formula, ſicut orator ex uniuersō genere p̄ceptionum

colliget, quibus sacra verbis retineri defendique possint. De sacris publicis hic non agitur, sed familiariis, quibus erat sacra propria ac domestica, de quibus Cicero pro Domo sua, Quæ deinde causa cuique sit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis, quæ sacrorum, quæ à pontificum collegio solet. ibidem, Quæ adoptiones, sicut alias innumerabiles, hereditates nominis, pecuniae, sacrorum secutæ sunt. Hinc elicias per adoptionem sacra aliquando alienari ibidem, Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus, & quæ deseruisti, & quæ polluisti, iure Quiritium legitimo tutelarum & hereditatum reliquo factus es eius filius contra fas, cuius per etatem pater esse potuisti. ibidem, Quid? Sacra Clodia gentis cur intereunt, quod in te est? Horum sacrorum detectatio interim fieri solebat in comitiis calatis. Gellius libro decimoquinto, Isdem comitiis quæ calata appellari diximus, & sacrorum detectatio, & testamenta fieri solebant. Tertium est quod obiicitur, moris esse dissimulare artificium dicendi, non item iuri prudentiam: quia prudentia qua valere debet iuri interpretis, hominibus grata est: lingua dicentis artificio polita, suspicione falsi laborat. quamobrem ius profidentur etiam qui nesciunt, aut prudentia freti, aut quæstu dulci, aut temeritate impulsu. Eloquentia autem illi ipsi qui consecuti sunt, tamen se valere dissimulant, ut ille Marcus Antonius dissimulator artis hinc effici videatur, non esse diuulganda præcepta dicendi. Occurrit hoc modo, neque artem latere posse, neque se unquam doctrinam dissimulare voluisse. Eloquentia latere non potest: nec si dissimulat artem, suspicionem tamen effugit, quoniam subesse artem sentiunt omnes: nec turpe tibi est alios id docere, quod tu ab aliis ipse didiceris honestissime. Quod igitur neque celari posset, neque si posse debet, nemo vereatur eius præcepta profiteri. Ac fortasse oratores cateri etiiores ac dissimilantiores eruditio[n]is fuerūt. Etenim permulti verebantur, ne si detegeretur artificium, minus autoritatis haberent in dicendo, minis que assequerentur fidei. Ego semper, inquit, me didicisse pre me tuli. Quæ enim possem? hoc est, eruditio[n]em dissimulare non possem, quum absensem adolescentem ab Italia, rhetorico[r]umque studiorum causa mare Ionium transisem in Græciam. Cicero quem Moloni Roma dedisset operam, profectus Athenas cum Antiaco veteris Academia philosopho, cùmque Demetrio Syro dicendi magistro fuit: deinde peragrauit Asiam, ubi versatus cum Menippo oratore florentissimo, hinc Rhodum venit, seque ad eundem quem Romæ audiuerat Molonem applicauit. Vbi domum reuersus est, ac in causis agendis antecepit omnes, doctissimis hominibus domus eius referata est. Confuebant enim plerique adolescentes ad optimum dicendi magistrum, summumque temporis eius oratorem. Inerant in sermone viri doctrinarum notæ, quæ multarum signa sunt artium. Nec in sermone tantum doctrinæ redolebat, sed & in iis orationibus quæ ab eo scriptæ vulgo legebantur. Propterea non erat cui probaret nihil se arti dedisse, nisi parum proficere videretur, qui plurimam profecerat.

C O M M E N T A R I V S. Alteros enim) Rhetorices nulla fuit professio propter occupationem oratorum: fuit professio iuris, quia eadem opera iuris consulti & respondebant & docebant.

Atque haud scio) Altera quoq[ue] causa est quod oratoribus antiquis artis cognitio defuerit, quæ oratoribus est necessaria. An quibus) Locus intelligendus est de sacris familiarum, que priuata sunt, de quibus agit Cicero libro secundo de Legibus. Ea sacra interdum alienari poterant. Argumentatur autem per comparationem à minori. Num igitur) Vnam ait esse artis dissimulationem, quia velis nolis ipsa se prodire. Aut est periculum) Argumentum est ab his quæ cadunt sub eadem ratione, quæ relativis accensentur & attribuuntur.

VICTOR. Alteros enim respondentes) Iuris consultos dicie. Nos contrâ fortasse melius possumus) Quare minus accusandus: accedo quid doceam. Si quasi in ludo) Si doceas, inquit, quasi in ludo: tum dignitate caret. Sacrorum alienatio fiat) Quod nosse iuris consultum oportet.

At ius profidentur etiam qui nesciunt) Quoniam totum est in prudentia possum. Se valere dissimulant) Cur ita, dicit ipse? quia, inquit, lingua suspirta. Pre me tuli) Professus sum. Cùm

# M. T. CICERONIS

*ab iuvene adolescens) Vt in Bruto de se ait, Rhodum ad Molonem se contulisse.*

Quod cùm ita sit, tamen ea quæ suprà dicta sunt, plus in disputando, quàm ea de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt. De verbis enim componendis, & de syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur: quæ etiam si sunt (sicuti mihi videntur) necessaria, tamen fiunt magnificentius, quàm docentur. Est id omnino verum, sed propriè in hoc dicitur. Nam omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat, radices stirpesque non item: sed esse illa sine his non potest. Me autem siue perugatissimus ille versus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites, dissimulare non sinit quin delecter: siue tuum studium hoc à me volumen expressit: tamen eis quos aliquid reprehensuros suspicabar, respondendum fuit. Quòd si ea quæ dixi, non ita essent: quis tamen se tam durum agrestemq; præberet, qui hanc mihi non daret veniam, vt cùm meæ forentes artes, & actiones publicæ concidissent, non me aut desidiæ, quod facere non possum: aut mœstitiæ, cui resisto, potius quàm literis dederem? quæ quidem me antea in iudicia atque in curiam deducebant, nunc oblectant domi: nec verò talibus modò rebus, quales hic liber continet, sed multò etiam grauioribus, & maioribus: quæ si erunt perfectæ, profectò forenibus nostris rebus etiam domesticæ literæ respondebunt. Sed ad institutam disputationem reuertamur.

*S T R E B A E V S.* Planum factum est orandi professionem nihil habere indignitatis, quod quum ita sit, tamen ea quæ suprà dicta sunt de partibus eloquentiae perfectæ, plus in disputando dignitatis habuerunt, quàm ea de quibus postea dicendum est, cuiusmodi sunt iunctura, pedes, numerus. De verbis enim componendis & ordine digerendis, & de syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis agitur. Verba componuntur ut in muro lapides, nequid sit hiulcum, dissidenteum, inequale. Dinumerantur autem syllabæ, & comprehenduntur temporibus & interallis, ut brevibus & longis tanquam pedibus aptè progrediatur oratio. Hæc etiam si sunt, sicuti videtur, necessaria, quia nihil intrare potest in affectum, quod in aure velut quodam vestibulo statim offendit, tamen fiunt magnificentius quàm docentur. Est id omnino, id est, rebus in omnibus, verum, magnificentius aliquid fieri quàm doceri, propterea quòd finis propior est vñus: propriè tamen illud in hac verborum compositione dicitur, quia nihil maius videtur, quidam persequi numeros orando: contrà nihil humilius, quàm docere syllabas & pedes orationis. Id autem natura comparatum videtur, ut omnium magnarum artium, qualis est rhetorice, altitudo nos delecter, radices, & stirpes quæ statim ab radice producunt, non eodem modo. Ea quidem prima sunt artium fundamenta discenti mollestiora. Quia verò altitudo sine radicibus imis ac primis stirpibus esse non potest, iaciuntur honestè fundamenta. Responsum est eis quos aliquid reprehensuros conjectu-

*Postrema ratio  
ab occasione tē-  
poris.*

ra fuit: huc accedit peruagatus illus versus iambicus trimeter, quem vulgo inter artifices iactat -  
ri solitum significat, Ne pudeat artem proloqui quam factiles, cuius est hic sensus, Turpe non est  
explicare verbis eam quam factitas artem. Nec enim turpis est aliquid proloqui, quod idem fa-  
tore. Huc aliquid afferat etiam studium Brutii, quae magna viro fuit sciendi voluntas, a qua volu-  
men hoc expressum & veluti extortum videri cupit. Huc adiscienda ratiō tēporis: Etenim regnante  
Iulio Cæsare, & libertatem occupante, conciderunt forenses artes, id est, illae caussae iudiciales, que  
magno cum apparatu agi solebant. Conciderunt actiones publicae, id est, orationes perpetuae, que in  
senatus & concionibus habebantur. Quam obrem Cicero relata ciuitate fecerit in Tusculanum: ubi  
ne se aut desidieat voluptarius, aut mastitis ut impatiens imperij dederet, horis matutinis rheto-  
ricari, pomeridianis philosophari coepit. Videretur ergo durus & agrestis homo, id est morosus, in-  
domitus, & inhuanus, qui non daret ei veniam, si que literae antea in iudicia atq; in curiam &  
senatum deducebant, postea oblectarent domi: quandoquidem senectus dulcis est comes eruditio.  
Nec verò talibus modo rebus, quales hic liber continet, id est, rhetorica artibus se dedidit, sed mul-  
to etiam grauioribus & maioribus, quas philosophia profiteatur. Scripsit enim de philosophia li-  
bros tot & tantos, ut illae domesticæ & quietæ literæ forensibus rebus & scriptis orationibus re-  
sondissive videantur.

**VICTOR.** De syllabis propemodum dinumerandis) Quia de pedibus, qui numerosam  
reddunt orationem, dicturus sum. Sicut arborum altitudo.) Aptissima usus similitudine est  
Cicero. Effe illa.) Subaudi, altitudo sine radibus non potest: ita magna eloquentia sine gram-  
matices cognitione non potest. Qui vetat artem pudere proloqui.) Ita Horatius in arte poetica,  
Cur nescire prudens prauus, quād discere malo? Ut cū meæ forenses artes, & actiones pu-  
blicæ concidissent.) Quādo Cæsar's dictatoris mandato administrabantur omnia.

Collocabuntur igitur verba aut ut inter se quād aptissimè co-  
hærent extrema cum primis, eaque sint quād suauissimis voci-  
bus: aut ut forma ipsa concinnitatisq; verborum conficiat orbem <sup>Orbem suum;</sup>  
suum: aut ut comprehensio numerosè & aptè cadat. Atque illud <sup>ne eadem litera</sup>  
primum videamus quale sit, quod vel maximè desiderat diligen-  
tiam, ut fiat quasi structura quædam, nec id tamen fiat operosè.  
<sup>crebrd repetatur.</sup>  
nam esset cūm infinitus, tum puerilis labor: quod apud Lucilium  
scitè exagitat in Albutio Scœuola,

Quād lepidè lexeis compostæ, ut tesserulae omnes

Arte pavimento, atque emblemate vermiculato.

Nolo tam minuta hæc constructio appareat: sed tamen stylus ex-  
ercitatus efficiet facilè hanc viam componendi. Nam ut in legendō  
oculus, sic animus in dicendo prospiciet quid sequatur, ne extre-  
morum verborum cum insequentibus primis concursus, aut hiul-  
cas voces efficiat, aut asperas. Quanuis enim suaues grauēsque sen-  
tentiae, tamen si inconditis verbis efferuntur, offendent aures, qua-  
rum est iudicium superbissimum. Quod quidem Latina lingua sic <sup>Exempli. Virg.</sup> met rebus fer-  
obseruat, nemo ut tam rusticus sit, quin vocaleis nolit coniungere. <sup>Durata, & nos-</sup>  
<sup>nata secundis.</sup>

## M. T. C I C E R O N I S

In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quòd eas literas tantopere fugerit: & si id magister eius Isocrates, at non Thucydides: ne ille quidem haud paulo maior scriptor Plato, nec solum in iis sermonibus qui dialogi dicuntur, vbi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos qui sint in præliis interfecti: quæ sic probata est, vt eam quotannis (vt scis) illo die recitari necesse sit. In

*Vocum, id est, vocum concursio, quam magna ex parte ut vitiosum fugit Demosthenes. Sed Græci viderint: nobis, ne si cupiamus*

*Græci faciūt Synecdoches in oratione soluta, nos non facimus.* quidem, distrahere voces conceditur. Indicant orationes illæ ipsæ horridulæ Catonis: indicant omnes poëtæ, præter eos qui ut versum facerent, sæpe hiabant, ut Nævius, Vos qui accolitis Histrum fluuium, atque Algidam. & ibidem, Quam nunquam nobis Grai, atque Barbari. At Ennius semel, Scipio inuiete. Et quidem nos,

Hoc motu radientis Etesiae in vada Ponti.

Hoc idem sæpius nostri non tulissent, quod Græci laudare etiam solent.

*S T R E B E A V S.* Collocationem verborum partitur in iuncturam, qua inter se quæcumq; apertissimè coherent extrema verbi prioris cum primis syllabis proximi verbi: in voces sonosque verborum: in numerum quendam aptè cadentem, quo forma ipsa concinnitatisque verborum, id est, figura aut similiiter cadens & designans, aut paria ac contraria referens, conficit orbem suum, id est, absoluuit periodum: tandem in numerum artificiosum, quo comprehensio, id est, periodus cstra figuram verborum numeroſe & aptè cadit. In his est compositione verborum. Quintilianus diuidit in ordinem, iuncturam, & numerum. Iunctura vel maximè desiderat diligentiam, ut fiat quasi structura quædam, & verba verbis coagmententur, ut in paumento muroque lapides. Id fieri, si quo optimè sedent, co demum componantur loco. Nec tamen fiat istuc operosè, nimiaq; cura. Nam esset cum infinitus, tum puerilis labor. Infinitæ quidem sunt syllabæ atque iuncturae, & puerile est, omissa gravitate rerum hæc circa momenta verborum. Hinc apud Lucillium Satyra inuentorem Mutius Scæuola augur reprehendit Albutium in oratione quā dixit de pecuniis repetundis contra T. Albutium, & aduersarium tanquam nimis studiosum compositionis insectatus est. Cicero tertio de Oratore, Collocationis est componere & struere verba, sic ut né ve affer eoru concursus, né ve hiulus sit, sed quodammodo coagmentatus & levius, in quo lepidè socii mei persona lusit is qui elegantiissimè id facere potuit Lucilius. Quam lepidè lexeis cōpositæ, ut tesseraulæ omnes Arte paumento, atque emblemata vermiculata, quæ quum dixisset in Albutium illudens, nē à me quidem abstinuit. Crassum habeo generum, ἐντορχύτησί τουσι. Λίγας, id est, distinctiones, & verba quæcumq; sunt lepidè suauiterque composita in oratione, non aliter quam tesseraulæ arte componuntur in paumento. Tesseraulæ sunt lapilli quadrati lateresve quibus adiunctorum solum consernitur: quod opus aptè consertum, & effigie rerum animaliumq; distinctum, emblemata vermiculatum dicitur. Ἐμβλημα, opus insituum, & τοι επιβάλλω, quod est intersero. Vermiculatum, minutum sectum atq; variatum. Id operis non in paumento modò sed etiam in pariete strui aptarique potest. Sunt alia emblemata va-

fōrum, de quibus non hic agitur. Quod dicitur hæc sollicita coagmentatio præbet ansam male dicendi, non vult tam minuta hac constructio, id est, compositione apparent, quā minutiū est vermiculatum opus. Stylus est exercendus, multaque sepe scribenda sunt, ut etiam festinanti patet illa via componendi. Nam quemadmodum in legendō oculus exercitatus & priora videt, & sequentia intueretur, sic animus in dicendo aliud agens etiam prospicit quid sequatur, ne extremonum verborum cum insequentibus primis concursus & iunctura aut hiuicenes voces efficiat in vocalibus, aut asperas in consonantibus cuiusmodi sunt. Non est magnum habere aurum atque argenteum. Illa bona natura èduca facilè labuntur. Vt si autem compositionis est, vt sententia lenius ac mollius ad aurem perferantur. Quæ si inconditio & incompositis verbis efferuntur, offendunt aures: vt si dicas, Res parvae crescunt concordia, magna labuntur discordia. Aurium est iudicium superbissimum. Repudiant enim quicquid incompositum & insuave est, quippe natura modos amamus, & vt musicæ, sic & orandi suavitate capimur. Indoctus est, vt aiunt, qui à Musis & Gratijs abest. Vitanda est igitur asperitas, quæ acerbius corradit aures, nisi quam ex industria affectamus asperum & spinosum dicēdi genus. Quod quidem aurium iudicium Latina lingua sic obseruat, ut nemo tam rusticus sit, & in sermone durus, quin vocales nolit coniungere. Lego quin, nō qui. Sæsus est. Non urbanus modus, sed etiæ rusticus nolunt vocales coniungere. Inde sunt multæ concisiones vistate vulgo ad euitandum vocalium concursum, de quibus postea dicetur. Neque si nolunt, ideo semper evitant: sed frequenter evitant, adeo ut vocales sine vocalibus breuitatis causa contrahant. Non procedit illud, eum rusticum censi, qui vocales nolit coniungere. Non enim quia non vult, est rusticus, sed nimium mollis & delicatus. In hac obseruatione reprehēditur Theopompus historicus, Ioscaratis ille discipulus, quæ preceptor egere sc̄no dictabat. Is vocales tāto pere fugit, quātoper magister eius Ioscarates. Princeps Ioscarates inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa numeris adstringit: qui quantopere vocalium concursum fugerit, ostendunt eius orationes, vt Areopagiticus. Thucydides celebrissimus historiæ scriptor, hiatum frequenter admisit, vt hic, τολμακίς μὲν ἔνθετός εἰσι, ἀλλα τέτταρων δύπτερον ὅπις ἀδυκτόνος οὐδὲ τέτταρων δύπτερον. Plato quidem scriptor haud paulo maior, id est, multo maior quād Thucydides, in dialogis, id est, in sermonibus ad differentium comparatus, hiatum vocalium ex industria recipit, vt cotidianæ linguae decorū ferunt, vt hic, οὐ πηγάδε αφίξου ὁ κατέτονδε περὶ τὴν Εὖ. Τιτυρ & in oratione, vt in apologia Socratis, Εὖ ἵστηται εἰλιθεῖς δύτην. καὶ τοῦτο δύτη μὲν αἴρεσθαι, ταῦτα δὲ αἴρει, & μελίσσες δὲ δύτης, & μὲν τὸν τολμακίτην φέννον. Τιτυρ eodem concursu in oratione populari, id est, ea que quodd sit habēda ad populum, delicias aurium venatur, qua mos est Athenis laudari in concione & in conuentu populi eos qui sunt in præliis interfecti, vt ad virtutem bellicam iuuenes excitentur. Ea sic probata est, ut eam quotannis illo die quo primum habita est, recitari necesse sit, que legis & moris necessitas est. Epitaphium Platonis significat, & orationem funebrem, que extat adhuc, ubi reperiens multam vocalium concursionem, vt, Ναυαρίδην λόγον ἀποχρυσισθεντος. Demosthenes in ea vocū concursione parcior est, nec tam superstitiose fugit. Sed Graeci viderint, quibus dedit ore rotunda Musa loqui nobis esse tam disertis haud licet. Sermo Romanus, inquit Fabius, nō recipere videtur illam solis concessam Atticis venerem. Adeo quodd inopia verborū laboramus, ut ne si cupiamus quidem, distrahere voces, & hiuicenum concursum vitare concedatur. Indicant orationes horridulae, id est, aliquatum asperæ, Censorij Catonis, quale est hoc ex oratione de præda milibus dividenda: Fures priuatorum furorum in neruo atque in compedibus etatem agunt, fures publici in auro atque in purpura. Indicant omnes poetae Latini, qui ut suavitati studerent, collidebant vocales quidem, non tamen semper, sed ut versum facerent: sepe hiabant, & Nævius ille tragicus, cuius est hic versiculos senarius,

Vos qui accolitis Histrum, atque Algida m.

## M. T. CICERONIS

Hic pronomen qui, et syllaba prima verbi accolitus, non conflantur in syllabam unam: sic et in posteriore trimetro,

Quem nunquam nobis Grai atque Barbari. Postrema verbi Grai, cum prima parte coniunctionis atque, non eliditur. Eodem Virgilinus usus est biautum,

Et succus pecori, et lac subducitur agnis.

In Actaeo Aracyntho,

Astant iuniperi et castaneæ hirsutaæ.

Lucretius,

Sed magis ut meritò possum euentu vocare

Corporum, atque loci res in quo queque gerantur.

Ennius semel admisit hanc figuram synalæphæ contrariam, ut in hoc initio carminis heroici, Scipio invictus. Scipio da stylus est sine villa collisione. Et quidem nos semel admisimus hunc biautum, de se loquitur ipse. Cicero quidem versus aliquando scripsit, ut ipse testatur epistola quadam: Scripti etiam carmina quedam nam ab orationibus disiungo me ferre, referoque ad mansuetiores musas, quem ne maximè, sicut iam à prima adolescentia delectarunt. Scripti etiam versibus tres libros de temporibus meis, quos iam pridem ad te missem, si esse edendos putasse. Idem Aratum Latinum fecit, cuius carminis hodie fragmenta restant. In eo fuit hic versiculos heroicos,

Hoc motu radianis Etesiae in vada Panti. Pertinet ad hunc Arati locum:

Τῆμες καὶ κελάδες τυριῶν οὐγέλι πόρται

Αθερζοὶ εὔπολιςσι.

Tum obmurmurantes Etesiae vasto mari collecti ruunt.

Etesiae anni sunt venti, qui, ut ait Gellius, certo tempore anni quum Canis erit, ex alia atq; alia parte cœli spirat. Aristoteles in Meteoris dicit ab Arcto spirare: Etesiae, inquit, flant ab Ursa post asinam solis versionem, et ortum Caniculae, Borealis plaga niuibus liquatis flant interdiu, noctu remittuntur. Et huius annus redditur. Cicero imitatus est Aratum, qui in eodem verbo non eligit vocalem. Idem fecit Lucretius in sexto,

Aut quia sunt aestate Aquilones ostia contra.

Anni tempore eo, qui Etesiae esse feruntur.

Hoc Latini frequens hand ferant. Graeci etiam laudare solent, quod Homero frequentissimum est, vel statim initio Iliados, μὲν ἐστὶ δεῖ τὸν αὐλικὸν ἀχείληνος. Et primo versu Odyssæ, ἄρδεψα ποιεῖτε, τὸ μέσον πολὺ τροπον.

Multos id genus versus apud eundem, aliosque poetas Graecos reperies.

VICTOR. Aut ut inter se quam apertissime cohærent? Ne affer consonantium concursus sit, ne vocalium hiatus intolerabilis. Extrema cum primis) Extremae antecedentis verbi syllabæ, cum primis sequentis verbis syllabis. Conficiat orbem suum) Id est, clausulam. Comprehensio) Id est, Periodus sive clausula. Numerosè cadat) Id est, numero concludatur. Nec tamen fiat operosè) Id est, cum magna sollicitudine. Nam effet cùm infinitus) Siquidem in omnibus clausulis id obseruandum. Tum puerilis labor) Quia de sententiis potius, quād de verbis debemus esse solliciti. In Albitio) Contra Albitium, ut Lucilius inducit: ipsiusque Luciliū verba apponit. Lexicis compostaæ) Id est, coniunctæ dictiones: est enim nominativi plurialis lexicis. Ut Tessellæ) Tessellæ diminutivum, quibus luditur in alea. Panimento) Ita variata, ut in panimento, ubi multæ impressiones: inde quoque dictum: nam panire, ferire: unde panicula, qua sapientia feriuntur. Emblemata) Impressione: nam εὐθύνω, imprimo. Vermiculato) Id est, minutio: ita enim Nonna veteres dixisse minutum ostendit. Sed tamen stylus) Qui dicendi artifex est, ut inquit alibi Cicero, omnia hac facilita reddet. Nam in legendis oculis) Pulcherrima comparatio est. Quoniam scit oculus ostendit animo quæ cogitanda, ita animus volunt, quæ dicenda sunt, adeo in gyrum nostra voluntur cognitionis: mens à sensibus capit: et sensus à mente promunt sibi quæ velint. Aut hiulcas voces efficiat) Quod tum euenit, cùm vocalis vocalem excipit. Aut afferat) Cùm consona consonantem admittit. Quarum iudicium est su-

perbisimum) Quia nihil magis ad intelligentiam faciendam accommodatur, quād aurium sensus: quare nisi auribus, quod dicimus, blandiatur, plerunque etiam grauisima collabuntur. Latina lingua sic obseruat) Ideo Latina lingua inquit: quoniam non ita Graci, ut paulò post ipse resert.

Qui vocales nolit coniungere) Id est, vitare hiatum. In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt) Subaudi, Graci: nam id Latini probant. De industria id faciendum fuit) Ne tam eloquentiae, quād disputationi deseruire videretur. Qua mos est Athenis) Ideo & Demosthenis, & Hyperidis & Lysiae tales nobilissimae adhuc extant orationes. Vos qui accolitis) Verus est Nauij multimodus, vbi s litera substrahitur.

MELANCHTH. Collocabuntur igitur) De compositione hic primum præcipit de literis, vt, aī, pro aliisne, &c. Secundū de structura dictionum, vt, O Tite tute tati, &c. Tertiū de periodis & numeris.

Sed quid ego? Vocales sine vocalibus sape breuitatis caussa contrahebant, vt ita dicerent, multi modis, vas argenteis, palmi & crinibus, teclis fractis. Quid verò licentius, quād quōd hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? Nam vt duellum bellum, & duis bis, sic Duellum eū qui Poenos classe deuicit, Bellum nominauerunt, cùm superiores appellati essent semper Duelli. Quinetiam verba sape contrahuntur, non vsus caussa, sed aurium. Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? Quam literā etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Libenter etiam copulando verba iungebāt, vt sodes, pro si audes: sis, pro si vis. Iam in uno capsis, tria verba sunt. Aī, pro aīsne: nequire, pro non qui- re: malle, pro magis velle: nolle, pro non velle. Dein etiam sape, & exin, pro deinde & pro exinde dicimus. Quid illud, non olet vnde sit? quōd dicitur, cum illis: cum autem nobis, non dicitur, sed nobiscum. quia si ita diceretur, obscenius concurrerent literæ, vt etiam modò, nisi Autem interposuisse, concurredissent. Ex eo est mecum, & tecum, non cum me, & cum te: vt esset simile illis, vobiscum, atque nobiscum.

STREBÆVS. Non hiatus ille modò vocalium offendit aures, sed etiam quarundam consonantium molesta concursio est. Ne miremur ergo si veteres Latini vocales sine vocalibus sape breuitatis caussa contrahebāt, vt ita dicerent, multi modis, vas argenteis, palmi & crinibus, & teclis fractis: pro multis modis, vas argenteis, palmis & crinibus, teclis fractis. Nam si interrogemus aures, hac integra durius enunciatur. Similem in Terentio contradictionem reperies, Modò vt tacere possemus, ab his insciens, hemistichus viri est officium: in me omnis fit est mihi. Sic veteres pronunciant, vt in oratione Graci. Dicet aliquis, quum multis modis, & teclis fractis enunciamus, non vocalem contrahimus, vt vult Cicero, sed s literam tantum supprimimus. Ita quidem videtur, sed multis modis proferimus vt omnipotens correpta contra naturam fit syllaba, non in verso quidem, sed in pronunciatione verborum. Vocalis igitur in breuius tempus & interuallum contrahitur. Lucretius

## M. T. CICERONIS

Hæc duo coniunxit: Multimodus agitatur, & omnis accipit in se letitiae motus. Hoc vero licetius antiqui, quid hominum etiam nomina, que ferè manent eadem apud omnes, ut Amilcar, Annibal, contrahebant, quòd essent aptiones, id est, ad usum faciliora, ac magis decora. Vnde Duellum cum qui Carthaginenses prælio navalium deuicit, Bellum nominauerunt, quum maiores appellati essent semper Duelli. Hoc Quintilianus assumit: Necnon, inquit, eadem fecit ex duello bellū. vnde Duellios quidam dicere Bellios ausi. Florus in Epitome, Cu. Duellius Cos. aduersus classem Pænorū prospere pugnauit, primusque omnium Romanorum ducum, nivalis victoria duxit triumphum: ob quam causam ei perpetuus bonus habitus est, ut reuerteti à cœna tibicines caneret, & funale praeferretur. Sunt qui Duellum scribant, inepit, mea sententia. Eadem ratione à duello, quod duarum partium certamen est, secere bellum, non ex eo dictum, quod minimè bellum pulchrumque sit, ut in dotti fabulatur. Eadem ratione à duis, quod aduersarium natum est à vocabulo duo, bis particulam fecerunt. Quædam contrahuntur non usus, id est, consuetudinis, causa, ut Bellius: sed aurium gratia, quæ fugiunt literam vastiorem, id est, rictum diducētem, & agrestiorē, ut, Vester Axilla Brute, Ala factus est. M. Brutus paterno genere à Iunio Bruto duxit originē, materna stirpe ab Ala Seruilio, qui Spurium Melium largitione frumentaria regnum affectantem interemit. Cicero Philippica secunda, Etenim si authores ad liberandam patriam desiderarentur, illis authoribus Brutos ego impellerem, quorum uterque Iunq Bruti imaginem cottidie videret, alter etiam Alæ. His igitur maioribus orii, ab alienis potius consilium peterent, quād à suis? & foris potius quād domini? Is ergo primū dictus Axilla, deinde Ala, postea Hala: & tam Axilla quād Ala nunc propria nomina sunt, nunc communia. Propter eandem literam x, è maxillis malis, è taxillis talos, è vexillis vela consuetudo elegans Latini sermonis effecit. Alia contrahuntur in compositionem, nec simplicia mutantur ut superiora. Horum frequens erat usurpatio Comicis Sodes, pro si audies. Sis, pro si vis, hæces duobus sunt. Capsis ex tribus, cape, si, vis. Terent. Dic sodes, qui heri Chrysiderum habuit? Idem, Abi si insciens. Cicero pro Roscio, Refer animum sis ad veritatem. Ciceroni repugnare videtur Fabius: Ex tribus corporibus, inquit, verba coalescere nostra utique lingue non concederim, quanvis Cicero capsis dicat esse compositum ex cape, & si, vis. Concedat aliqd do, non utique quod est semper. Mollius est, non autem brevius, nequire pro non quire: sed etiam non queo dicimus Cicero pro Sexto Roscio, Tenuissis hominis eiusmodi est, ut dissimulari non queat. Malle & nolle dicuntur: non ita frequenter, magis velle, & non velle, nisi interiectis aliis verbis: quæ ut separari possunt, ita nūquā dicimus nult, sed non vult. Deinde & exinde patiuntur apocopen, ac in dissyllaba reducuntur, dein, exin, quibus ut illicet in oratione. Luius, Exin duabus admotis quadrigis, in curru earum distentum illigat Metium. Quid illud non olet vnde sit, nobiscum? certè ad æstroligion & cacophaton cuiandum: quoniam obscenius cōcurrerent literæ, & ex syllabacum, aopriore parte verbi nobis, id contexeretur vocabulum, quo muliebria membra signantur. Effugies illam turpitudinem, si quid interposueris, hoc modo. Cum autē nobis non dicitur. Pullos auferat capita cum suo nido. Venerat cum multis nimis. Hinc illa turpia dicuntur: Arripe aures Pamphile, Incipiunt maria exagitata tumescere, Dorica castra, Numerū cum nauibus equat: quia in his omnibus se referre potest animus auditoris ad id quod natura turpe sit. Quæ eret aliquis, cur ergo dicimus, mecum, tecum, secum, quiccum, vobiscum, &c. id genus, quæ nullam fugient alii, & xgolgyxw ut essent, inquit, illi similia nobiscum. Hoc igitur ad effugiem dum cacophaton, illa ad ænalogian quandam reperta sunt. Cicero de Oratore, Nolumus cum me, & cum te dicere, ne eidem computationis adiungendum esset cum nobis, sed potius mecum, & tecum, & secum, & nobiscum diximus, cum præpositione, quæ facit obscenum, absidue postposita.

VICTOR. Duellum bellum) Inde perduelles hostes vocitarunt. Cùm superiores appellati essent semper Duelli) Ita Quintilianus in primo eadem fecit ex duello bellum: vnde Duellios

quidam dixerat Bellios. Non vñus causa, sed aurum) Non quia, inquit, ita consuetudine inoleuerit, sed multendarum aurum causa. Vester Axilla Ala factus est) Qui primus ab axilla brachij nomen acceperat: inde per concisionem, Ala factus est Publius Seruilius Ala. Apparet ergo ut à multis aspiratur, aspirari non debere. Iam in uno capitulo tria verba sunt) Nam compositum à (cape) et (si vis) est verbum. Quid illud, non olet, unde sit) Eleganter transfluit quod proprium est olfactus, ad animum: sicut audio, et video visitatus est pro intelligo positum. Obscurius) Tu: pius. Concurserent literæ) Subaudi, m cum n. Ut etiam modò, nisi (autem) interposuissim) Si, inquit, dixisse cum nobis: non, cum autem nobis. Ut esset simile illis vobiscum, atque nobiscum) Id est, ut similis esset compositio in plurali, que in singulari, si modò composita sunt nam per anastrophen, omnes ferè grammatici pronunciari oportere aiunt: licet sub uno accensu, qui hac reprehendunt, nesciant cur veteres ita loqui maluerint.

Atque etiam à quibusdam serò iam emendatur antiquitas, qui hac reprehendunt: nam Proh deūm atque hominum fidem, deorum aiunt. Ita credo, hoc illi nesciebant: an dabat hanc consuetudo licentiam? Itaque idem poëta, qui in usitatis contraxerat, Patris mei meūm factūm pudet, pro meorum factorum: &, Texitur exitūm examen capiti, pro exitiorum: non dicit liberūm, vt plerique loquimur, cùm Cupidos liberūm, aut in liberūm loco dicimus: sed, vt isti volunt, Neque tuum vñquam in gremium extollas liberorum ex te genus. & idem, Nanque Aesculapij liberorum.

At ille alter in Chrysē non solum, Ciues antiqui amici maiorum meūm, quod erat visitatum: sed durius etiam, Consilium socij, auguriūm atque exūm interpretes. Idemque pergit, Postquam prodigiūm horriferūm, portentūm pauor, quæ non sanè sunt in omnibus neutrīs visitata. Nec enim dixerim tam libenter armūm iudicium, et si est apud eundem, Nihilne ad te de iudicio armūm accidit? quam armorum, Iam vt censoriæ tabulæ loquuntur, fabrūm, & procūm audeo dicere, non fabrorum, & procorum. Planèque Duorum virorum iudicium, aut Triumvirorum capitalium, aut Decemvirorum litibus iudicandis, dico nunquam. at qui dixit Accius, Video sepulchra dua duorum corporum. Idemque, Mulier vna duūm virūm. Quid verum sit, intelligo: sed alias ita loquor vt concessum est, vt hoc, vel proh deūm dico, vel proh deorum: alias vt necesse est, cum Triumvirūm, non virorum: cum seftertiūm numerūm, non numorum, quod in his consuetudo varia non est.

*S T R E B A E V S.* Syncope fit et conciso, molliendi verbi gratia, quod qui non intelligunt, et necessitate metri solūm fieri arbitrantur, sed iam, ideoque frustra emendant antiquitatem, que

## M. T. CICERO NIS

etiam in oratione dicebat prob deum atque hominum fidem. quod ex Cicero usurpauit pro Roscio Coeno, Proh deum hominum que fidem, hoc Roscius vngquam a Cluvio petiuisset nec si Terentius dixit in Andria, Proh deum atque hominum fidem, neccitate coactus id dixit. secunda est veterem illum morem loquendi. Ridet igitur eos qui semper dicendum putat, prob deorum atque hominum fidem, quem vtrunque licet, deum & deorum. Ita credo, inquit, hoc illi veteres nesciebant: quasi dicat, optimi sciebant id esse verum & integrum sed dabat consuetudo licentia, aut potius ratio suavitatis inducebatur hanc consuetudinem. Itaque idem poeta, id est, vnus & idem, sive Accius (vt opinor) siue alius quispiam, nomina neutra in casu patrio concidit, Meum factum, contra masculinum ponit integrum, ut liberorum, unde colligitur id esse consuetudinis & licentie cuiusdam: unde paulo post auribus indulgere consuetudinem scribit, & indoctam consuetudinem suavitatis artificem. Truncati sunt iambici tres,

Patri mei meum factum puder.

Texitur exitum examen capit.

Nanque Aesculapii liberorum.

Otonarius est unus, Neque tuum vngquam in gremium extollas liberorum ex te genu. Nobilis est autem cur sensa horum versuum petamus, quia non exeat id opus vnde quod deest, ex parte possumus. Ceterum inde colligas licet neutra concidi, & liberum & liberum pro natis visitate dici. Cicero tertia actione in Verrem, Nemo iam Dolabella, neque tui, neque tuorum liberum, quos tu miseros in egestate atque solitudine reliquisti, misereri potest. Plurique sic loquebantur, ut cupidum liberum dicenter, non liberum, in liberum haberi loco, qui percharus esset. Cicero tertia actione in Verrem, Habitus sis in liberum loco. Alterius poeta senarum quatuor non ostendunt masculina modis, sed etiam neutra ab antiquis esse concisa.

Cives antiqui amici maiorum meum.

Confiliis socii, auguriis atque exitum interpretes.

Postquam prodigiis, horriferum portentum paor.

Nihilne ad te de iudicio armum accedit?

Hic armum durius est, cetera moliora quam quae vera sunt, ut maiorum meorum, consiliorum sociorum, auguriorum & extorum interpres, prodigiorum, horriferorum portentorum. Pacuimus est quae tragediam nomine Chryses fecit. Chryses autem sacerdos Apollinis fuit, & Chrysendis pater: quam raptam quum patri non redderet Agamemnon, Apollo pestilentiam in Graecorum misit exercitum. Eandem loquendi consuetudinem censoria tabula monstrant, id est, commentarij & literarum censorum, in quas referunt cinium nomina, & singulorum censum. Sunt & censoria tabula, quibus ignominiosi notantur, in quos a censoribus subscriptum est. In iis legit Cicero fabrum & precium: vnde praefectum fabrum dixit in oratione pro Murena, non ausit fabrorum dicere, neque procorum, neque duorumvitorum, neque triumvitorum, neque decemvitorum: sed hanc perpetuam consuetudinem seruet, duumvirum, triumvirum, decemvirum. Pro Rabirio, Hic popularis a duumviris iniussu vestro ciuem Romanum capitum condemnari coagit. In Seruilium Rullum, Sequitur omnes agros extra Italiam cognitos decemvirum. Ibidem, Decemvirum satellitibus agri Capani possesso tota tradetur. Caesar de bello civili, commentario. I. Quod aurum aduexerat Domitius, atque in publico deposuerat, allatum ad se ab duumviris Corfiniensibus, Domitio reddit. Ibidem, Reducitur ad eum deprehensus in itinere Ca. Magius Cremona praefectus fabrum. Duumvirum iudicium ab rege tertio Hostilio constitutum est in caput M. Horatij postea fuerunt duumviri qui perduellionis diem ad populum dicerent, & mortis pena reum agerent. Alij sunt duumviri, de quibus nihil est dicendum in praesentia. Triumviri capitales curam gerebant carceris, neci destinatis incumbebant, de criminibus ipsi aliquando cognoscabant ad columnam Mœnia. Decemviri, quum

prætores ad bellum munia ab urbe auocarentur, ne iudicia Romæ decessent, litibus iudicandis præficiuntur. Alij fuere triumviri et decemviri in aliud tempus relinquendi. Ne, quod minimè volumus, aberrare videamus, duorum et duum posse dici ostendit Accius: integrum ponit nomen duorum in hoc senario tragicò,

*Vide sepultra dua duorum corporum.*

Concidit in hoc carminis fragmento, *Mulier vns duum virum.* Dua vetusto more dixit. *Quintilianus barbarismum esse censet: Quid inquit, quod quædam que singula proculdubio vitiosas sunt, iuncta sine reprehensione dicuntur? Nam duo et tres et pondo diuersorum generum sunt barbarismi, at duapodo et trepondo usq; ad nostram etatem ab omnibus dictum est, et recte dici ab Messala confirmat. Hac ratio componendi videtur ostendere dua veteres ut scâna dixisse. Et illud quidem verum est. Est autem verum, lege communis et preceptione formatum, ut duorum virorum, non est verum duumvirum. Sed aliis ita loquimur, ut concessum est, et varia consuetudo permittit, ut probatum, et deorum sine virtute dicimus. aliis ut necesse est, hoc est, ut lex et norma loquendi sine exceptione iubet, ut numerum dicimus, non numerorum. Pro Sexto Roscio, *Duobus milibus numerum sese dicit emisse. Sestertiū, pro Roscio Comædo frequentissimum.**

*VICTOR.* *Nam pro deum) Deum pro deorum factum est. Ita credo.) Pulchra ironia. Recte, inquit, isti corrigit: quia inscrita quadam hoc veteres facilitauere. Patris mei meum factum pudet) Pro meorum factorum, per concisionem. Sed, ut isti volunt) Qui se antiquitatem correclituros arbitrentur imperiti. Alter in Chryse) In fabula quæ ita inscripta est à Chryse patre Agamemnonis amice, quæ Chryseis dicta. unde inter Achillem et Agamemnonem grauisima orta contentio: unde et Homer tota Ilias emansuit. Maiorum meum) Pro meorum.*

*Consilium socij) Pro consiliorum. Augurium atque extum) Pro auguriorum, et extorum.*

*Prodigiūm, horriserūm portentūm) Pro prodigiorum, horriserorum portentorum. Armum iudicium) Pro armorum. Quādū) Pro quantum. Censoriae) A censoribus condite tabule.*

*Dico nunquam) Quoniam syncopis potius veror: utpote concinnius ita me loqui ratus. Dua duorum corporum) Ita Quintilianus recte dici duapondo, et trepondo putat. Duum virum) Pro duorum virorum. Quid verum sit intelligo) Id est, noui equidem quid recte ducatur, ut ipsa me iubet loqui analogia: sed malo sermonis leporem sequi.*

Quid quodd sic loqui, nosse, iudicasse, vetant: nouisse iubent, & iudicauisse? quasi vero nesciamus in hoc genere, & plenum verbum recte dici, & imminutum usitatè. Itaque utrumque Terentius, *Eho tu cognatum tuum non noras?* Post idem, *Stilphonem inquam noueras.* Sicut, plenum est: sit, imminutum, licet utare utroque. ergo ibidem, *Quām chara sintque, post carendo intelligunt, Quāmque attinendi magni dominatus sient.* Nec vero reprehenderim, *Scripsere alijs item: & scripserunt esse verius sentio: sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.* Idem campus habet, inquit Ennius: &c, *In templis isdem, probauit: at eisdem erat verius, nec tamen eisdem, opimius: male sonabat iisdem.* Impertratum est à consuetudine, ut peccare suavitatis caussa liceret: & post meridianas quadrigas quām postmeridianas libentius dixerim, &

## M. T. C I C E R O N I S

me Hercule,quàm me Hercules. Non scire quidem barbarum iam videtur,nescire dulcius.Ipsum meridiem,cur non medidiem? credo quòd erat insuauius. Vna præpositio est abs, eaq; nunc tantum in accepti tabulis manet,nec his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Nam amouit dicimus, & abegit, & abstulit: vt iam nescias, ábne verum sit, an abs. *Quid si etiam abs fugit turpe vi-*  
*sum est?* & abser noluerunt, aufert maluerunt? quæ præpositio preter hæc duo verba nullo alio in verbo reperitur. Noti erant, & nauui, & nari, quibus cū In præponi oporteret, dulcius visum est ignoti, ignauí, ignari dicere, quàm vt veritas postulabat. Ex vsu dicunt, & è Repub. quòd in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi literam sustulisses: vt exegit, edixit, refecit, retulit, reddidit, adiuncti verbi primam literam præpositio commutauit, vt subegit, summutauit, sustulit.

*S T R E B A E V S.* Arguit eos qui non minus in concisione verborum quād nominū serō iam emendant antiquitatem. Iſi ſic loqui, noſſe, iudicaffe, facta syncope, veſtant: nouiſſe iubent & iudicauiſſe. Hīs, vt vult Quintilianus, permittamus & audiuiſſe, & ſciuiſſe, & tribunale, & faciliter dicere. Idem centum milia num̄, & fidem deūm, ostendant duplices quoque ſolēcismos eſſe, quando & caſum mutant, & numerum. Nefiebamus enim, ac nō conſuetudini & decori ſeriebamus, ſicut in plurimis quā Tullius in Oratore diuine, vt omnia, exequitur. Haec tenus Fabius. Certè nouiſſe & noſſe recte dicimus: iudicauiſſe & iudicaffe, non malē. Vtrum verò dicendum ſit, aures confalendae ſunt in periodi comprehenſione, at in verſu legi carminis inferuēdum. Ergo Terentius in Phormione, noueras, plenum, & noras imminutum, eodem in loco dicit, Echo tu cognatum tuum non noras? in Terentio ſobrinum tuum legitur. Pōſt idem poeta, Stilphonem in qua noveras? Eodem modo ſiet plenum eſt verbum, ſit autem imminutum conciſumque ab illo ſiet. Licet utare utroque. Ergo ibidem, id eſt, in eodem loco poete cuiuſiam, non illius Terentij, utrunque uſurpatur his duobus ſenariis.

Quād chara ſint que, pōſt caretendo intelligunt:

Quāmque attinendi magni dominatus ſient.

Nec verò Tullius reprehenderit ſint & ſient, nec ſcripſere atque ſcripſerunt. alij quidem verbum ſcripſere dixerunt, quod aliquando melius eſt in contextu orationis, ſi verbum proximum dicit initium à litera consonante: Subiere pedites, Denenere locos. Vtimur & in vocaliū concurſu, vt Conſticuere omnes, Tenuere arcem Sabini. ſcripſerunt autem verius eſt, quia legi verborum, non indocta conſuetudini paret. Non defuerunt qui verbum ſcripſere ad duos modū pertinere existimaret, quia numeri dualis eſſet, ſcripſerunt autem pluralis: quod Quintilianus redarguit exemplis. Nec enim præceptis inhærendum pertinaciter: quin potius conſuetudini, quæ auribus indulget, ac licentiam concedit, obsequendum. Quemadmodum nouiſſe & noſſe dicimus, aut pro metri neceſſitate aut pro ratione periodi: ſic eisdem & iſdem variare poſſumus. Rectus eſt caſus, idem, compositus ex duobus corruptis, & demum, in qua compositione, ſuauitatis gratia, litera ſaufertur, attamen aures in eo caſu non magis repudiabant iſdem, quād in plurali vel datiuo vel ablatiuo, vbi dixit Ennius iſdem: ſed ille ex conſuetudine dixit idem singulariter in hac penthememeri verſus heroici,

*Idem campus habet. Quum vero p̄cepti ratio constitueret in ablativo casu plurali aut eisdem, aut iisdem, neutrum probauit Ennius, sed idem maluit, id quod singularis ille rectus erit, et dicitur igitur, in templis idem, pro eiusdem, vel iisdem. Nam si genitius est eius, dempta posteriore syllabâ datiuus est ei, ut utrius utrius illi. Huic datiuo similis est rectus pluralis ei, ut illi, neutri, cui si iungas litteram, tum pluralis datiuus sic erit, illis, neutris, eis, ergo ab illo genitio singulari eiusdem, verus est datiuus eiusdem, non iisdem. Nam hic nominatiuus is, si litera non mutet in obliquo, ut ea que recte flectuntur, creabit genitium non eius, sed ius. Huic erit datiuus ij, hinc positio nominatiuus pluralis ij, ex illo sicut iisdem, non iisdem. Quia ratione motus Priscianus, ut opinor, verum putauit esse nominatiuus pluralem ij. Verba sunt eius, Regula exigit per duas ij, vel per e et i, tam nominatiuum pluralem masculini, quidam datios et ablativos omnium plurales scribi, id est, eiusdem vel iidem, et iisdem vel eiusdem. Iuuenalis. Implet, et ad mochos dat eiusdem ferre cinedis.*

*Hac ille. Addit, Solent autem authores etiam per synæresin unam i ponere pro duabus, ut urbem Pataui. Hic datiuus est iisdem ab Ennio lectus, et ex illo contractus, iisdem. Reliquit et alterum eque verum, eiusdem, qui non erat opinior et pinguior, sed eque siccus et facilis, atque datiuus hic meis, unde colligitur artem consuetudini atque rationi. Verba Ciceronis hoc modo legenda sunt, Idem campus habet, inquit Ennius: et in templis iisdem, probauit iisdem: at erat verius, nec tamen opimus, eiusdem, male sonabat iisdem. Verborum facilis erat intellectus, nisi opinantium controversia omnia corrupserint. Nec deerunt qui suas tenebras velint, non quae preferimus lucem.*

*Imperatum est a consuetudine loquentium, ut peccare in artem p̄ceptumque, suavitatis causa liceret. Verum est postmeridianus, suavius est pomeridianus, quia durius concurrunt tres littere consonantes, ergo dicebant pomeridianas, non postmeridianas quadrigas, qua curuli cereamis in Circo a meridie currebant. Hoc ex Cicerone Quintilianus assumit, his verbis, Inde belligerare post meridiem. Me Hercules ex arte et ratione dicendus est, quoniam subauditur aut iuuet, aut amet: author est Sex. Pompeius. Sed enim postrema litera expugnatur, ac me Hercule vulgo pro me Hercules usurpat. Cicero pro Roscio, Non me Hercule verbū fecisses, si tibi quenquam responsurū putas- ses. Dicimus etiam me Hercules. Non scire, iam barbarū videtur, usque adeò excusat, propterea quod n et s asperè cōcurrunt. Nescire molliter dicimus. Medidū pro die medio non dicimus, sed meridiē, ut Tytiden, non Tydiden. Nam duabus in syllabis adiunctis repetita litera d durius auditur: quod et alius accedit, ut momordi, totundi, murmur, bibebam. Ex tribus præpositionibus abs, ab, a, una vera et antiqua incorrupta q; est, abs: duæ reliqua ab, et a, detractis literis inde factæ sunt, usque meruerunt frequentiorē. Abs enim, si Ciceroni credimus, tantum in accepti tabulis manebat, id est, iis commentariis quæ Regesta vocat, ubi accepta et expresa memoria causa notari solent: ut, Accipit abs Quintio seftertium duo milia: abs Tito Roscio tria milia. Abs apud Terentium reperies, Abs quius homine, quū est opus, beneficium accipere gaudes. Et alibi: Ego dudu nō nihil veritus sum. Date abs te. Hinc grāmatici p̄cipiūt abs præpositionē dari oportere verbis incipiētibus ab illis literis quæ prime sunt in quolibet, et Tito Cicero de lingua sui temporis, non autē priorū locutus est. Sed et ipse dixit abs, in Divinatione, nec semel dixit, imitatus veteres. Et quū tantū manere dicit in tabulis accepti, aliquādo r̄sitata fuisse ostēdit. Ex illa cōponitur, amonit, duab litteris abiectis, quoniam mouit initium ducebat a consonante. Abegit, propter vocalem duas retinet litteras a b. Abstulit integrā seruat præpositionē, quoniam f et e quadā familiaritate iunguntur, inde pulsare pro pulsa- re. Abfugit, turpe et auribus fœdum visum est, et abfer eodem modo. Absuerunt igitur veteres aufugit et aufer: quæ præpositio, id est, quæ præpositionis mutatio, aut quæ syllaba præposta, præter hanc nullo alio in verbo reperitur. Transit igitur in u literam, quæ quā vim confonan- tiis habet, magna cum b affinitate coniungitur, adeo ut et Gracum et nostrā confonans penē audiat- tur. Notierant, et nūi, et nari, sene g litera, quā multi scriptitānt gnōti, gnāui, gnari, quos*

## M. T. CICERONIS

quidem supra ratione & auctoritate Ciceronis arguebamus, & nunc in Lucretianis codicibus antiquis scriptum reperitur nauiter: Quoniam nec plenū nauiter extat, Nec porrò vacuum. In compositione dulcissimum est ignoti, quād innoti, ignavi, quād innani, ignari, quād innari: qua de re cessit id quod veritas postulabat. Nauus est industrius, alacer, strenuus. Nauus bene sciens & peritus. Ex usu dicimus integra prepositione. Terentius, Si ex usu esset nostro hoc matrimonium, id est, utile esset. E Republica sepius quād ex Repub. ut apud Terentium, E re tua. Ausertur enim litera quae natura sit a superiori annexa consonanti. Dicimus igitur exegit, quia vocali suscipitur. Edixit & corrupto & integro est, quād ex ante d consonans afferat ponebatur. In verbis refecit & retulit, nihil est inmutatum, propterea quād aures nihil afferunt sentiebat. Reddidit autem nimis leue & tenue effluerebat, itaque ad robustiorum sonum adiuncti verbū, hoc est, in cōponendo secunda sedē positi, primam literam prepositio mutauit: quae mutatio loci est & ordinis. Elementum siquidem natura tertium, in quartam recicitur sedē. Non aliter & prepositio sub, aut integrā manet, ut subegit: aut corrumptur in aliam, ut summutauit, sustulit. Posterioris verbi partes erunt sub & tulus, non sus & tulus, ut imperitiores existimarent. Nihil te moueat, si diversa ponit exempla, quum probare vult & propositiones, & verba mutari nō pro veritate, sed aurium iudicio. Hęc autem verba intericta, Adiuncti verbi literam prepositio commutauit, ad unum verbum reddidit, non ad alia pertinet. Sensus est igitur, Exegit, edixit, refecit, retulit, dicimus ad aurium iudicium: Reddidit, adiuncti verbi primam literam prepositio commutauit, ut subegit, summutauit, sustulit, non uno modo dicimus.

**VICTOR.** Quid quād sic loqui nosse, iudicasse vetant? Ideo vetant: quia concisa sunt, integra. Nec verbū reprehenderim, Scripsere) Hęc verba dualis esse numeri, more Græcorum aliqui crediderunt: quos ipse quoque inscitiae coarguit Quintilianus inquietus: Quanquam fuerunt quę nobis adiscerent dualē, scripsere, legere, quod denitādē afferat, gratia mollitum est: ut apud veteres pro malè mereri, male merere. Ideoque quod illi vocant dualē, in illo solo genere consistit: cūm apud Græcos, & in tota verbū fere ratione, & in nominibꝫ deprehendatur, & sic quoque narrissimus eius sit usus: apud nostrorum verò neminem hęc obseruatio reperiatur, quin ē contrario, Deuenere locos: &, Coticuere omnes: &, Confedere duces, aperte nos doceant nihil horum ad duos pertinere: Dixere quoque (quanquam id Antonius Ruffus ex diuerso ponit exemplum) De pluribus patrōnis præco pronuntiet. Titus verò Linius circa initia statim primi libri, Tenuere, inquit, arcem Sabini: & mox, In aduersum Romani subiere. Sed quem potius ego, quād Marcum Tullium sequar? qui in Oratore, Non reprehendo inquit, scripsere, scripserunt esse verius sentio. Eisdem erat verius) Nam componitur ab is, & demum, Prisciani testimonio. Cur non medidim? Cūm à medio, & die factum sit. Prater hęc duo verba) Nam (d) prepositio, nunquam in a mutatur: præter quād in aufero & aufugio. Noti erant, & nauis) Nauus, prudens est: unde nauiter, prudenter. Ex usu dicunt) Quod significat ferre utile. In altero) Si dicas ex Republica, effet afferat.

Quid in verbis iunctis? quād scitē insipientem, non insapientem? iniquum, non inæquum? tricipitem, non tricapitem? concisum, non cōcēsum? Ex quo quidam pertisum etiam volunt, quod eadem consuetudo non probauit. Quid verò hoc elegatius, quod non sit natura, sed quodam instituto? inclitus dicimus breui prima litera, insanus producta: inhumanus breui, infelix longa. & ne multis, quibus in verbis ex primæ literæ sunt, quæ in sapiente, atq;

felice, productè dicitur: in cæteris omnibus breuiter. itemq; compo-  
suit, consuevit, concrepuit, confecit: consule veritatem, repre-  
hendet: refer ad aures, probabunt. quære cur. ita se dicent iuuari: vo-  
luptati autem auriū morigerari debet oratio. Quin ego ipse cùm  
scirem ita maiores locutos esse, vt nusquam nisi in vocali aspira-  
tione vterentur, loquebar sic, vt pulcros & Cetegos, triumpos,  
Cartaginem dicerem: aliquādo, idque serō, conutio aurium cùm  
extorta mihi veritas esset, vsum loquendi populo concessi, scien-  
tiā mihi reseruaui. Orcinios tamen, & Matones, Otones, Cæpio-  
nes, sepulcra, coronas, lacrymas dicimus, quia per aurium iudi-  
cium semper licet.

*Id est, cù populo  
locutus sum.  
Arist. in Top.  
loquendū vt plu-  
res, sapiendum  
vt pauci.*

*S T R E B A E V S.* Prepositiones, vt nomen ipsum indicat, anteponuntur in compositione, hic ergo iure primas obtinem: secundas autem verba quæ præpositionibus adiunguntur. Sit igitur locus alter de verbis adiunctis, quæ ex ipsa mutantur, vt quum dicimus insipientem, iniquum, concisum, tricipitem: quia durius audiuntur, insipientem, iniquum, concisum, tricipitem. Id facile iudicant aures. Iam quia tæder tæsum, vt cædo cæsum creat, fuerunt qui analogia ducti pertæsum vellent, non pertæsum, vt concisum non concasum: quod eadem consuetudo indulgens auribus non probauit. *Virgilius in quarto.*

Si non pertæsum thalami tæda que fuisset.

Quid verò hoc eleganterius, hoc est, auditu incundius, quod non sit natura, sed quodā instituto, id est, doctorum iudicio, probata consuetudine? In, præpositio composita cum verbis sanus & felix, & elius omnibus quæ primas literas habent easdem, vt cœsium, consuerit, confusio, conficit, producuntur: dicuntur: cum reliquis autem breuiter, vt inclitus, inhumannus, compositus, concrepuit. Hic, vt supradictum, Cicero verba præteriti temporis personæ tertia legit tanquam venustiora, fugitque nomina singularium literarum, quibus nimium attenuatur oratio: nec sequitur illam grammaticorum superstitionem, qui verba pro vocibus ipsis usurpata declinare non audent. Sed redeamus ad rem. *Aulus Gellius capite 17. lib. 2. commemorat hæc Ciceronis obseruationem.* nec quid voluerit, exponit, quia (vt opinor) intellectu facile iudicabat. *Hoc enim vult Cicero, in particulam distinxit in lingua & pronunciatione retineri, quando sequuntur hæ literæ s & f, quia tum duorum temporum sit: breuius autem expediti & enunciati, quum vocales aut consonantes aliae insequuntur, quia tū sit unius temporis.* Id igitur totum possum est in pronunciatione: quæ si incorrupta integrâ maneret, omnium syllabarum quantitatorem auditu nosceremus. Frustra refertur ad accentum. Nā in sanior primam producit, vt insanus, nec accentum recipit in quartam à fine syllabam. Et insanus circunflexit medium, quemadmodum & infusus. Non debet etiam referri ad metrum, ac poeticum versum. Etenim verbum compositum, primam quodam instituto corripit in oratione. Eandem poeta nū quam corripies in numero metiendo, non magis quam quiesco, cuius media correpta dicitur auctore Gellio. Ergo si neque istuc est eminentioris accentus, neque poetici versus superest ut sit in ea more quæ trahimus in proferenda syllaba: quod ex Tullius indicat his verbis. Producitè dicitur, ac breuiter. Quid enim est productè dici, atque breuiter, nisi plus minusve mœra trahi in pronunciando: testaturque non id natura fieri, sed quodam instituto pronunciandi. Consule, inquit, veritatem, reprehendet, si in particula contra naturam duarum consonantiū corripitur. Refer ad aures, probabunt. *Cue-*

# M. T. CICERONIS

Ita quia sic iuantur. Voluptati autem aurium morigerari & subseruire debet oratio. Quum dices igitur, Composuit, & que breuiter expedi primam, atq; ab ultima secundam, non habita ratione positionis ac nature. Consecit, ac si coonsecit scriberetur, producendo enuncia. Sunt qui putant dicendum ictyus n litera sublata, & Gellium id confirmare: quod quidem non facit. Cooperatus, coligatus, conexus, producere dicuntur, inquit, quoniam eliditur n litera. De tribus his verbis locutus est, non de reliquis ante numeratis. Incidi in quosdam, qui nescio quid subtilius abstrusiusque latere suspicabantur. Disimulabant, opinor, superborum more, qui, si quid probet dicas, nolint tamen unquam facteri, nequid a te didicisse videantur. Pariant illud, quod conceperem melius: nos autem propositum sequamur. Consuetudo & usus aspirandi veteribus Romanis fuit, ut nusquam nisi in vocali aspiratione veterentur, ut homo, inhumanus, vehicula, traheret. Hanc veluti legem fecutus Cicero reclamante populo dicebat sine aspiratione pulchos, Cetegos, triumphos, Cartaginem, & cetera id genus. Aliquando tamen, idque sero, quum veritas, id est, vera loquendi ratio extorta esset homini aurium conuictio, hoc est, auribus ipsius indignantibus, & tacite conuictantibus illa sicciora duriora: senecti, tum coepit ire per viam publicam, & cum populo dicere pulchros, Cethagos, triumphos, Cartaginem: que nunc quoque scribendo seruamus aspiratione mollita: sed ut plerisque pronunciatio est, aspiratione non auditur. Crassius igitur paulo ch. ph. eb. quemadmodum θ φ χ proferenda sunt, que tres literae mutae apud nos recipiunt aspirationem. Oper a precium est autem animaduertere que sit huins viri sententia. V si, inquit, populo concepsi, scientiam mihi referuau. Ex arte preceptisq; scientia comparatur, à qua si loquendi consuetudo dissentit, sum censem consuetudini potius & auribus quām scientiae parendum. Per aurium iudicium circa aspirationem dicere licet Orcinios, Matones, Ottones, Capiones, Sepulcra, Coronas, Lacrymas: que si quis aspirando proferat, hunc Cicero non improbat, propterea quod se recentiorum consuetudine tueatur. Haec autem nomina septem Cicero scripsit hic sine aspiratione, quod eius verba demonstrant. Paulò autem extortam sibi veritatem dicebat aurium conuictio, ideoq; cum populo vti aspiratione: nunc per aurium iudicium lucere Orcinios pronunciare: in iis ergo sequi veterum morem. Orcinius autem, ut u quantum sit elementum, non Orcinius legimus, ut in oratione pro Cluentio. Nuper apud C. Orcinium collegam meum locus ab iudicibus Fansto Sylla de pecunis residuis non est constitutus. ubi multi codices habent Orchiniū: quod, ut ante dixi, Cicero non improbat, sed Orcinum, inquit, dicimus, quia per aurium iudicium semper licet Matonis nomen est apud Martiale. Parua roga magnos sed nō dant haec quoque magni: Vt leuius pudeat, iā Mato parua roga. Item apud Luuenalem, Causidici noua quum veniat lettice Matonis. Recentiores semper aspirant: quod vtiq; non fecit Tullius. Inter Ottones is fuit qui legem tulit de quatuordecim ordinibus. Inter Capiones is qui missus in Cimbros exercitum emisit. De aspiratione Fabius his verbis, Aspirationis ratio mutata cum temporibus est saepius, parciens ea veteres usi etiam in vocalibus, quum ados ircoisque dicebant. Diu deinde obseruatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in Gracis & triumphis. Erupit brevi tempore nimius usus, ut chorone, chenturiones, præchones adhuc quibusdam inscriptionibus maneat. Qua de re Catulli nobile epigramma est, Chommoda dicebat, si quando commoda vellet.

Dicere, & insidias Arrius his fidias.

**VICTOR.** Ex quo quidem percisum) Vult ergo percisum dici. In ictyus dicimus breui prima litera) Non quia in positione producatur, sed voce breui dicatur. Quatuor enim modis syllaba breuis vel longa dicitur: cdm breuis vel longa est, in verso accipimus: cū natura, quale est cū Seruius inquit, Troiā primitiū corrip̄, deriuatiū producit: cū vocem non modō flexā, sed etiam acutā (quod plerung; fit) in breui habet syllaba, ut sepe veteres loquuntur Grammatici: & cū in pronunciatione, vocis moram attribuimus, vel celeriter procurrimus: ut hic, Cuius rei Aulus Gelius, Quintilianus, Scruius, Diomedesque meminerunt, ubi & Ciceronis testimonium afferunt.

Purrum semper Ennius, nusquam Pyrrhum. Vi patefecerunt Fruges, non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Gr̄cam literam adhibebat, nunc autem etiam duas. & cùm Phrygum, & cùm Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Gr̄cam literam adhibere, aut recto casu solùm Gr̄cē loqui: tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium caussa dicimus. Quinetiam, quod iam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborū, quorū eadem erāt postremæ duæ literæ, quæ sunt in optimus, postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poëtæ noui. Ita enim loquebamur, Qui est omnib⁹ princeps, non omnibus princeps. &, Vita illa dignū locoq̄e. non dignus. Quòd si indocta consuetudo tam est artifex suavitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari putamus? Hæc dixi breuius, quām si hac de re vna disputarem (est enim hic locus latè patens de natura vsuq̄e verborum) longius autem, quām instituta ratio postulabat. Sed quia rerum verborūmque iudicium prudentiæ est: vocum autem & numerorum aures sunt iudices, & quòd illa ad intelligentiam referuntur, hæc ad voluptatem: in illis ratio inuenit, in his sensus artem. Aut enim negligēda nobis fuit voluptas eorū, quibus probari volebamus: aut ars eius cōciliandæ reperiēda.

**S T R E B A E V S.** Ennius Pyrrhum Purrum dicebat aspiratione detrac̄ta, literaq̄ mutata: & Phryges Fruges, ut hic, Vi patefecerunt Fruges. In quo literā Gr̄cam q̄ mutatur in nostram virtutis eiusdem. Nec enim veteres literā Gr̄cam q̄ aut u adhibebat. Nunc autem etiā duas illas Gr̄cas adhibemus, quū Phryges dicimus. Veteres hanc rationē secuti videntur, Latinos casus nō Gr̄cis decere scribi literis, sed suis: genitiū Phrygum, datiuūq; Phrygibus esse casus tantū barbaros. i. peregrinos ac Latinos: Phrygū & Phrygi Gr̄ci dici. Quod digitur obliqui Romanas habere debeat literas, & ab eis rectius casus dissentire non debeat, arbitrii sunt casus omnes signandos esse notis Latinis, hoc modo, Fruges, Frugū, Frugibus: nō Phryges, Phrygū, Phrygibus. Quū Phrygum, inquit, & Phrygibus dicendū esset aliter atque Gr̄ci loquuntur, absurdum videbatur antiquis, casibus his tantum Barbaris, id est, non Gr̄cis (nam quondam præter Gr̄cos, omnes habiti sunt Barbari) Gr̄cam literā adhibere: aut si Romana litera notarentur obliqui, recto casu solūm Gr̄cē loqui. Quām rationem repudiant aures, & Phryges & Phrygū malunt quām Fruges & Frugum. Veteres idem elidebant s in fine verborum, ut infantib⁹ paruis, falcib⁹ ramos, digni loco, quod policū & elegans habebatur, postea cœpit haberi subrusticum. Qui est omnib⁹ princeps, finis est heroici versus. Qui sequitur, est Lucili⁹ Satyrici poetae, in consumeliam Samnitium. Citat eum Tusculana secunda, Samnus, spurcus homo, vita illa dignū locoq̄. Lucretius, Nam fierent iuvenes subito ex infantib⁹ paruis. Haec nus de natura verborum, atque iunctura, quam debet ars & doctrina seruare, quum videat indoctorum consuetudinem tantopere studere suavitati-

## M. T. CICERONIS

Hec, inquit, dixi breuius, quām si hac de re una solāque disputarem. Est enim hic locus latē patēs de natura vsuque verborum, de quo veteres, ut Marcus Varro, sotis scripsere libros. Nam quia de vocibus & numeris dicturus est, quid res & verba differant à sonis & numeris, ostendit. Rerum, id est, sententiarum, & verborum iudicium, prudentiae est. Prudens quid, & quomodo dicēdū sit, video. Vocum & numerorum aures sunt iudices: voces & numerorum concordia cadunt in aurem. Illa ad intelligentiam, id est animi vim intellectūmque referuntur: hæc ad voluptatem. In illa ratio, animisque consilium: in his sensus aurium inuenit artem. voluptas auditorum quærenda videbatur oratori, quoniam alia ratione satis probari non posset.

VICTOR. Purum semper Enius) Nam non y Greca litera veteres vtebantur sed pro ea u ponebat. Quod ex Plautina fabula, quæ Amphitruo inscribitur, licet etiam intueri, nam cūm nomen fabula ex argumenti primis versū literis significare Plautus consuevit, in hac dictione pro y Greca litera u posuit, cūm inquit, Vterque delūluntur dolis, mirū in modum. Phryges) Quia phryx, non Phryx dicebant. Nunc & duas) Quoniam ipsa aspiratio Greca est post consonantes, ubi Grece litera aspirata correspondet. Barbaris casibus) Est siquidem Phryx barbarum.

Postremam literim detrahebant) Scilicet, in Lucretianis versibus adhuc inueniās frequentissimè factum. Qui est omnib' princeps, non omnibus) Vt nunc. Quid ab ipsa tandem arte, & doctrina postulari putamus) Hoc dicit. Cūm imperita multitudo hanc auribus suauem inueniret pronunciationem, quid nos facere parēst, qui ab ipsa doctrina exculti, & politi debemus ita longe melius, sicut possumus, hæc adhibere? In his sensus artem) Sensus exterior, qui aurium est.

Voluptas eorum) Qui nos audiunt, à quibus probari desyderamus.

Secundus locus  
de structura orationis.  
Duæ sunt igitur res quæ permulceant aures, sonus, & numerus. De numero mox: nunc de sono querimus. Verba (ut suprà diximus) legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non, ut poëtæ, exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. Qua pontus Hellenes superat modum. At, Auratus aries Colchorum, - splendidis nominibus illuminatus est versus: sed proximus inquinatus insuauissima litera infinitus, Frugifera & ferta arua Asia tenet.

Quare bonitate potius nostrorum verborum vtamur, quām splendore Græcorum, nisi fortè sic loqui pœnitet. Qua tempestate Paris Helenam, & quæ sequuntur, immò verò ista sequamur, asperitatēmque fugiamus, Habeo istam ego perterrificram. - Idémque, Versutiloquas malitias.

STREBÆVS. Collocationem partitus erat in iūsturam & voces, in concinnitatis ordinem, in numerosam comprehensionem. Hic est locus iuncture finitimus de vocibus, atque verborum sono. Verba legenda sunt potissimum bene sonantia, non illa nimis exilia, non horrida & aspera. Sed alius est delectus poetis, aliis oratoribus. Poetae verbis vtuntur exquisitis ad sonum, nec tam eorum proprietatem quām sonitum spectant, vt,

-Vasto rex Aeolus antro

Luctanteis ventos, tempestatisque sonoras

Imperio premit, ac vincis & carcere frenat.

Oratores autem verba sumunt de medio, hoc est, omnibus usitata, non tamen insuaia, humilia, sordida, obstena. Ea sic electa, junctura numero que vinciuntur: ut, Si innocentis existimari volamus, non solum nos abstinentes, sed etiam nostros comites præstare debemus. Hic verba propria sunt sonantia, de medio sumpta, non tamen ad sonum strepitumque poeticum quas sita. Splendidius aliquid ac sonantius affectant poetae, ve,  
 Qua pontus Helles superat modum,  
 Auratus aries Colchorum,  
 Frugiferet ferta arua Asia tenet.

Versus Anapæstici de tragœdia Latina, que non extat, quorum duo priores splendidissimis nominibus eluentur. Tertius est inquinatus insuavisima litera, que de nare canina sonat. Idem quoque insitus est versus, quod non excent in suum finem verba, sed alii implicantur, ut fit in vocalium concursione. Asias autem genitius Græcus, non magis est repudiandus quidam familias, in his, paterfamilias, materfamilias. Nec probandi sunt, qui causæ levitate permotis, locos invertunt, alia verba commutant, alia tollunt, alia detruncant, quod hic facere conati sunt. Poetae Latini verba Græcorum usurpat libenter ad splendorem sonitumque magnificentem, ut Hellen, Colchos, Asias, urbiū, montium, lacuum, fluminum, hominum, deorum, rerum etiam nomina quod parcus faciunt oratores. Bonitate potius nostrorum verborum utendum est, quem splendore Græcorum. Ne paeniteat nos usurpare quædam propemodum poetica, ut tempestatem pro tempore, de quo sic agit tertio de Oratore. Habet etiam in oratione poeticum aliquid verbum dignitate nonne enim illud fugerim dicere, ut Cælius, Quæ tempestate Poenus in Italiam venit. Cælius Antipater sic ducit initium belli Punici, de quo viro postea facit mentionem. Hoc vero libro scriptum est, Quæ tempestate Paris Helenam, an sit alterius historie principium, an idem hoc in libro corruptum, quia dubium est, non equidem volo ferre sententiam. Nec istuc est sut negligencie, aut ignorantie nostra, sed temporis. Accusanda maiorum negligentia, qui tot tantisque clarissimorum quidam virorum labores sic aboleuerunt, ut vix modò nomina supersint: tot reposuerunt nomina nugalia, ut bibliothece pondere barbarica grauentur, et officinae. Non ideo tamen aliquid edificandum non est, si nobis instrumenta veterum defunt, nec si non possumus omnes omnia, relinquendum quod possumus. Verba sonantia, propria, suavia sequamur, afferitatem fugiamus, ut perterritrepam vocem, que increpando terret: versuiloquæ malitiae, Versiculus est tertio de Oratore.  
 Num vis huius me versuiloquæ malitiae.

Legit Nonius Mærcellus, nisi depravatus est codex, An num non vis huius me versuiloquæ malitiae. Multa apud M. Plautum repertus eiusmodi, que non admittit Orator. Tullius autem quod hic precipit, ubique ferè seruauit, ut quantum posset Græcorum verba fugeret, ut illa grandia et sesquipedalia ne venaretur, apera vitaret, subrica ne prenderetur: usitatis, dilucidis, propriis, bene sonantibus, iusta magnitudine constantibus viceretur.

VICTOR. Sonus et numerus) Sonus quidem, qui in singulorum delectu est verborum: numerus, qui est in copula verborum. Superat Tmolus) Montem Cilicie, qui et Timolus (ve ait Plinii) prius dicebatur. Asias aruatenet) Genitius est Asias.

Nec solum componentur verba ratione, sed etiam finiuntur: quoniam id iudicium esse aurium alterum diximus. Sed finiuntur aut compositione ipsa, & quasi sua sponte: aut quodam genere verborum, in quibus ipsis concinnitas inest: que siue casus habent in exitu similes, siue paribus paria redduntur, siue opponuntur con-

## M. T. C I C E R O N I S

traria, suapte natura numerosa sunt, etiam si nihil est factum de industria. In huius concinnitatis consecratione Gorgiam fuisse principem accepimus. quo de genere illa nostra sunt in Miloniana. Est enim iudices hæc non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex natura ipsa arripiimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Hæc enim talia sunt, vt quia referuntur ad ea ad quæ debent referri, intelligamus non quaslibet esse numerum, sed secutum. Quod sit item in contrariis referēdis, vt illa sunt quibus non modò numerosa oratio, sed etiam versus efficitur. Eam quam nihil accusas, damnas. condemnas dixisset, qui versum effugere voluisset. Bene quam meritā esse autumas, dicis malè mereri. Id quod scis, prodest: nihil id quod nescis, obest. Versum efficit ipsa relatio contrariorum. id esset in oratione numerosum. Quod scis, nihil prodest: quod nescis, multum obest. Semper hæc quæ Græci *aīlē̄s* nominant, cùm contrariis opponuntur contraria: numerum oratorum necessitate ipsa efficiunt, & eum sine industria. Hoc genere antiqui iam ante Isocratem delectabantur, & maximè Gorgias, cuius in oratione plerunque efficit numerum ipsa concinnitas. Nos etiam in hoc genere frequentes: vt illa sunt in quarto accusationis. Conferte hanc pacem cum illo bello: huius prætoris adūetum, cum illius imperatoris victoria: huius cohortem impuram, eum illius exercitu invicto: huius libidines, cum illius continencia. ab illo qui cepit, conditas: ab hoc qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas. Ergo & hi numeri sunt cogniti etiam à Latinis.

S T R E B A E V S. Ventum est ordine ad secundum membrum partitionis, in quo concinnitas orbem suum conficit. non solum, inquit, componentur verba ratione, hoc est, arte quæ vultus illigat, & voces aptat bene sonantes: sed etiam finiuntur, id est, periodo concludentur ad aurum mensuram. Nam de clausula numero finita iudicant aures, quæ quod expletum est, si modò sunt eruditæ, sentiunt, & probant, imperfectum fastidiunt. Finiuntur aut compositione ipsa, & quasi sua sponte, aut quodam genere verborum. Hinc numerus est duplex. alter est figura verborum, quam dicit concinnitatem, alter autem ex ipsa compositione & colloquatione verborum, quæ artificiose constituta, non beneficio concinnitatis & figuræ, sed sua sponte natura que conficit orbem suum, de quo posteriore loco dicetur. Genus est quoddam verborum in quibus ipsis concinnitas inest, ea est elegans & incunda figura dictionis, ut similiter cadens, similiter desinet, paria peribus relata, & contraria. Hec sunt schemata quatuor numerosa suapte natura, etiam si nihil est factum de industria. Dicit aliquis, Quomodo alter ille numerus sua sponte finitur, & hic quoque suapte natura

cadit? Verunque sane verum est. Hic enim positus est in scheme, quod suapte natura cadit ad arium voluptatem: alter ille consonat è longis brevibusque syllabis, unde sunt rhythmici pedes, qui variantur alia & alia collocatione verborum. Est igitur is numerus in compositione ac collocatione. Aperte collocatio sua sponte numerose cadit. Hac est igitur natura digesta collocationis, illa figura & concinnitatis. In illius concinnitatis consecratione & quasi auctor Leontinum Gorgiam fuisse principem, supra dictum fuit. Necum sciebant illi veteres vocibus & numeris explere sententias, quod primus omnium fecit Isocrates, post illum Thrasimachum numeri inuentorem: sed, quod etiam rustic faciens, rhythmum quandam similiter excuntem, aut certum numerum syllabarum metientem delectandi gratia querebat. Talia sunt que proponit è sua Miloniana, in quibus reperies similiter eadentia, ut scripta, nata: docti facti: instituti, imbuti: quæ suavitatis aliquid habent, etiam si in medio collocantur. Reperies similiter desinentia, quæ terminant membrum, vel totam orationem: ut, Quam non didicimus, accepimus, legimus, hoc κώδις & membrum. Verum ex natura ipsa arripiimus, huius, expressimus, hoc alterum membrum eodem fine terminatum, quo superius. Extrema verba, Legimus, expressimus, similiter desinunt. Quatuor reliqua similiter cadunt. Reperies in eodem exemplo paria paribus relata, id est, parteis constantibus eodem propè numero syllabarum, nec enim enumerari debent, sed auribus expedi, ut, Non scripta, sed nata lex: non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti. In his omnibus non quæ situm numerum, sed secutum putes, quod quum remouisset unum, alterum necessariò videbatur esse reponendum. Sed tamen intelligat artifex, quot una periodo virtutes amplectetur. Idem pro Roscio Commodo, Quæ in rem hi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem & laudes & laudares, & virum optimum, & hominem improbusimum esse dices. Eundem tu & honoris causa appellabas, & virum primarium esse dicebas, & socium fraudasse arguebas: sed, ut opinor, laudem veritati tribuebas, crimen gratiae concedebas, de hoc ut existimabas, praedicabas, Cherea arbitratu causam agebas. Eodem modo in referendis contrariis etiam si numerus non queritur, tamen sua sponte sequitur, adeo ut non-nunquam versus imprudentibus nobis excidat: ut, Eam quam nihil accusas, damnas. Bene quam meritam esse autumnas, ducis male mereri. Nihil accusare, & damnare, repugnantia sunt. Bene mereri, male mereri, contraria. Cicero nomen contrariorum latius capie pro antithesis omnibus, quæ dicuntur oppositiones. Carmen est autem iambicum dimetrum hypercatalecticum, ex iambo, dactylo, spondei duobus & syllaba. Eam quam nihil accusas, damnas, quod si dixeris, Eam quam nihil accusas, condemnas, cum cadet species versus atque mensura, quia et si reperiuntur iambici pentametri, non tamen tot longis pedibus claudicant. Fuerunt qui primum verbum, eam, colliderent in unam syllabam, ut esset dimetrum acatalecticum, quod non probo: quoniam qui dixit haec verba, non versum, sed orationem voluit, nec verba sine ratione contraxit. Alter est versus iambicus trimeter, comicus, Id quod scis, prodest: nihil id quod nescis, obest: in quo contraria referuntur. ubi si dicas, Quod scis, nihil prodest: quod nescis, multum obest: sententia mutabitur quidem, sed erunt àr̄t̄ēta, & paria relata, quia syllabas sex, totidem excipient: nec erit ullum genus carminis, sed oratio ex concinnitate numerosa. haec duo exempla referi idem in Topicis de enthyemate ex contrariis concluso, quod propriè nominatur enthyema. Argutias eiusmodi querebant olim Gorgias & Thrasymachus iam ante Isocratem, qui primus, ut antè dictum est, mollioribus numeris complevit sententias. Gorgiae nomine circumfertur ἔνθη στυλεράθης ἐπωλεγόν, quam nonnulli putant esse Gorgiae iunioris. In ea concisi sunt numeri ac minuti, nullæ scilicet longiores periodi & verborum comprehensiones, ceterum multæ sunt concinnitates ex paribus relatis & conterariis, paucas adscribere non inutile putauimus: γέ τε βεληθὲς ἐδωδύλον ἦν, γέ τε δυσαύλος ἥβεληλον ἵπποχεῖν τοιότες. Neque si voluisssem, potuisssem: n̄ que si potuisssem, voluisssem talia conari. Ibidem, μάτ̄ οκείτε πρός ἵππον μήποτε πάρειμος πρός: οκείτον εἰλεύθιζε.

## M. T. CICERONIS

Fieri non potuit, quod ille neminem ad me misisset, & me ad illum nemo profectus esset. Ibidem, ἀλλὰ δὴ φίλος ὁ φίλος βελόνως, οὐ πολεμός βλάστιν, τὸς μὲν φίλος κακός ἐστιν, τὸς δὲ ἔχθρος ὁ φίλος. Etenim amicos iuuare, aut hostes ledere volens, amicos lēdebat, inimicos iuuabat. Ibidem, εἰ μὲν ἔμισθος, δὲ χαρά μορθούς: εἰ δὲ οὐ μορθούς, δὲ σοφός εἰ μὲν. Si sapiens sum, nihil peccavi: si peccavi, sapiens non sum. Cicero quoque in eodem genere frequēs, & in eo numerus non queri, verū sequi videtur, ut quarta actione in Verrem, quam Marcelli victoriam, qui Syracusas in ditionem receperat, cum pratura Verris, qui easdem Syracusas furtis afficerat, confert: opponit contraria, pacē, bellum: libidinem, continentia: condere, diruere. Quinque paria refert, quot illius periodi mēbra sunt.

**VICTOR.** Quæsiue casus habent in exitu similes) Quæ Homeoptota paulò ante diximus appellari. Siue paribus paria redditur) Quæ statim memorabuntur. Est enim iudicium hæc non scripta, sed nata lex) Scripta et nata, similes casus: et paria paribus correspondent.

Quam non didicimus, accepimus) Et quæ sequuntur. Sed etiam versus efficitur. Eam, quam nihil accusas, damnas) Dimeter est iambicus scazon (eam) pro una syllaba ponitur, ut sepe eo modo loquuntur poetae. Condemnas dixisset, qui, &c.) Quoniam una syllaba superat: sed tamen tales apud Tragicos, & Lyricos, præcipue Pindarum versus inueniuntur: nam Dimeter macrocatalecticus versus est. Sanè hac ipsa exempla et enthymemata à loco, qui dicitur à contrariis, ipse volens ostendere, in Topicis posuit. Benè quād meritam esse autumas, dicas malè mereri) Et hic Trimeter est scazon, ubi facta est conciso verbi autumas, pro eo dictumque autmas: suntq; omnia hæc interrogatiū legenda, ut enthymema fiat à contrariis. Id quod sci prodest: nihil id quod nescis, obest) Similiter Iambicus est versus trimeter, non quo Comici, Tragiique ritantur, sed Iambographi: siquidem apud comicos Iambus, & ad Iambi tardandam velocitatem Spondens adhibetur: ita ut non de sede secunda cederet aut quarta Iambus, & ultimus semper sit Iambus cum resolutione aliorum pedum, propter indifferentem enim ultimam, etiam Pyrrhichius in fine ponitur: et propter resolutionem Iambi ubique Tribrachus, ac per resolutionem spondei ubi Spōdeus, ibidem Dactylus, Anapæstus, & Proceleusmaticus. Quod sci, nihil prodest quod, &c.) Trimeter quoque hic Iambicus est. Numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt) Ideo non mirum dicit in arte poetica Aristoteles, qui ait Iambicum ideo metrum videri primò inuentum, quod plerunque ita loquimur, ut nescienter, imprudenterque in ipsum incidamus. In quarto accusationis) Subaudi, in Verrem. Quod qui non sentiunt) Quæ ferè sunt cum clausula minor est, quād ut uno possit spiritu pronunciari: aut planè ad syllabas ipsas reculit.

Tertius locus de numeris orationis & periodis.

Obiectio per subjectionem.

Genus illud tertium explicetur quale sit numerosæ & aptæ orationis. Quod qui non sentiunt, quas aureis habeant, aut quid in his hominis simile sit, nescio. Meæ quidem & perfecto completoque verborum ambitu gaudent, & curta sentiunt, nec amant redundantia. Quid dico meas? Conciones saepe exclamare vidi, cum aptæ verba cecidissent. Id enim expectant aures, ut verbis colligetur sententia. Non erat hoc apud antiquos: & quidem nihil aliud ferè non erat. Nam & verba eligeant, & sententias graueis & suaueis reperiebant, sed eas aut vinciebant aut explebant parum. Hoc me ipsum delectat, inquiunt. Quid si antiquissima illa pictura paucorum colorum magis quam hæc iam perfecta delectet? illa nobis

sit, credo, repetenda, hæc scilicet repudianda. Nominibus veterum gloriantur. Habet autem ut in èstatibus autoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas, quæ quidem apud me ipsum valet plurimum: nec ego id quod deest antiquitati, flagito potius, quàm laudo quod est: præsertim cùm ea maiora iudicem quæ sunt, quàm illa quæ desunt. Plus est enim in verbis & in sententiis boni, quibus illi excellunt, quàm in conclusione sententiarum, quam non habent. Pòst inuenta conclusio est, qua credo vsuros veteres illos fuisse, si iam nota atque usurpata res esset: qua inuenta omnes usos magnos oratores videmus. Sed habet nomen inuidiam, cùm in oratione judiciali & forensi numerus Latinè, Græcè ἐνθυμός, inesse dicatur. Nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur, si etiam in dicendo numeri ab oratore queruntur. Hoc freti isti, & ipsi infracta & amputata loquuntur, & eos vituperant, qui apta & finita pronunciant. si inanibus verbis, leuibúsque sententiis, iure: si probæ res, lecta verba, quid est cur claudicare aut insistere orationem malint, quàm cum sententia pariter excurrere? Hic enim inuidiosus numerus nihil adfert aliud, nisi vt sit aptè verbis comprehensa sententia: quod sit etiam ab antiquis, sed plerunque casu, sèpe natura: & quæ valdè laudantur apud illos, ea ferè quia sunt conclusa, laudantur.

*S T R E B A E V S.* Primus erat locus de iunctura & vocibus, alter autem de numero qui verborum figuram consequitur. Alius est de eo numero qui non ab excellenti figura, sed à quadam verborum collocatione conficitur. Hunc tertium prius commendatione prosequitur, ac tueretur aduersus obtrécitations, q̄ quomodo aptari posse, exponat. Is igitur numerus est aptæ orationis, id est, elocutionis rebus aptatæ, nunc longioris, nunc brevioris, nunc celerioris, nunc tardioris, pro varietate rerū quæ tractātur ab oratore. Quem qui non sentiunt, asini sunt ad lyram. Patulas habent aures, nec audiunt harmoniam, ac dulcem modulandis suavitatem. In iis igitur nihil hominis simile videatur, qui quod homini iucundissimum est, ne sentire quidem possunt, & immanes & agrestes affernant voluptates orationis. Aures eruditæ perfecto completoq; verborum ambitu gaudent. Perfectus ambitus est numerosa periodos, qualis hæc est. Num in consilium frequentes conuenissent idem qui solebant, & hac vna spe tota defensio Sopatri niteretur, consiliq; frequentia & dignitate, & quòd erant, vt dixi, idem qui ante Sopatrum eodem illo crimine liberarent: cognoscite hominis apertam, ac non modò non ratione, sed ne disimulatione quidem tellam improbitatem & audaciam. Aures exercitatae curta sentiunt, nec amant redundantia. Curta non expletat numerum, vt, Meliores illi accusatores habendi sunt, qui fecerunt omnia hæc. Corrigere, qui hæc omnia fecerunt. Redundantia plus satis excurrunt usque ad aurium satietatem, vt, Nam mihi tot tantæq; res, tam præclara facinora dicenda sunt, tam splendidi viri laudandi, vt tanta rerum magnitudine omnis inferior esse videatur oratio dicens. Tolle verbum, dicentis, reliqua virtus nimis longitudinis

## M. T. CICERONIS

vacabunt. Sentiunt numerum duri & imperiti, quod probat exemplo populi Romani, qui in concione fre querer exclamavit, quū aptē numero sequebantur, verba cecidissent, ut illius Carbonis de quo postea dicetur. Id enim expectant aures, ut verbis colligetur sententia: colligatur autē quodam veluti numerorum vinculo, quum verba sic aptē collocatae sunt, ut aliud ex alio pendere videatur. Non erat hoc numerosum dicēdi genus apud veteres Romanos. Et quidem nihil aliud ferē quod ad eloquentiam pertineret, non erat. Nam quod attinet ad inventionē sententias graueis & suauis, qua pondus haberent, animūmq; mulcerent, reperiebant. Quod autem elocutionis est, verba bona feligebat: non vincta, sed dissoluta ponebant: nec expiebant sententias, hoc est, resiebant cogimētare sunturas, & pedibus eisq; incitare orationem, dum voluntate recreata quicquid auris. Hoc durum & dissolutum antiquorum me delectat, inquit imperitiores illi qui tempore Ciceronis Attici falsō nominabantur: sed tamen cō nominabantur, quod Lysiam viderentur imitari: quibus adiiciendi sunt Romanae veteris statu imitatores, qui Catonem quām Ciceronem sequi maluerunt: quos arguit Cicero hac similitudine picturæ: Quemadmodum pictura recens pluribus ornata coloribus eluet, & inde perfectior est quām vetus, ac prestantior: ita recentiorum quām veterum multo comptior est oratio. Quod si vetus pictura repetenda non est, elegans oratio non videtur esse repudianda. Sed isti nominibus veterum gloriantur, quorum vix sequuntur umbras. Id autoritate veterum ducti faciunt. Nam sicut in etatibus infantia, pueritia, pubertate, adolescentia, juventute, habet auctoritatem senectus: sic in exemplis antiquitas, quæ quidem, inquit, apud meipsum, non illos modò κακοὶ γίλαντες valeat plurimum, nec si deest antiquitati numerus, cum flagito potius, quām laudo quod est in ea tum inventionis, tum proprietatis, verborum praesertim, quum ea maiora iudicem quæ sunt, quād illa quæ desunt. Nam sententiae sunt veluti animus orationis, numerus ut ornamentum: & plus est in verbis & in sententias boni, quibus illi veteres excellunt, quām in conclusione sententiarum, id est, numerosa periodi comprehensione. Haec conclusio sive periodus Romam perlata est circa Ciceronem puerum, qua fuisse vī veteres, ea si tum usurpata res esset, quemadmodum inuenta maximi quique oratores certatim vī videntur: ī tempore Ciceroni floruerunt, & magna ex parte disciplinis eius educati sunt. Quid ergo isti numerum fugiunt? Habet, inquit, hoc nomen inuidiam, quum in oratione iudiciali & forensi quæ veritas inquiritur, numerus & ἐργάσις inesse dicuntur ad capiendo animos atque fallendos. Numerum accipit ἐργάσις, non μέτρον, propterea distinguit ad tollendam ambiguitatem. Numerus etenim apud Latinos etiam μέτρον significat. Hac ratione freti isti qui soli putantur Attici, ut Calvus, infra dicta & amputata, id est, multū fracta mutilata quæ non dicunt ut omittentes, sed loquuntur ut imperiti. Hiant vocalibus, rixantes committunt literas, curtas oratiunculas dissipant, & eos vituperant qui apta, id est, numerosa, & finita, hoc est, veluti orbe conclusa pronunciāt. In quibus reprehenderunt & ipsum Ciceronem ut redundantem, enervatum & elumbem. Sed arguant eos qui verbis inanibus, nihilque boni significantibus, & levibus sententias numeros inuertant. Si probares, bona quæ sententia sunt, si lecta verba & egregia, quid est cur claudicare aut insistere orationem malint, qui in cum sententia pariter excusare? Claudicata ea quæ pedes habet inæquales, ut illud Senecæ: Quād minimum in corpore tuo sit spoliorum. Insistit ea quæ pedes implicat, & cursum moratur, ut hoc Luvianum, Quum Luvianum ab Troia, ab Lavinio Alba, ab Albanorum stirpe regum oriundi Romani essent. Quoniam cuiusmodi orationes insuaves sunt, sequamur aliquem numerum: qui si putatur inuidiosus, quod habet in oratione iudicali nomen hoc inuidiam, ut paulò ante dixit, nihil affert nisi vi sit apē verbis comprehensa sententia: que pulcherrima laus est orationis, quam frequenter imprudentibus nobis ipsa natura modulatur. Hinc sicut apud illos veteres incompositos, sic & nunc apud indoctos multa numerosè dicta reperiuntur.

VICTOR. Non erat hoc apud antiquos) Hoc ex verbis illorum refert Cicero, quos

semper carpit. Illa nobis sit, credo, repetenda) Quæ nulla colorum varietate distincta: quod quam turpe vsu, tam ridiculum auditu fuerit. Nec ego id quod deest antiquitati flagito potius) Hoc dicit, sunt aliqua veterum, quæ velim ut exempla, defunt eis aliqua, quæ in nobis perfectiona sunt; quæ quidem non posco. Quam laudo) Quia sunt alia pluris facienda, quam quæ defunt. In verbis, et in sententiis) Subaudi, graubus ipsorum. Quam in conclusione sententiarum) Quam ut sententiae quibusdam numeris teneantur, vinciantur, concludantur. Quam non habent) Non enim numeros ullos norunt. Invenient conclusio) Invenient numerus. Atq; usurpata) Ide, in usum venissent. Sed habet nomen inuidiam) Odiosus hominibus numerus, ubi in iudicis hæc queri videantur. Hoc freti isti) Hoc solatio sublati, qui numeris uti nesciunt.

Quam cum sententia pariter excurreret) Subaudi, donec suo numero reuiniciatur: ac postius ipsam malimus interfingere sententiam. Sed plerunque casu) Quippe qui nesciunt se illis uti.

Sæpe natura) Quia ut eorum natura ac dicendi concinnitate delectatur, ita saepe in numerum imprudenter delabitur.

Et apud Græcos quidem iam anni propè quadringenti sunt, cùm hoc probatur: nos nuper agnouimus. Ergo Ennio licuit vetera contemnenti, dicere,

Versibus, quos olim Fauni vatésque canebant:  
 mihi de antiquis eodem modo non licebit præsertim cùm dicturus non sim, Ante hunc, ut ille: nec quæ sequuntur, Nos ausi restringare. Legi enim, audiuique nonnullos, quorum propemodum absolutè concluderetur oratio. Quod qui non possunt, non est eis satis non contemni: laudari etiam volunt. Ego autem illos ipsos laudo, idq; meritò, quorum se isti imitatores esse dicunt, et si in eis aliquid desidero: hos verò minimè, qui nihil illorū nisi vitium sequuntur, cùm à bonis absint longissimè. Quod si aures tā inhuanas, tāmq; agrestes habent: ne doctissimorum quidem virorum eos mouebit authoritas. Omitto Isocratem, discipulósque eius, Ephorum, & Naucratem: quanquam orationis faciendæ & ornandæ auctores locupletissimi summi ipsi oratores esse debeant. Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inueniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? Non utar testi-  
moniis oratorū, qui fortassis su-  
biecta sunt. Si numeris effesse su-  
peracanei, certe  
odio Isocratū. Aristoteles il-  
los reprehendis-  
set. Redit ad ratio-  
nē omib[us] testi-  
moniis. Quod si ita est (nec verò aliter existimo) quid? ipsi suis sensibus nō mouētur? nihilne eis inane videtur, nihil incōditū, nihil Quod si ita est (nec verò aliter existimo) quid? ipsi suis sensibus nō mouētur? nihilne eis inane videtur, nihil incōditū, nihil

## M. T. CICERONIS

curtum, nihil claudicans, nihil redundans? In versu siquidem theatra tota exclamant, si fit vna syllaba aut breuior, aut longior. Nec verò multitudo pedes nouit, nec ullos numeros tenet: nec illud quod offendit, aut cur, aut in quo offendat, intelligit: & tamen omnium longitudinum & breuitatum in sonis, sicut acutarum grauiumq; vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocauit.

**S T R E B A E V S.** Numeros temperauit Isocrates inuentos à Thrasymacho. Isocrates iuuenis erat arte florens ad annum ferè condite urbi trecentesimum quadragesimum septimum. Ab urbe condita ad tempora Ciceronis senis, anni ferè septingenti ducuntur, unde facile est colligere, nō fluxisse quadrinientos annos, sed propè quadrungentos, quando Roma numeros recepit, Cicerone puero, & auidius eodem adolescēte: qui quum literis Gracis institutus modularetur orationem, ut quamcum dixit pro Roscio Amerino, mirum in modum accedit studia ciuitatis. Nouerat eos M. Callidius, nouerat Crassus, sed eam virtutem parum intelligebat eius rei ieiuna ciuitas, & magis illos & similes ceteris in virtutibus laudabat. Hinc paulò pōst nemini absolutam conclusionem trahit. Legi, inquit, audiūque nonnullos quorum propemodum absolute concluderetur oratio. Numerum concedit, sed imperfectum. Posset igitur in hac parte merito gloriari, quemadmodum Ennius in versu gloriabatur antiquos à se Latinos elegātia & ornatusuisse superatos. Ostendit versibus, ex quibus est hoc heroicum,

*Versib' quo olim Fauni vatēsque canebant.*

*Item hoc principium,*

*Nos ausi referare-* *Et hoc,* *Ante hunc-* *Quod multe facilius intelligi posset, si vel opus illud extaret, vel si locum totum Cicero traduxisset.*  
*Gloriatur Ennius ausum se referare Latinis Helicona Græcorum, & hinc per Latium coronam tulisse. Et ante hunc Ennius, neminem dicti studiosum fuisse, quoniam veteres illi in quibus fuit Luius Andronicus, strepebant versibus impoliti, quales Fauni qui dabāt oracula, & vates ac fatidici qui consulebantur, asperè canebant. Faunum oracula noctu dedisse testis est Virgiliius, qui facit eum regi Latino respondentem: nec obscurum est vates & fatidicos respondere solitos ambiguus versu. Hoc quoque notum est, Ennius magna de se predicare solitum, qui per metapsychos in Homerū animum recipisse se, ac triplici corde suffultum diceret. Quintilianus existimat, quo tempore Fauni vatēsque canebant versus, carmen ortum, non obseruatum fuisse. Ante carmen, inquit, ortum est, quād obseruatio carminis: inde que illud, *Versib' quo olim Fauni vatēsque canebant.* Cicero in Bruto dicit tum inuentum, sed imperfectum. Nihil est, inquit, simul & inuentum, & perfectum. Quid? nostri veteres versus ubi sunt, quos olim Fauni vatēsque canebant? Quum neq; Musarum scopulos, nec dicti studiosus quisquam erat ante hunc, ait ipse de se: nec mentitur in gloriano. hæc Cicero. Qui si minus arrogare gloriæ videtur quād Ennius, tamen irrepit occultius, vt frumentum laudis maiorem percipiat. Occurrunt Attici quidam, nec hominem regnare patiuntur: qui et si numeris orationem claudere non possunt, tamen id scire se singunt, nec modo non contemni, sed laudari etiam volunt, vt Caluus ille qui gaudebat exilitate. Laudandi nimurum sunt Lysias Græcus, Cato Romanus, quorum præcipue se isti imitatores esse dicunt, et si in eis aliquid, uti numerus, desideratur. Hos verò minimè laudemus, qui nihil antiquorum nisi vitium sequuntur, vt in unitatem, in opiam, squalorem, horridumque genus dicendi. A bonis rebus & virtutibus absunt longissimè, vt à grauitate sententiarum, verborumque delectu. Istorum perniciaciam contundit autho ritatibus Isocrati, Ephori, Naucratis, Aristoteles, Theodecles, atque Theophrasti: qui omnes non in oratione modo numerū esse voluerunt, sed ipsi conscribendo diligenter obseruarunt. Quod si aures*

inquit, tā inhumānas tāmque agrestes habent, venula sonorū incunditate moueantur, quum proprium sit homini hīc rebus oblectari, ne doctiōrum quidem virorū eos mouebit authoritas? In quibus est Isocrates orationis ornandæ magnus author, cui consentiunt discipuli Ephorus & Naucrates, hic rhetor, ille rhetor & historicus veerq; sicut Isocrates, orationis faciēdæ, id est, cōponendæ & ornandæ locuples author: quorum commendatio, sicut Aristotelis & Theodectis, addit authoritatem. & inde confirmat argumētum. Quis omnium, inquit, doctior eruditio, acutior ingenio, acier vtroq; quām Aristoteles fuit? Is quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputations à causis forensibus & ciuilibus ad inanem sermonis eleganciam translatisset, mutauit repente totam formam propè disciplinæ sua, versūm q; quendam de Philoleteta paulò secus dixit, ille enim turpe sibi ait esse tacere cum barbaris: hic autem quum Isocratem pateretur dicere. Itaque armavit & illustrauit doctrinam illam omnem, verūmque cognitionē cum orationis exercitatione coniunxit. Hac Cicero. Improbasset ergo numeros Aristoteles, quorum suum diosum sciebat Isocratem, nisi hęc orationis ornamentum pulcherrimum iudicasset. Non improbat, sed versum in oratione vetat esse, numerum iubet. Verba sunt illius Rhetoricorum tertio: ῥὸ δὲ γρῦπα τὸ λίγες δέ μητε ἐμπειροῦται, μητε δέ γένθυσται. Figura dictionis neq; solicite vincita, neque soluta esse debet. & paulò infra, ῥὸ γρῦπων δέ τὸ χειρὸν τὸ γρῦπων, μητε δέ μη. Itaque numerum, non autem metrum habere debet oratio. Theodectes discipulus eius de Rhetorica librum vulgauit adiutus opera preceptoris: ex quo quum vehementer suum nomen auxisset, inuidus Aristoteles opus illud tanquam suum vindicauit. In eo libro Theodectes de numero mentionem facit. Theophrastus Aristotelis etiam discipulus de arte rhetorica multa scripsit, vt ante diximus ex Diogene Laertio, sed ad nos illius opera non venerunt. Ipsi viuperatores Attici aut eos authores ne legere quidē: aut si legere, nimirum contumaces habendi sunt, quum posint ipsi suis sensibus, vt auribus, commoueri. Auribus aliquid inane videtur, id quod non explet aures: vt, Nescio quid huc illeuerit, nequeo legere. Aliquid incoditum, quod incompositum est & inordinatum: vt, Qui deflexit semel à veritate, hic consuevit perduci non maiore religione ad perjurium quām ad mendacium. Ordina, qui semel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad perjurium, quām ad mendacium perduci consuevit. De curtie, claudie, redundantibus, ante possumus exempla. In versu quidem tota theatra exclamāt, id est, spectatores ludorum scenicorum, si sit ab histrione malo, vt d' Scatilio frequenter exploso, una syllaba aut breuior, aut longior. Nec ipsi quidem risum cōtinemus, si quis apud nos voces aut & aqua longius trahit, aut barbare præcipitat. De sonis igitur optimè iudicat aures eruditæ, nō nihil etiam ineruditæ, etiam si neque pedes metricos, neque numeros oratorios tenent. Nec si cur offendantur, sat intelligunt, tamen longos & breues sonos, sicut voces acutæ & graues, sentiunt: propterea & hoc iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit. Hacenus extra rem. Nunc ad propositum.

**VICTOR.** Vetera contemnit) Nam si Horatius credimus tradēti, Liuū Androniciridet Ennius poemata, & Faunos illos, atque Aborigenes. Ante hunc) Subaudi, numerum: vt Ennius, qui veteri incessibat sed vt nunc eruditio loquenter oratores. Non est eis satis non contemnit) Ignauiprōfus, & ridiculi, inquit, homines, cūm ad hanc dicendi virtutem aspirare non potuerint: non est satis eis quod non contemnuntur, quemadmodum fieri oportuit: sed etiam laudari & nesciant, volume. Qui nihil illorum) Quos se imitaris dicunt: cūm virtus quidem imitantur, virtutes verbū relinquant. Miram Cicero increpationem adhibet aduersum istos, quos non inscitiae modū accusat, quod numeris rei nesciant: sed etiam insanie, qui virtus à virtutibus discernere non queant.

Tam inhumana) Id est, inculcas doctrina, nam humanitas, doctrina appellatur, vt tam Sullus Gellius, quām Nonius Marcellus probant veterum autoritate, quibus dicēdū est attributa authoritas. Ephorum & Naucratēm) Historicos Isocratis discipulos. Quis porrò Isocrati est aduersatus insensius?) Et perinde siquid in numeris Aristoteles vidisset improbandum, cūm inimi-

## M. T. CICERONIS

cus eius Isocrates numerorū fuissest studiosissimus: An id tacuisset, inquit, vel potius asperritime nō fuissest insectatus? Is igitur Subaudi Aristoteles. Atq; artifex) Quia de arte dicendi libros reliquit. Quis ergo istos ferat?) Subaudi in columnā numeros adducentes. Nisi omnino hæc esse ab eis præcepta nesciunt) Iucundè Cicero maximè eos coarctit ignorantia, quod nesciant, qui etiam de numeris scripserint. Nec verò aliter existimo) Quād ab infiditia proficiunt. Nec verò multitudine pedes nouit) Imperitum vulgus, inquit, haudquaquam novit peder.

Vīsne igitur Brute totum hunc locum accuratius etiam explicemus, quād illi ipsi qui & hæc & alia nobis tradiderunt? An his contenti esse, quæ ab illis dicta sunt, possumus? sed quid quæro, velisne: cùm literis tuis eruditissimè scriptis te id vel maximè velle perspexerim? Primum ergo origo, deinde cauſa, pòst natura, tum extremū vsus ipse explicitur orationis aptæ atq; numerosæ. Nam qui Isocratē maximè mirantur, hoc in eius summis laudibus ferūt, q̄ verbis solutis numeros primus adiūxerit. Cùm enim videret oratores cum seueritate audiri, poëtas autem cū voluptate: tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione vteremur, cū iucunditatis cauſa, tum vt varietas occurreret satietati. Quod ab his verè quādā ex parte, non totū dicitur. Nam neminē in eo genere sciens versatum Isocrate confitēdum est, sed princeps inueniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis etiam extat scripta numerosē. Nam (vt paulò antè dixi) paria paribus adiūcta, & similiter definita, itēm q; cōtrariis relata cōtraria, quæ sua spōte, etiā si id non agas, cadūt plerunq; numerosē, Gorgias primus inuenit, sed his est vsus intemperatius. Id autem est genus (vt antè dictū est) ex tribus partibus collocationis alterū. Horum vterq; Isocratem ætate præcurrit, vt eos ille moderatione, nō inuentione vicerit. Est enim vt in transferendis faciendisq; verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedator. Gorgias autem audiōr est generis eius, & his festiuitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur, quas Isocrates, cùm tamen audiuisset in Thessalia adolescens senem iam Gorgiā, moderatius temperauit. Quinetiam se ipse tantum quantum ætate procedebat (propè enim centum confecit annos) relaxarat à nimia necessitate numerorum: quod declarat in eo libro quem ad Philippum Macedonem scripsit, cùm iam admodum esset senex, in quo dicit sese iam minus seruire numeris, quād solitus esset, ita non modò superiores, sed etiam se ipse correxerat.

*Methodus de numeris orationis.*

*De authoritatibus numerorū.*

*Princeps. i. ars illa, sicut cetera paulatim inuenita & aucta est. Contrariis relata: vt, vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amenitatem.*

*Seconda species compositionis, in qua dictiones cōfideramus, vt, hæc non est scripta lex, sed nota, quam nō acceptimus, &c.*

**S T R E B A E V S.** Accuratus explicare numeros, quād Graci scriptores Aristoteles atque Theophrastus ceterique, contendit, de quibus Romani sumpserūt hēc, & alia permulta, que ad rerum cognitionem pertinent: quæ si Tullio credimus, sumpta de Graci omnia fecere meliore. Nam quod omnis disputationis methodum seruare debet, quatuor statuit ordine questiones: Quis numeris originem dedit? quia vi fructus dedit? quia natura ac proprietate constant? quid tandem afferunt commodū? De origine primo loco. Gorgias eos numeros insenit, qui consciuntur ex concinnitate verborum, Thrasymachus eos qui confonant ex apta quadam collocatione, sed penè redegit orationem in minutos versiculos. Isocrates autem totum genus temperauit, ut ne essent quasi versiculi, ut ne dissoluta iaceret oratio. Hęc origo numerorum. Alter sentiunt qui miratur Isocratem, hominemque laudant, amatores eius: ac inter viri laudes hoc etiam memorant, ut verbis solutis, nulloq; vinculo coagamenti colligatis, numeros primus adiunxerit. Id autem fecisse duabus de causis ferūt, ut numerus incunditatem mulceret aures, ut idem variaret orationem, cuius una perpetuāq; figura facietatem parit, omnibus in rebus euitādam. Sumpst exemplum de poetis, quorum numeroſi versus aut in scena, aut in epule, aut in ocio priuato lecki & audit, plus afferebant voluptatis, quād qua talibus in locis oratorum monumēta legebantur. Erāt enim hęc dissoluta, nec vlla rhythmoriū incunditatem delenit. Ea ratione factum est, ut omnes prop̄ nationes, omnēsque lingua, si quid esse incundius velint, illud rhythmo quodam metiantur. Quae loquuntur Isocratis amatores, ut quodā libro Naubrates, quadam ex parte verē loquuntur. Scientius ille & eruditius in ea re versatus est, quād veterum quisquam. Sed tamen princeps inueniendi, hoc est, primus inuentor fuit Thrasymachus, cuius omnia veluti qm̄busdam versiculos certissimè pedibus emensa iure existimantur nimis esse numeroſa. Oratio liberius quād versus excurrit, nec certis unquam dimensionibus illigatur, quum sit hoc in numero magnum vitium similitudo. Metiemur igitur non breuitate aut longitudine sententiārum, sed aurium mensura. Gorgias pars paribus adiuncta, similiter definita, id est, vel cadentia vel definentia, itēque contraria relata contraria, primus inueniē dicitur, de quibus amea diximus. Fuit hęc secunda pars collocationis, quae numerum conficit ex verborum concinnitate. Gorgias & Thrasymachus etatē praecurrunt. Eos igitur non inuentione prima, sed moderatione superauit, qui temperare potuit Isocrates, id quo abutebantur intemperantius. Tranquillior est hic in transferendis verbis, illi metaphoris duriores. Hic molliora verba fingit, illi asperiora edunt. Hic numero sedato fluit, fluctuat illi more undantis aquae per aspera. Ex quibus Gorgias suis illis festinatibus, id est, figuris incunditoribus insolentius & immodestius abutitur, quas Isocrates modestius temperauit, non adductus auctoritate Gorgiae, quem inuenis audierat senem: quinetiam se ipse correcxit, ne senior reveretur iis floribus elegantiarum, quibus usus erat in aetate florenti. Testatur ille in oratione ad Philippum Macedonum regem, ἐπιγέλλοντα λαίνον συγγεγένεται αὐτὸν, εἰς τὴν ἀγοράν τὸν Φίλιππον εἰμωντα. οὐδὲ μηδὲ τὸν λόγον τον δὲ τὸν ἡλεκτρικὸν διέλυσεν, εἴ τοι δέ τις τὸν λόγον εἰχεντος, τὸν φύσιν τολμῶν τὸν αὐτὸν διεφέρειτο. Constitui scribere rursum de re eadem quam in Panegyrico tractavi, non quod mea non agnoscam, sed quod intelligam eam esse orationem, quae non deceat hanc meam etatem, sed illius qui inuenitibus annis floreat, aliisque natura præstet.

**VICTOR.** Cum enim videret orator) Numerorum iā originem aggreditur. Quod ab his verē) Estenūs verē aiunt, quatenus dicunt numeris delectatum Isocratē. Quatenus ipsum autē primū numeris usum ferunt, falluntur: si quidem alij ante Isocratem usi sunt numeris. Princeps inueniendi fuit Thrasymachus) Primus inuenit numerosam, inquit, orationem Thrasymachus. huius meminit Plato in dialogis. Similiter definita) Quae Homocoeleuta diximus appellari. Sed his est usus intemperatus) Quod nimis in eis fuerit. Festinatibus) Dicendi veneres, festinatates Cicero appellat. Prop̄ enim centum conficit annos) Panathenicum enim scribens, nonagesimus

## M. T. CICERONIS

Ο *quārum agēbat anhū: velut ipse de se locutus, inquit, Ήγένετο καὶ ἔχει τὸν τοῦτον τοῖς εἰρηνικοῖς καὶ τίκτοντον ὡς ἐγώ τυγχάνω γεγονὼς, οὐδὲ ὅλως τοῖς ἄλλοις ἔχοντος, καὶ νοσοῦ τὸν τρέποντα λίγον.* Relaxat à necessitate numerorum) Quoniam, ut ipse ait, talis oratio sensu non congruat.

*De causa, scilicet finali.*

Quoniam igitur habemus aptæ orationis eos principes, authoresque, quos diximus, & origo inuenta est, causa queratur: quæ sic aperta est, vt mirer veteres non esse commotos, præsertim cùm, vt fit, fortuitò sèpe aliiquid conclusè apteque dicerent: quod cùm animos hominum, aureisque pepulisset, vt intelligi posset, id quod calus effudisset, cecidisse iucundè, notandum certè genus, atque ipsi sibi imitandi fuerunt. Aures enim, vel animus aurium nuncio naturalem quandam in se continet vocum omnium tensionem. Itaque & longiora & breuiora iudicat, & perfecta ac moderata semper expectat. Mutila sentit quædam, & quasi decurtata, quibus tanquam debito fraudetur, offenditur. Productiora alia, & quasi moderatius excurrentia, quæ magis etiam aspernantur aures: quod quum in plerisque, tum in hoc genere nimium quod est, offendit vehementius, quam id quod videtur parum. Ut igitur poetica, & versus inuentus est terminatione aurium, obseruatione prudentium: sic in oratione animaduersum est, multo quidem illud serius, sed eadem natura admonente, esse quosdam certos cursus conclusionesque verborum.

*Id est, ideo illa magis offendit propter obscuritatem.*

*S T R E B A E V S.* Natura quemadmodum ceteris omnibus, sic quoque numero principium fecit. Est igitur causa efficiens, quemadmodum Thrasimachus & Isocrates numeri fuerunt inuentores, & imitati sunt artifices id quod sponte natura peperisset. Est igitur artificis origo, causa naturæ. Ceterum artes inuenta sunt hominum: qua propter in arte priore loco de artifice dicendum videtur. Concurrit ad efficiendum natura, sùmque comitatur artificem, sine quo nihil observari, nihil arte colligi potest. Natura rerum parens, quod numerum subministret, sèpe aliiquid aptū conclusumque fundit, hoc est, fortuitò numerosam periodon absoluít, id aures primùm, deinde animum pellit, & excitat voluptatem, prudens animaduertit, notat genus & obseruat quid illud sit omnino quo tantopere capiuntur aures, animusq; titillatur. Ex hac obseruatione natūrū carmen est, deinde numerus orationis. Id totum pertinet ad aurium sensum, qui nuncius est animi, propterea quod auditus ad animum defert, vi iudicem, & aequum existimatorem. Animus autem aure nuncia communitus, de sonorum modis sententiam profert, quia naturalem quandam in se continet vocum omnium tensionem, hoc est, vi quadam insita voces omnia quodammodo metiri potest. Est mensa idem quod dimensio atque mensura. Iudicat idem sensus longiora, id est, que preter modum longius extendas: vt si pronuncias istuc, dominem, sic vt extrema syllaba trium sit temporum: quod plerisque nunc prava consuetudine facere videmus. Iudicat idem breuiora, vt si medium corripias huius verbi docere, formare. Sic enim referimus longiora breuiorāque ad singula: quoniam paulò post contexta

quædam dicuntur esse aut curtiora, aut contrâ productiora. Idem perfecta ac moderata, hoc est, accètu suo naturali comprehensa semper expectat. Idem in oratione mutila sentit quædam, id est, quæ sunt decurrentia, & velut amputatio curtiora facta, ut Credo cum quum Sicilia florebat opibus, magna artificia fuisse in ea. hic offenditur, tanquam debito iureque suo fraudetur. Addit aliquid Cicero, Credo cum quum Sicilia florebat opibus & copiis, magna artificia fuisse in ea insula. Sentit idem productiona alia: Nemo, sicut ex improbo patre probū filium nasci & oriri, sic ex pessimo histrio- ne bonum comedere fieri posse existimaret & crederet. Odiosum dicendi genus, quod rudioribus est copiosum. Quemadmodum in plerisque rebus, vt in loquendo, in aptudo gestu, sic in numeris nimis quod est, offendit vehementius, quam id quod videtur parum. Quæde re infinitos propè sensiculos in minoribus causis apud Ciceronem decurrentes reperiatis, longiores vix unquam reperiatis. Hoc iudi- cium naturæ est. Is igitur versu inuentus est terminatio aurum, observatione prudenter, quum quid aptè cadens sensisset auris, & solers annotasset, sic in oratione animaduersum est quosdam cer- tos esse casus conclusionesque verborum, non quod certi sint numeratiq; pedes, sed quod ad certam veluti metam curiat auribus definitam, inter quā & carcera interuallum par esse non debet. Quod si numerus circa Thrasymachum, carmen ante Orpheum & Linum repertum est à Phamonoë filia Solis, multo quidem seriu evitatu quam per se inuentum esse constat.

VICTOR. Ipsi sibi imitandi) Id est, sequendum fuit eis eam concinnitatem, quam semel rsuperassent. Aures enim vel animus) Atq; enim concentum musicum auxibus tantum iudica- ri censuerunt: atq; sola ratione: atq; porrè melius tū sensu, tum ratione, que animo infudit, putauerunt.

Quoniam igitur caussam quoque ostendimus, naturam nunc (id enim erat tertium) si placet, explicemus: quæ disputatio non huius instituti sermonis est, sed artis intime. Quæri enim potest qui sit orationis numerus, & ubi sit positus, & natus ex quo: & is unus- ne sit, an duo, an plures, quaque ratione componatur, & ad quam rem, & quando, & quo loco, & quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat. Sed vt in plerisque rebus, sic in hac duplex est considerandi via: quarum altera est longior, brevior altera, eadem etiam planior. Est autem longioris prima illa quæstio, sítne omnino vlla numerosa oratio. Quibusdam enim non videtur, quia nihil insit in ea certi, vt in versibus: & quod illi qui affirmant eos esse numeros, rationem cur sint, non queant reddere. Deinde si sit numerus in oratione, qualis sit, aut quales: & ex poëticisne numeris, an ex alio genere quodam: & si è poëticis, quis eorum sit, aut qui. namque aliis unus modò, aliis plures, aliis omnes iidem videntur. Deinde quicunque sunt, siue unus, siue plures, communésne sint omnis generis orationi: quoniam aliud genus est narrandi, aliud persuadendi, aliud docendi: an dispare numeri cuique orationis ge- neri accommodentur. Si communes, qui sint: si dispare, quid in- tersit: & cur non æquæ in oratione atque in versu numerus appa-

*Ide est, curiosa  
cuiusdam sub-  
tilitas.*

*Interiorē doctri-  
nam vocat, que  
nō cuiilibet è po-  
pulo se nota.*

*Qui pedes simul  
lati, tristes, gra-  
ues, qui in impe-  
tu describēdo va-  
leant, aut in tar-  
do quodam ne-  
gocio.*

*Vtrum sint ta-  
les pedes que-  
les in poësis.*

## M. T. CICERONIS

*Id est, utrum nū reat. Deinde quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numerus sit ali-  
mero solum efficiatur, an etiam vel compositione quadam, vel ge-  
quid aliud q̄ ip  
fa collocatio pe-  
riodi.*

lumen orationis appareat, sitque omnium fons compositio, ex eaq;  
& numerus efficiatur, & ea quæ dicuntur orationis quasi formæ &  
lumina, quæ (vt dixi) Græci vocant σχήματα. At nō est vnum, nec  
idem, quod voce iucundum est, & quod moderatione absolutum,  
& quod illuminatum genere verborum: quamquam id quidem fi-  
nitimum est numero, quia per se plerunque perfectum est: compo-  
sitio autem ab utroque differt, quæ tota seruit grauitati vocum, aut  
suavitati. Hæc igitur serè sunt in quibus rei natura querenda sit.

*S T R E B A E V S. De numeri origine causag; dictum est. De natura tertius est locus, ubi  
quid, qualisque sit numerus, queritur. Quippe natura rerum definitione & accidentibus explicatur. Substantia, quæ vocatur, simplicior est: accidentia, locum, tempus, modum, numerum, & id geni-  
nus modis, qualitates & quantitates continent: quæ si velit omnia præceptionibus adstringe-  
re, disputatio non huius instituti sermonis erit, quoniam antea profectus est, artis præcepta non  
dare se, sed quæ sit optima dicendi forma, indicare. Attamen elocutionem amplius quām ceteras  
partes extendit, propter quam liber est hic insitus. propterea diligenter inquirit vim naturamq;  
numeri. Quis est orationis numerus? Pēs omnis apte cadens, quo decenter ingreditur oratio, vt da-  
ctylus, spōdæus, pæan, trochæus. & ceteri omnes. Vbi positus est numerus in omni parte verborū.  
nihil enim est quod in pedem non cadat. Ex quo natus est? Ex aurium voluptate. Hec quasi re-  
ferri videtur ad causam, sed natura rerū etiam petitur à causis. Vnusne est, an duo, an plures? Plu-  
res sanē, nempe totidem, quos sunt pedes: aut duarum syllabarum, vt Iambus: aut trium, vt Ana-  
pæsus: aut quatuor, vt Dichoræus: aut quinque, vt Dochimus. Tamē Ciceronem Fabius trissylla-  
bos dicit non excedere, quod ī simplices habentur, reliqui certè compositi sunt. Quia ratione compo-  
nitur: Accommodatur rei de qua agitur, ac pronunciationi Grauius grauius, leuius leuibus, dul-  
cia dulcibus in compositione conueniunt. Ad quam rem componitur? Ad delectationem. Quando  
adhibetur? Semper: nam quanvis oratio laxet interim numeros, nunquam tamen debet tota diffi-  
ciui. Quo loco statuitur? In tota continuatione verborum. Quem id modum adhibitus aliquid volu-  
ptatis afferit? id est, quomodo voluntatem quum adhibetur, afferit? Eo modo, quo versus. Etenim cur  
fus ille dimensus natura iucundus est. In his est natura numeri, & vsus, qui ad naturam quoque  
referri potest: de quibus amplius est differendum. Sed vt in plerisque rebus quæ excutunt philosophi,  
sic in hac duplex est considerandi via, quæ methodus appellatur. Altera que persequitur om-  
nes proprie questions, an est quid est? quale est? quantum? quām multiplex? ad quid referuntur? ubi  
quādo? quo modo se habet? Hæc in qua longior, qua solent interdum philosophi res obscuras in-  
quirere. Et Aristoteles constituit decem categorias, unde pendeat omnis questio. Breuior altera me-  
thodus, que pauca explanat, unde cetera intelligantur. Est igitur via longioris, que altius initium  
repetit, hæc quæstio. Sine omnino illa numero & oratio? Hanc longiorem methodum non unquam  
Quintilianus secutus est. An ars omnino sit rhetorice? an memoria & pronuntiatio sint artis? nu-  
merusne debeat adhiberi? & alia multa diligenter examinat. Numeros autem esse constat, qui si mo-*

re versum certam non habent comprehensionem, ut perpetuus quatuor, aut quinque, aut sex, aut octo pedes, tamen habent comprehensionem surium iudicio finitam. Nec si non sunt certi uti versus, ideo tamen non sunt. Rationem cur sint, non opus est reddere. Interrogande sunt aures, ut sit pro ratione sensus. Certe si queritur cur sit numerus in oratione, hoc dicere solum possumus, non esse ratione quae sit, sed obseruando notatum, cum cum suauiter in aurem cecidisset. Aliæ res quidem ratione sunt inuenta, ut in philosophia multæ: aliæ natura datae et usurpare, quod vitiles aut inuidæ viderentur. Hæc intellige de inuentione prima. Ceterum numerus, ut musica, non nunquam rationes habet. nec qui variat numeros, ignorat cur hoc aut illo genere vtratur, aut cur aliud genus fugiat. nec que de numero dicuntur sunt omnia in observatione. pauca admodum sunt obseruata, quæ natura obulerat: reliqua similitudine quadam agente ratione sunt adiecta. Sed quoniam plurimum possunt aures in hac parte, nihil aut parum ratio facere videatur, et si à partis initio hanc rem perdixit ad summum. Sed redcamus ad quæstiones, queramusque quid posteriores à prioribus differant. Prioræ in genere positæ sunt de tota numerina natura. Hæc rem persequuntur longius, ac aliud inquirunt. Prima querit an res sit, altera quid sit: quam videtur omisisse, quoniam ubi notum fuerit qualis et quanta res sit, difficile non erit intelligere quænam sit. Aut certe quia iam posuerat illam, non repetit. Sit igitur altera quæstio, qualis sit numerus, an poeticus, an alius? Poeticus sanè. Nam poeta et oratores iisdem pedibus, sed aliter vivunt. Ex hac quæstione nascitur alia. Quis poetorum pedum sit, aut quis? Omnes in orationem veniunt, et si Ephorus alios legit, alios reuicit: et alij unum modò probant iambum, alij paean. Hinc rursus oritur quæstio, Communisne sint omnis generis orationi, an disparet accommodandi? disparet accommodantur: quia alij narrationi conuenient, alij suasioni, alij communibus locis. Rursum subvicit alia dubitatio. Si disparet, id est, disimiles miles adlibeantur, quid inter sit? Hoc interest, alij tardiores, ut spondeus: alij celeriores, ut iambus: alij tristiores, ut anapestus: alij inuidiores, ut paean: alij altiores, ut dactylus: alij humiliores, ut pyrrhichius: alij leues, ut trocheus: alij graves, ut bacchius: alij intermedij. Iam quæ varietas et artis disimulatio efficit, ut non eque in oratione atque in verso numerus appareat? Numerantur pedes in verso, et iudicetur perpeculò incurrit: quod fieri non debet in oratione. Hæc itaque quæstio natura sequitur priorem, sintne disparet numeri accommodandi? cui subseruit hæc etiam. Quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum efficiatur, an etiam compositione quadam, id est, iunctura, an genere verborum, id est, figura? Sua cuiusque natura est atque proprietas, et numeri, et iunctura, et concinnitas. Numerus efficitur interuersus, id est, temporibus syllabarum, brevibus, longisque. Compositio et iunctura spectat voces, quas redditum postrema syllaba verborum priorum, et primæ sequentium. Figura numerosa genus est verborum, et lumen actionis. Horum trium sors, id est, genus, compositione est, non illa superior, sed ordo verborum sive collocatio: quia ex collocatione verborum numerus efficitur, et coagentatio, et figura concinnitas. Neque est unum et idem quod vox inuidior est, quæ apta iunctura est: et quod moderatione, id est, circa mixtura temperie que absolutum, qui numerus est: et quod illuminatum, hoc est, figuratum. genere verborum. Hoc tertium finitum est proximumque numero, quia per se plerunque perfectum est in periodo. Compositio sive iunctura ab utroque differt, quia tota seruit aut gravitati ponderique verborum, aut suavitati. Hæc interrogatione dubia facere videtur, sed tamen ostendit id quod sentit: propterea redigimus in affirmationem. Omnia sunt decem et quinque diversæ quæstiones. una duabus locis constituit, unusne sit numerus, an duo, an plures: sed aliud adiunxit, ne frustra repetita videretur: deinde quod ex ea quæstione manabant alia dubitationes.

**VICTOR.** An disparet numeri? Id est, disimiles in his omnibus inueniuntur. Ut numerus interuersus (Lögarū et breviū, ut in musicis diastemata. Quæ Græci vocat χρυστα) De quibus supra abudet dictum est. Finitum est numero.) Tamen figurata, q̄ numerosa oratio splendida-

## M. T. C I C E R O N I S

reddunt orationem. Per se plerunque perfectum est) Nam luminibus oratio, id est, tropis & schematis per se elegans, & ornata satis appetit oratio.

MELANCHTH. Quoniam igitur De natura numerorum. Hic tertius locus est planè obscurus, quia numerus in oratione soluta est maxime varius, & à paucissimis iudicari potest.

Natura numerorum in oratione cognoscere. iudicat enim sensus, in quo, iniquum est quod accidit sua sponte efficit. non agnoscere, si cur id accidat, reperire nequeamus. neque enim ipsa versus ratione est cognitus, sed natura, atque sensu, quem dimissa ratio docuit quid acciderit. ita notatio naturæ, & animaduersio peperit artem. Sed in versibus res est apertior: quanquam prius enim erat exempla, postea illorum obserua- tio peperit artē. Non à Græcis nominantur: quos cum cantu spoliaueris, nuda penē remanet oratio. quorum similia sunt quædam etiam apud nostros, velut in Thyeste,

Quémnam te esse dicam? qui tarda in senectute. & quæ sequuntur: quæ, nisi cum tibicen accessit, orationi sunt solutæ simillima. At comicorum senarij propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, ut nonnunquam vix in his numerus & versus intelligi possit: quo est ad inueniendum difficilior in oratione numerus, quam in versibus.

STREBÆVS. Propositæ quæstiones ordine mutato dissoluit. Si queras, si tne omnino villa numerosa oratio, respondeat: *Esse in oratione numerum quandam, non est difficile cognoscere. Si cur ita sit, roges: constitutus argumenti loco iudicium sensus. Si grauius agas & instes, quod ratio numeri reddi non posset: subiectat iniquum esse, quod accidit in oratione numero sum, non agnoscere, si cur id accidat, reperire nequeamus. Si rhythmus & metrum ratione cognita essent, ratio redideretur: sed à natura parta sunt, à sensu vocata, ratione dimensa. quam obrem tantum dici potest, rationem mensura comprehendisse, quæ natura peperisset: ergo ratio versum numerumq; metitur, sed non parit. Adiicies, cur non æquè in oratione atque in verso numerus appetet? Occurrit, in aliis versibus, ut heroicis, hendecasyllabis, elegis, res est apertior: in aliis que latet. Versus autem ubique sui similis est: ea de re magis in eo numerus apparere debet: quanquam etiam à modis quibusdam, id est, modulatio versibus catus remoto vel chori vel tibiae, soluta esse videatur oratio: sed choro tibicinere modulante, compar suisq; similis esse rhythmus agnosciatur. Hoc intelligere licet in poetis lyricis, ut in Pindaro, & apud nos in Horatio, quorū multi versiculi solutæ orationi simillimi sunt, nisi quā catus accessit aut lyra, aut tibiae, aut etiam vocis. Tum enim pares habere cursus (quod poetici numeri proprium est) intelliguntur. vt, Lydia dic, per amores Te deos oro. Sybarim: cur properes amando. Perdere? Sic est illud Ennianum in tragedia Thyeste. Quémnam te esse dicam? qui tarda in senectute. Sensus est inexpletus. Hos modulos tragicos & lyricos aut in scena dut in epulis canebat tibicen, succinentibus ore phonascis: quod etiam fieri uidemus apud principes, ut tibi-*

cintes symphoniacis immisi concinat hymnos. Sunt qui opinentur eam consuetudinem fuisse veteribus, ut fabulam agentibus personis adhiberent tibicinem, non in una parte modo, sed in omni actu atque scena. Is faciebat modos, et a tergo recitantium succinebat temperantius, ut eorum vocem componeret. Adeum more alludere videtur Cicero Tusculana prima, ubi videt eos qui timebant mortuorum cadaveri: Non intelligo quid metuat, quem tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Comicorum senarij, id est, versus iambici, sex pedibus constantes, quibus utuntur Comici, propter similitudinem sermonis et lingue cotidianae sic sepe sunt abiecti, hoc est, a maiestate carminis ad humilitatem remisisti, ut vix in iis numerus et versus intelligi posset, ut Hiccine me si imparatus in veris nuptiis abortus esset, quos mihi ludos redderet? Non est igitur cur miremur in oratione latere numeros, quem certiores in verso non nunquam lateant. Horat. Idcirco quidam comœdia necne poema Effet, quasi uere, quod acer spiritus ac vis Nec verbis nec rebus inest.

VICTOR. Iniquum est quod accidit non cognoscere.) Admodum, inquit, alienum est non cognoscere, quo maximè sensus noster afficitur. Neq; enim ipse versus ratione est cognitus.) As ut Lucretius putat, ex animum concentu, homines coepérunt primò, sp̄sq; modulatè aliquid profere.

Notatio nature) Quæ fuit in sensu. Et animaduersio) Ratione comprehensa. Peperit artem) Ite ars ortum habuit. Qui Augusti à Gracie nominantur) Nam in his maximè cantilenæ diuersa harmonia est. Lyrics) Quid ad lyram versus canerent, sicut etiā à modulatu Melicis sunt nominati. In Thyeste Tragœdia veteris Latina vel Enni, vel Pacuvij, vel Accij alteriusve fabula. Cum tibicen accessit) Cum ad tibias canuntur versus, ut etiam canta teneatur auditor. Quo est ad inueniendum difficulter in oratione numerus) Quoniam numero Comœdiarum adhuc obscurior.

Omnino duo sunt quæ condiant orationem, verborum numerumque iucunditas. In verbis inest quasi materia quædam, in numero autem expolitio: sed ut cæteris in rebus, necessitatis inuenta antiquiora sunt quām voluptatis: ita & in hac re accedit, ut multis seculis antè oratio nuda ac ruditis ad solos animorum sensus exprimendos fuerit reperta, quām ratio numerorum caussa delectationis aurium excogitata. Itaque & Herodotus, & eadem superiörq; ætas numero caruit, nisi quando temerè, ac fortuitò: & scriptores peruerteres de numero nihil omnino, de oratione præcepta multa nobis reliquerunt. Nam quod & facilius est, & magis necessarium, id semper antè cognoscitur. Itaque translata, aut facta, aut iuncta verba facile sunt cognita, quia sumebantur è consuetudine, quotidianoque sermone. Numerus autem non modo depromiebatur, neque habebat aliquam necessitudinem, aut cognitionem cum oratione. Itaque serius aliquanto notatus, & cognitus, quasi quādam palæstram & extrema lineamenta orationi attulit. Quod si & angusta quāda atque concisa, & alia est collatata & diffusa oratione, necesse est id non literarum accidere natura, sed interuallorum longorum & breuium varietate: quibus implicata atque permista

*Prout particula,*  
sed, addēdū, sed  
neque habebat.  
*ut si sensus, nō*  
*solum mūdi nul-*  
*lam rationē ha-*  
*buerūt, sed pror*  
*fus neglexerūt.*

## M. T. C I C E R O N I S

oratio, quoniam tum stabilis est, tum volubilis, necesse est eiusmodi naturam numeris contineri. Nam circuitus ille, quem s̄pē iam diximus, incitator numero ipso fertur & labitur, quo ad perueniat *Qualis sit numerus* ad finem, & infistat. Perspicuum est igitur numeris adstrictam orationem esse debere, carere versibus.

S T R E B A E V S. Quæstio dissoluta est, si nūs numerus in oratione. Pergit ostendere serō nārum fuisse numerum, et ad aurium voluptatem comparatum, ut exoluātur ille quæstiones, ex quo natus sit? ad quid adhibeatur? Sicut alia verba reperta sunt ad necessitatem, alia ad voluptatem: sic oratio nuda ac crudis, erat necessitatis: oratio numerosa, voluptatis. Naturæ ergo numerus ab aurii voluptate, componitur ad delectationem, et quasi eloquentiae condimentum. omnino duo sunt, id est, ex omnibus orandi virtutibus duæ, quæ cōdiant orationem, ac veluti sale quodam iucundiorē efficient. Altera est verborū nō omniū, sed florētū iucunditas: altera numerorū voluptas. Sententiae nōn ut condimenta, sed ut alimēta necessaria subministrantur: quemadmodū verba quæ tātūm cōceptus animi declarant, neq; viribus nouis, neq; elegātia splendescant. In verbis omnibus mēt̄ quasi materia quædam: quia sicut ē materia construit opus artifex, vt ē ferro gladium: sic ē verbis de međio sumptis aut innouatis artifex extruit illigāque numeros. In numeris est expolitio, propterea quodd̄ verbas locis aptata, numeri beneficio tanquam lapides expoliti coagmentantur. Verba autem fuerunt ante numerum, quia necessitatis inuenta antiquiora sunt, quād̄ voluntatis: quād̄ quam non omnia verba credipat est necessaria, quia res vna multus effertur modis, et ē figuris noui sumuntur intellectus. Herodotus, et eadem superiorque etas, numero arte quæsto caruit, verbis non caruit. vnde constat posteriorem esse numerum. Quintilianus huic sententiae refragatur. Non enim, inquit, quanlibet magnus author Cicero persuaserit, Lysiam, Herodotum, Thucydidem, parum studiosos numeri fuisse. Quod Fabius à Dionysio Alcarnasco accepit, ut suprā demonstrauimus. Herodotus multis in locis versiculos effundit imprudens, nec videtur habere delectum pedum, nec iusto modo debitōque fine multas completere sententias: vnde Cicero iudicauit eum caruisse numeris, non ed permotus, quodd̄ interum decenter orationē terminaret quum doctus esset, et, ut ait postea, studiosus compositionis et iunctura. Principium Melpomenes insuave et imperfectum, metra de rībū βασιλῶν ἀγεωνέγετο τῶν σκύλων αὐτῷ δράστες ἔλασι. Quæ proximè sequuntur, non multo pleniora sunt: ut illi fines, ὑπογέας ἀδικεῖσ. οὐχοὶ τὸ λόγον. κατατύποτες τὸ ἀρχὺν μῆδος. Cedamus ergo Ciceroni, cui quod habet optimum Fabius, debet acceptum referre. Hoc etiam pro Cicerone facere debet, veteres illos de oratione multa, sibil autem de numero præcepisse, Coracem, Tisiam, Empedoclem, Gorgiam, aliōsque permultos usque ad Thrasymachum et Isocratem primos authores huiusc voluptatis. Quod erat facilius, id antē cognitum est, ut verba translata, que sunt metaphorica: ut, Ruentes animi, fulcendi sunt. Verba facta, ut, Animi prouisio. Verba iuncta, id est, composta: ut, terra frugiferentes, apud Lucretium. Sumpta sunt hac ē consuetudine cottidianōque sermone, aut quodd̄ illa vulgē dicerentur, aut quodd̄ per analogiam facilem ouarentur. Id accidere numero non potuit, quem vulgus ignorabat. Numerus, inquit, non hoc modo de promebatur, quo verba permulta: neque habebat aliquam necessitudinem, id est, familiaritatem cum oratione populari. Ex dictis colligit serius aliquanto numerum et notatum et cognitum fuisse, quād̄ verba cōdimenti iucunditatēq; gratia reperte. Ergo verba necessaria primū fuerūt, deinde verba ad voluptatē comparata, deinde carmen, postremus omnium numerus. Is quandam palestram orationi attulit, hoc est, effectit ut oratio more palestritarum validius atque decentius moueretur. Palestræ quidem decens est motus: quamobrem Fabius ad palestritas mittendum oratorem futurum censet.

*ut inde robustior honestiorq; membrorum flexus comparetur, certe in longis ac brevibus intervalis est numerus, unde aut tardior aut mobilior est oratio. Idem numerus extrema lineamenta orationi attulit, hoc est, orationi fusæ & veluti in statuam conflata addidit explicationem. Quemadmodum fusores pulvere deterso, squallore metalli decicto, extrema ducunt lineamenta. sic oratio natura conflata, sensim depositus squallorem, tandemque numerum recepit. Oratio alia angusta atque concisa, que non conficit cursum, qualem nunc implicari. Alia est collatata, atque diffusa, quæ pulchritudinis honore ducta circundatur, statimque metatur, ut qui modulum pedum percipit sensus, iucunditate & voluptate recreetur. Istud efficitur non ex natura literarum vocalium, consonantiumque, quarum coagmentatio & iunctura debet esse: sed interuallorum longorum & brevium varietate, hoc est, temporibus syllabarum, quibus implicata, id est, contexta oratio, longioribus stabilit, firma est, brevioribus instabilis & volubilis. Circuitus, quæ periodus appellatur, incitator numero ipso, id est, contextu pedum fertur & labitur, quo ad perueniat ad finem, & insitiat, hoc est, quo ad aures quiescant, pedemque figi velint. Est enim insistere, vestigium premere, & quasi fixo pede commorari. Si numerus est ad aurium voluptatem comparatus, sique voluptas maior est à varietate, quād à versuum similitudine, si deniq; tantam diligentiam præ se ferre non debet oratio, perspicuum est numeris adstricta orationem esse debere, carere versibus. Habet ex quo natus sit numerus, & ad quam rem adhibeatur.*

*VICTOR. Itaque translata, aut facta) Quoniam hec admodum necessaria erant, que in omni oratione erant usurpanda. Quand: in palestram) Que exercendi corporis causa inueta est.*

*Et extrema lineamenta orationi attulit) Apictoris sumpta translatio: hoc est, absolute ita orationem, ut in ea polienda nihil amplius deficeretur. Tum stabilis) Quia ex longis, ut ex Spondeis, vel Molothis. Tum volubilis) Quia ex brevibus, ut Peanibus quatuor, vel Iambis, aut Trocheis. Nam circuitus) Quem Grati Periodum, Ciceru multis appellat nominibus: modo enim clausulam, modò circuitum, modò comprehensionem, ut aliter etiam vocare solet.*

Sed hi numeri poëticæ sint, an ex alio genere quodam, deinceps est videndum. Nullus est igitur numerus extra poëticos, propterea quod definita sunt genera numerorum. Nam omnis talis est, ut unus sit è tribus. Pes enim qui adhibetur ad numeros, partitur in tria: ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiplex pæan: qui pedes in orationem non cadere quâ possunt? quibus ordine locatis quod efficitur, numerosum sit necesse est.

*STREBÆVS. Questio fuit, quales essent oratorum numeri, ex poetisne numeris, an ex alio genere quodam? Respondet nullum esse numerū extra poeticos, quia quum sint omnino tria genera numerorum, nullumque genus non veniat in orationem & in versum, necesse est eosdem esse poeticos & oratorios. Sunt, inquit, definita, hoc est, certo numero comprehensa genera numerorum. Omnis enim pes eiusmodi natura est, ut unus sit è tribus, aut par, aut sesquiplex, quia pes unde conficitur numerus, id est, illa constans & definita modulario, aut pars est, si pars eius æqualis est alteri, ut dactylus, anapestus: aut duplex, si pars eius altero tanto, id est, duplo maiore est, ut chorœus, iambus, aut sesquiplex, si pars eius tantundem dimidiumque continet, ut pæan, bacchius.*

*Quidā enim pedes sunt disyllabi, quidā polysyllabi, & illi sunt duplices.*

*Vbi pars parte maior est, sit iā-*

# M. T. CICERONIS

Transfert ista Fabius. Rhhythmus, inquit, aut pars est, ut dactylus. unam enim syllabam parem brevibus habet. est quidem vis eadem & aliis pedibus, sed nomen illud tenet. aut sesquplex, ut pæan, cuius vis est ex longa & tribus brevibus: quicque ei contrarius, ex tribus brevibus & longa, vel alio quoque modo tempora tria ad duo relata sesquiplum faciunt. aut duplex, ut iambus: nam est ex brevi & longa; quicque est illi contrarius. Hæc ille. Ex hu[m] intelliges partem esse pyrrhichium, spondænum, dactylium, anapæstum, amphibrachin siue scolian: duplices autem, iambum, chorænum, tribrachyn, molossion. Sesquiplios verò, bacchium, antibacchium, amphimacrum. Reliquos pedes ex iis componi vel pueri sciunt. Hæc autem partitio naturam pedum analogiam demonstrat, ut ex arte numerare possumus tempora syllabarum, & inter se comparare. Omnes hi pedes in orationem necessariò cadunt, quia verba quibus necessariò utimur, longis & brevibus constat, ac simplices numeros perpetuè secum ferunt: sed numerus ille de quo loquuntur oratores, non ex quibuslibet pedibus, qui sunt etiam in oratione dissolutissima, sed ex artificio pedum collocatione consistit. Pes est ordinum loquètum, collocatio dicti: sive morum. Vult igitur pedes ordine collocari, quod in collocacione sint omnia. Omnis oratio pedes habet: neque enim loqui possumus nisi brevibus & longis. Oratio numerosa pedes ordine componit, ut illas aptè cadentibus decenter incedat. Hinc illud est paulò infra: Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros, eosdemque esse oratorios, qui sunt poetici.

**VICTOR.** Nullus est igitur numerus extra poeticos) Id est, qui pedibus eiusmodi consistet atque conficiatur: quibus etiam ipsi ventur poetæ in versibus. Nam omnis talis est) Subaudi, numerus: nam sicut hanc pedes, quam ipse aperit, habent sectionem: ita numeri, qui ex pedibus constant, habeant necessæ est. Partem pedis, aut æqualem esse) Vt in Pyrrhicio Spondæoque.

Aut altero tanto) Vt in Trochæo, & Iambō: Aut sesqui esse maiorem) Vt Pæanes quadruplicem, est & tripla proportio, ut in Amphibracho: & sesquiteria, ut in quatuor Epitritys, unde etiam nomen habuerunt Epitritys. Aequalis Dactylus) Quia una duorum temporum, cum duobus temporibus comparata æqualem proportionem facit. Duplex Iambus) Quia duo tempora cum uno comparantur. Sesquplex Pæan) Quoniam tria tempora cum duobus conferuntur.

Qui pedes in orationem cadere qui possunt?) Ac si dicat, nullo modo accidere poterit. hoc dicit, non quin alij quoque cadant: sed satie habuit aliquos ostendere: ideo etiam subiungit, Incidere verò omnes in orationem etiam ex hoc intelligi potest.

*Vt pro Marcello, Fortuna in istius se societatem glorie, &c.*

Sed queritur, quo numero, aut quibus potissimum sit vtendum. Incidere verò omnes in orationem etiam ex hoc intelligi potest, quod versus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer est vitiosum: sed non attendimus, neque exaudimus nosmetipso. Senarios verò & Hipponeacteos effugere vix possimus. magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio: sed tamen eos versus facile agnoscit auditor: sunt enim usitatissimi. Inculcamus autem per imprudentiam sæpe etiam minus usitatos, sed tamen versus, vitiosum genus, & longa animi prouisione fugendum. Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus Peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapæsticos: quo quid potest esse turpius? et si in eligendo fe-

cit malitiose. Prima enim syllaba dempta ex primo verbo sententiæ, postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit in sequentis. ita factus est anapæsticus, is qui Aristophaneus nominatur. Quod ne accidat, obseruari nec potest, nec necesse est. Sed tamen hic corrector, in eo ipso loco quo reprehendit (ut à me animaduersum est studiose inquirenti in eum) immittit imprudens ipse senarium. Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros, eosdémque esse oratorios, qui sunt poëtici.

**S T R E B A E V S.** Quæritur postea, quo numero, aut quibus potissimum sit utendū? Ante quam respondeat, ostendit numeros omnes etiam imprudentibus in orationem incidere. Id argumento sit, quod versus sœpe in oratione per imprudentiam dicimus, hoc est, versus effundimus, etiam si nihil tale cogitamus: ut Cicero in Pisonem duos senarios, & dimetrum unum continuat:

Oculi, supercilia, frons, vultus denique  
Totus, qui sermo quidam tacitus mentis est,  
Hic in fraudem homines impulit.

Hoc tamen vehementer esse vitiosum putat, sed excusat, quia nō attendimus, id est, non animaduertimus, neque exaudimus nosmetipso, perinde quasi stupidæ sint aures. Sed cur ita vitiosum? In viro docto nimiam numerorum affectationem, in indocto componenti inscitiam præfert. Heroicos versus & elegos euitare possumus, excellunt enim, & ferunt aurem. Senarios vero & Hipponaëeos effugere vix possumus. Quid ita? magnam partem ex iambis nostra constat oratio. Magna ex parte ferè dicit, sed hic immutauit, quia dicturus erat, ex iambis, & asperè audiebatur, magna ex parte ex iambis. Consuluit auribus, ut par erat. Magna partem dicere quidem possumus, quod ut à Græcis supprimitur aliquando  $\chi\tau\eta$ , sic quoque à Latinis vel per, vel secundū, vel circa, ut, cetera formosum, t' &  $\alpha$ , synecdoche vocatur, quam non repudiatur oratio. Liuius, Annibal aduersum fenestrę tragula grauerter iclus cecidit. Cicero Tuscul. 4. Chrysippus & Stoici quum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati sunt. Iam queramus qui senarij hipponaëtique dicantur, & cur ex iambis nostra ferè constat oratio. Versus iambici à sex pedibus senarij nominantur. sextus est iambus: primus, tertius, quintus, aut iābus, aut tribrachius, aut dactylus, aut anapæstus, aut spondæus: secundus & quartus, aut iambus, aut tribrachius. Hoc senario Aristophanes in veteri comœdia & tragicæ omnes frequenter utuntur, ut,

O mors amoris una solamen mali,  
O mors pudoris maximum laeti decus,  
Confugimus ad te, pande placatos sinus.

Alius est senarius comicus, qui non obseruat pares & impares locos, sed unum aliquem de quinque pedibus constituit, ut,

Vos isthac intrō auferre, abire, Sofia  
Ad eisdum, paucis te volo. Dicatum puta.

Hipponaëteus qui dicitur vel hipponaëlius, Græcè ιαμποναέτεος, Latinè mutatur ex aut in e, aut in i longum: hipponaëteus inquam ab Hipponaëte iambographo Ephesio nomen habet, nihilq; differt à senario tragicæ, de quo modò locuti sumus, nisi quod persæpe aut catalepticus, aut hypercatalepticus est. Catalepticus quinque pedes habet, ac syllabam, ut,

Mea renidet in domo lacunar.

# M. T. CICERONIS

Hypercatectus sex pedes ac syllabam continet, ut.  
Fugit umbra falsi, oriente luce veritatis.

Hipponacteum quoque vocant iambicum claudum, ut,  
Nec fonte labra prolixi Caballino.

Quod autem ex iambi ferè nostra constet oratio, non est meditatis, sed cœntus.  
Nam quum verba propè omnia longis ac brevibus misceantur, in cōpositionem p̄tē cadunt iam-  
bi, nisi cum verba de multis felicitetur. Addamus istuc, cur iambicos versus vñstatisimos putet, et  
eos facilē agnoscat auditor. In singulos annos multi exhibebantur ludi scenici, multæ agebantur  
et tragœdia et comœdia, ex quibus versus illos non docti modò, sed etia imperita multitudo co-  
gnoscet. Inculcamus etiam, id est, quodammodo inter partes constipamus minus vñstatos, sed tan-  
tem versus, ut choriambicos, Instabilis tyrannis. Anacreontios, Relinque turpitudinem scele-  
ris. Sunt alij propè infiniti, hinc illud Quintiliani, Nihil est quod proscriptum non redigi pos-  
sit in quædam versiculorum genera. In adeo molestos incidunt grammaticos, qui carmina in va-  
rias formas coegerunt. Hoc tamen ne sèpius accidat, longa animi prouisione fugiendum. Quippe  
cum Isocrati virtio dederint quidam Peripatetici, quod studiō cōpositionis in versus incidisset, ut se-  
narios et anapæsticos, qui vel in uno Areopagitico plurimi sunt, paucos adscriptissimus,

Πολὺς δὲ ὅμων οἵμων θαυμάζειν λόπινα. Απόστολος γάρ τὸ ιδεῖν τὸν τίλον τὸν πρώτον σεγίνεται. Στηρίχος δέ τοις αὖτις εἴτε Σαζον, Τατ' ἀκτής καὶ  
ποιεῖ αὐλή, καὶ τὰ χούλια. Sunt in eadem oratione anapæstici, qui quatuor incedunt pedibus, aut ana-  
pæstis, aut dactylis, aut spondeis, aut sèpius mixtis.

Καὶ προστέχειν τὸν τὴν θεῖον περγάματιν

Υπὸ τὸν περγαμὸν καταλειφθεῖσις.

Νομίμους περγάμους διετίλεται.

Αμφότερος γάρ τὸν θεῖον σωτείαν.

Si quis obseruabit illum orationes, eiusmodi permultos inueniet: unde constat Hieronymum il-  
lum Peripateticum non omnis elegisse quos Isocrates effudit, sed triginta modò cœntum suis  
fis, ut illum nimis studiosum cōpositionis ostenderet. Hieronymus Peripateticus vocatur ad evitan-  
dam non minis ambiguitatem. Hoc quidem nomen est commune multorum. Hic autem ab Aristote-  
lis sc̄la nominatus, sententia Peripateticus non fuit. Testis est Cicero de Finibus: Præterea multos,  
inquit, in his doctum hominem et suauem Hieronymum, quem iam cur Peripateticum appellem,  
neficio. Summarum enim bonum exposuit vacuitatem doloris. Is igitur doctus, fudius, et in primis  
nobilis, sed malitiosus, qui ut versus notaret, non tota verba, sed dempta syllabis mutilata sume-  
bat, hoc modo constauit anapæsticum Aristophaneum ab Aristophane nominatum. Aristophaneus duplex est, aut enim continet tres anapæstos, hoc modo. Fugis hinc scelerate puer, aut oto syl-  
laba dempta, ut, Date vina mihi, date ferta, iuuat dare tempora tota Lyæo. Dicit quissimā, Quo-  
modo sibi Cicero constat, qui versus facere in oratione turpe flagitium putet, quum fateatur ipse  
ne id accidat, neq; obseruari posse, neq; oportere? Omnino vitare non possumus: quod ostendit ille  
correſtor tam severus, attamen frequenter in notos incidere versus, flagitium est.

VICTOR. Quod vehementer est vitiosum? Quoniam dum soluta esse debet oratio, vitio-  
se versus pangitur. Neque exaudimus nosmetipſos? Non sufficiimus quid dicamus. Senarios  
verò Ideſt, Trimeetros iambicos. Et Hipponacteos effugere vix possumus? Hipponacteum, ab  
Hipponacte Lambographo carmen appellatum. Est autem metrum Iambicum Hipponacteum, ut  
Manlius inquit Theodosius, quod repetit pedes ex lege in aliis comprehensa: et additur ei in fine  
pes bacchius, Ibis Liburnis inter alta nauium recurrens. Est etiam alterum Iambicum Hippo-  
nacteum, quod à nobis comprobatur, in quo sextus pes Spondæus ponitur. huius exemplū, Hic non

Iambum reddidit pedem sextum. Sed tamen versus, vitiosum genus) Verum tamen, inquit, vi-  
tiosè versibus veimur. Sed etiam Anapæsta) Subaudi carmine. Sanè in Anapæstico metro,  
ut idem Manlius Theodosius inquit, nullum pedem ita congruere, ut Spondæum videmus, nam  
quoniam Dactylum in metro à quibusdam Græci positum inuenimus, eo tamen adhibito, cōfago-  
sius quiddam resonat, & durius. Itaque tametsi Dactylus, atque Anapæstus sunt temporibus pa-  
res: id tamen aurum sensus, cui est maximè parendum, efflagitat, ut quemadmodum intromitti in  
metrum Dactylicum, ne eius suavitatem corrumpat. Anapæstus non potest: ita metrum Anapæ-  
sticum ne in eius gratia minuatur. Dactyla in hospitale erit, accommodatissimus vero Spondæo in hoc  
metro locus primus: ceteri atq; omnes pedes Anapæsti. ita tamen ut pro ultimo pede, sicut in Tro-  
chaico metro, una tantum syllaba constituantur, primo autem metrum Anapæsticū, aut Dactylicum  
ab Hexametro ordinatur. huius exemplum, Altè superemicat Aetna, Polò que propinquat. Hæc  
Manlius. Non me fugit hic de hoc metro posse alia plura dici: sed quod ad hunc locum attinet, plu-  
ribus dicendum non fuit. Anapæsticus is, qui Aristophaneus nominatur) Aristophaneus con-  
stat monometro, vel dimetro: ut, Optima Calliope. Sed tamen hic corrector) Ironicos, hic corre-  
ctor, quoniam dum alias corrigit, in eo, in quo corrigit, vitio, ipse reprehendens.

Sequitur ergo, ut qui maximè cadant in orationem aptam nu-  
meri, videndum sit. Et sunt enim qui iambicum putent, quod sic  
orationi simillimus: qua de causa fieri, ut is potissimum propter  
similitudinem veritatis adhibeat in fabulis, quod ille dactylus  
numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior.  
Ephorus autem leuis ipse orator, sed profectus ex optima discipli-  
na, pœana sequitur, aut dactylum: fugit autem spondæum & tro-  
chæum. Quod enim pœan habeat treis breueis, dactylus autem duas, Nempe I forna-  
tes.  
breuitate & celeritate syllabarum labi putat verba procliuius: con-  
trâque accidere in spondæo & trochæo, quod alter ex longis con-  
staret, alter è breuibus fieret: alteram nimis incitamat, alteram ni-  
mis tardam orationem, neutram temperatam. Sed & illi priores er-  
rant, & Ephorus in culpa est. Nam & qui pœana prætereunt, non  
vident mollissimum à se numerum eundemque amplissimum  
præteriri. Quod longè Aristoteli videtur secus, qui iudicat he-  
roum numerum grandiorem quam desideret soluta oratio: iam-  
bum autem nimis è vulgari esse sermone. Ita neque humilem, nec  
abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat: ple-  
nam tamen eam vult esse grauitatis, ut eos qui audient, ad maio-  
rem admirationem possit traducere. Trochæum autem, qui est  
eodem spatio quo choræus, cordacem appellat, quia contractio &  
breuitas dignitatem non habeat. Ita pœana probat, eoque ait uti  
omnes, sed ipsos non sentire cum tantur: esse autem tertium  
& medium inter illos: sed ita factos eos pedes esse, ut in eis

Pœan habet tres  
breues & unā  
longam. Oratio  
autem que nul-  
las habet syll  
abas, est sua-  
uior & submis  
sior: sicut spōdæi  
sunt grandiores  
& duriores.

# M. T. CICERONIS

singulis modis insit aut sesquiplex, aut duplex, aut par.

omnibus metris iambica maximè loquendo fundit. Opus est autem ampliorē esse orationem, ut existimatur à vulgo. At trocheus est tripudius aptior, quod octonarii ostendunt. In octonariis enim volubilis est numerus. Restat itaque pœan, quo post Thrasymachum repertorem veluti arcano ritebatur, quum quid esset, ne sentirent quidem. Est autem tertius pœan & medius inter illos, in quo tria tempora ad duo referuntur: in illo autem aut unum ad unum, aut duo ad unum. Hac ratione & analogia sit hemiolia & sesquimplex, qui pœan est. Reliqui propter ea quæ dicta sunt, & quia metrica conueniunt, omittendi. Sumedus est pœan, à quo solo nullum metrum est: unde sit ut maximè lateat.

Cicerus ad verbum non reddit, sententiam collegit, herorum numerum, quem Fabius interpretatur dactylium & spondaeum, gradiorem esse quam desideret soluta oratio: iambum nimis humilem & abiectum: neutrā orationem probari, nec humilem, nec nimis exaggeratam, id est, veluti aggere & cumulo terræ supposito editam (translatio est à turribus ligneis, quibus in aggere constitutis vabantur in oppugnatione) plenam orationem esse oportere. trocheum, qui trium temporum est, quemadmodum chorus, esse cordacem, id est, tripudius aptum. cordax enim saltationis est genus. Lucretius in Icaro menippo, Apollo cithara canebat, Silenus cordacem saltabat. Contractionem, id est, breuitatem pedum, uti trochæi, dignitatem non habere. Pœana restare, quo utantur omnes, etiam si non sentiant. Tum pœana tertium esse, hoc est, medium inter illos, neque abiectum, neque nimis altum. hoc enim tertium dicit. Ita factos eos pedes esse, ut in eis singulis modis & mensura sit, aut sesquimplex, ut in pœane: aut duplex, ut in iambo, trochæo: aut par, ut in dactylo atque spondeo. His sunt enim quinq; pedes de quibus erat locutus. Sic est Aristotelis explicata sententia.

**VICTOR.** Sunt enim quisambicum putent) Vt Aristoteles. Quod illi Dactylicus numerus hexametrorum magniloquenter sit accommodator) Sicut Demetrius Phalerensis putat.

Profectus ex optima disciplina) Subaudi, Isocrates. Et trocheū Choræus aliquando Trochæus, aliquando Tribrahis appellatur. Alteram nimis incitatā) Quæ ex Choræis, id est, Tribrahis. Alteram nimis tardam) Quæ ex Spondæis. Prior errant) Ideo non mirandum, si numeri nondum eis satu noti. Herorum numerum) Qui ex Dactylis constet, vel Spondæis.

Trocheum putem) Qui est eodem spatio, quo Choræus uterque, enim tribus constat temporibus.

Cordacem appellat) Id est, laetiua, & procacem exultationem: quod in breuitate gravitas nulla sit. Ita Pœana probat) Propter dictioris longitudinē. Aut sesquimplex) Qui ab aliis sesqui alter etiam dicitur Latinis: Graec autem λεπτός: ut tria ad duo, triginta ad viginti: in quibus totum & dimidia alterius pars continentur numeri superparticularis quis autem hic in pedibus metiendis sit, sicut & duplus, & triplus, & sesquiterius, aut par, iam dictum.

Itaque illi de quibus ante dixi, tantummodo commoditatis ha-  
buerunt rationem, nullam dignitatis. Iambus enim & dactylus in  
versum cadunt maximè, itaque ut versum fugimus in oratione, sic  
hi sunt evitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est ora-  
tio, nec quicquam inimicitius, quam illa, versibus. Pœan autem mi-  
nimè est aptus ad versum, quo libentius eum recepit oratio. Epho-  
rus vero ne spondæum quidem, quem fugit, intelligit esse æqua-  
lem dactylo, quem probat: syllabis enim metiendos pedes, non  
interuallis existimat: quod idem facit in trochæo, qui temporibus  
& interuallis est par iambo, sed eo vitiosius in oratione si ponatur  
extremus, quod verba melius in syllabis longiores cadunt. Atque

# M. T. C I C E R O N I S

*Periodus subsi-  
dere debet in lo-  
gum pedem. vt  
pro Marcello,  
Quanquam iste  
tuus animus,  
&c.*

hæc quæ sunt apud Aristotelem, eadem à Theophrasto Theode-  
rè de pæane dicuntur. Ego autem sentio omnes in oratione  
esse quasi permistos & confusos pedes. Nec enim effugere posse-  
mus animaduersionem, si semper iisdem vteremur: quia nec nume-  
rosa esse, vt poema: neque extra numerum, vt sermo vulgi est, de-  
bet oratio. Alterum nimis est vincitum, vt de industria factum ap-  
pareat: alterum nimis dissolutum, vt peruagatum ac vulgare videa-  
tur: vt ab altero non delectere, alterum oderis. Sit igitur (vt suprà  
dixi) permista & temperata numeris, nec dissoluta, nec tota nume-  
rosa, pæane maximè (quoniam optimus author ita censet) sed reli-  
quis etiam numeris, quos ille præterit, temperata.

*S T R E B A E V S.* Quid de pedibus alij sentiant, exposuit: deinde quid sentiat ipse, pronun-  
ciat. Illi tantummodo commoditatis habuerunt rationem, qui solum probarent eos pedes quos ora-  
tioni commodos arbitrabantur: hic vult etiam seruari dignitatem. Quam inquies. Dignitas serua-  
tur, si iambus humilia, heros grauia, trochæus volubilia, pæan suauiter & amplè fluentia, nexus  
illorum omnium temperata frequentabili. Rerum varietate varios adhiberi numeros conuenit. Quod  
si iambus & dactylus in versum cadunt maxime, & siccirco incommodos arbitrantur, adhibet re-  
mediū Cicero: euitari inbet continuatos pedes, ne versum conficiant. Miscebis igitur, quia nihil ini-  
micitius est quād versibus oratio, quod hæc varietate, illi numeros pares desiderant. Mutos effe-  
porteat nos, si certis definitisque numeris alligemur. Pæan minime est aptus ad versum, siue quod  
poeta fortuitò non traxerunt in vsu, siue quod reiecerunt consilio, quia longus & instabilis esse  
videbatur. Ea de caufa libentius eum recepit oratio. Dactylus & spondæus, si pedes interuallis, hoc  
est, temporibus metiamur, & quales erunt, singulis enim tempora sunt quaterna. Ephorus in equales  
putat, quia syllabis metiendo pedes, non interuallis existimat. Iambus similiter & trochæum fa-  
cit in equales, quod sit iambus duarum, trochæus verò trium syllabarum. Nam tribrachum acci-  
pimus, sicut & Quintilianus. Cicero pares habet, quia singulis terna sunt tempora. Trochæus ta-  
men extremus in oratione eo virtute suis ponitur quād iambus, quod verba melius in syllabus lon-  
giores cadunt ut hoc est pleniū. Ausus es confiteri: quād iustum, Cooperunt fugere. Sed vt alij alijs  
meliores sint, vt antè diximus, tamen omnes in oratione sunt quasi permisti & confusi pedes. Quā  
obrem? Quoniam effugere non possemus animaduersionem, si semper iisdem vteremur. Auditor  
animaduerteret aucupium voluptatis, & accuratam compositionem, si semper iisdem vteremur.  
Neque numerosa esse, vt poema: neque dissoluta, vt sermo vulgi debet oratio. Poema nimis est vin-  
ctum, siccirco de industria factum apparet. Sermo vulgi nimis dissolutus, nimis peruagatus ac  
tritus. A poemate non delecteris in arte dicendi, sermonem illum dissipatum & vagantem ode-  
ris. Seruet igitur mediocritatem, sic vtatur illo pæane, quem summus author Aristoteles probauit,  
vt cæteros tamen ne fastidiat.

*V I C T O R.* Iambus enim & Dactylus in versum cadunt maxime. Hoc non dicit, quin reli-  
qui quoque versum faciant: sed quia hi coniuncti facile versum facere dinoscantur, multi Iambi,  
multique Dactylæ. Pæan autem minime est aptus ad versum. Atqui Pæanicum etiam metrum  
dicimus, intelligendum ergo versum, qui sonitum aliquem poeticum habeat: & eo metro variis  
quoque utuntur poetae. Sequalem Dactylo. Subandi, temporibus: nam & equalis est etiam

*ſentio. Nec enim posſemus effugere animaduersionem) Quia cum ſimilebus omnes clauſule peribus terminarentur, deprehenderetur dicendi aucupium: & prouide ubi verè dicere vides, ludere viderere. Alterum nimis eſt vniſtum) Poema. Alterum nimis diſſolutum) Quod ad sermonem pertinet: ideo neutro genere protulit: quia ad rem, non ad sermonem dirigit cogitatum. Ab altero non deleſtere) Sermon. Alterum oderis) Cum ſimile videas poemati. Optimus author) Subaudi, Ariſtotelēs.*

Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram misce-  
ri oporteat, nunc dicendum eſt, atque etiam quibus orationis ge-  
neribus ſint quiqe accommodatiſſimi. Iambus enim frequentiſſi-  
mus eſt in iis quæ demiſſo atque humili ſermonē dicuntur: pæan  
autem in amplioribus: in utroque dactylus. ita in varia & perpe-  
tua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi, & temperandi. ſic minimè  
animaduertetur delectationis aucupium, & quadranda orationis  
industria: quæ latebit eo magis, ſi & verborum & ſententiarū po-  
nderibus utemur. Nam qui audiunt, haec duo animaduertunt, & iu-  
cunda ſibi cefent: verba dico, & ſententias: eaque dum animis at-  
tentis admirantes excipiunt, fugit eos & præteruolat numerus, qui  
tam enī ſi abeffet, illa ipſa delectarent. Nec verò nimius iſ cursus eſt  
numerorum, orationis dico: nam eſt longè aliter versibus, nihil ut  
fiat extra modum (nam id quidem eſſet poema) ſed omnis nec clauſi-  
cans, nec quaſi fluctuans, & æqualiter constantérque ingrediens,  
numerofa habetur oratio. Atque id in dicendo numeroſum pu-  
tatur, non quod totum conſtat ē numeris, ſed quod ad numeros  
proximè accedit: quo etiam diſſicilius eſt oratione vti, quam verſi-  
bus, quod in illis certa quædam & definita lex eſt, quam ſequi ſit  
neceſſe: in dicendo autem nihil eſt propositum, niſi aut ne immo-  
derata, aut angusta, aut diſſoluta, aut flauens ſit oratio. Itaque non  
ſunt in ea tanquam tibicini percusionum modi, ſed vniuerſa com-  
prehensio & ſpecies orationis clauſa & terminata eſt, quod volu-  
ptate aurium iudicatur.

*S T R E B A E V S. Quod eſtum eſt, numeri qua ratione coponantur, communē ſne ſint omnis  
generi orationi? Reſpondet non eſſe communes, ſed tanquam purpuram coloribus, ſi optimum nume-  
rū deterioribus eſſe miſcendum. Purpura quidem cum amethystino colore & coccineo miſcetur,  
quod Plinius queritur. Gemina, inquit, demonstrata via luxuriae, ut color aliis operiretur alio.  
Iambus frequentiſſimus, non tamen perpetuus eſt in iis quæ demiſſo atque humili ſermonē dicun-  
tur: ut, Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit ſolū, ſed præ-  
fuit. Pæan amplioribus adhibetur: ut, Hac utrā moderatione dicendi, non ut in illis potestate  
fortunam poſtam eſſe dicam, ſed ut præterita meminiffe, reliqua ſperare videamur. Dactylus &*

*Sextum prece-  
piū, de miſcedū  
numeris.*

*No debetis que-  
rere certos pe-  
des, ſed tantum  
obſeruare cer-  
tas periodos, ne  
prior pars pe-  
riodis ſit longior  
quam posterior.*

## M. T. C I C E R O N I S

in humili sermone, & in dignitate locum habet: quod non eget exemplo. In oratione perpetua a quum varia dicuntur, alia tenuia, alia mediocria, alia sublimia, miscendi sunt pedes, & temperandi, ut alios tamen frequentius, alios parcior pro rerum natura collocemus. Hinc est orationis quadrangula industria, hoc est, artificium quo sic expositur oratio, sic coagmentatur, ut in muro pavimento ve quadrati lapides, quod ut nosse debet orator, sic occultare in iudicis maxime & consilii debet, ne dum gratia dicenda sunt, pueri more syllabae & tempora numerare videantur. Id assequetur tribus ex rebus, si variis misceat, non eisdem continuet pedes: si verborum ponderibus, id est, verbis significantibus veatur: si sententiarum gravitate delebet auditorem. Tolle sententiarum verborumque gravitatem, apta numeros, quid aliud audietur quam in anis & effeminata modulatio? Admirabilis est oratio, que rerum gravitate, verborum pondere iucunda, claculum subiicit hanc numerorum voluptatem. Numerorum cursus nimius esse non debet, hoc est, in orationis cursu non sic anxie pedes aptent, ut nimius & poeticus sit ie nexus. Nihil enim fieri debet extra modum. Hic dilectio nimia, & contraria soluta negligentia, vtraque vituperanda, non quum delectare volumus, & quantum possamus experiri, sed quum in consilii aut in iudiciorum res agitur, aut quum materia tractatur indigna tanta voluptate. Quod autem dicit intelligere se numeros orationis, non sine causa dicit. Numerus enim quum simpliciter dicitur, per est habens arsin thesinque. Numerus orationis est multorum pedum decens & apta colloccatio. Decenter & apte locabuntur, si neque claudicabit, neq; fluet uabit, sed equaliter constantia que ingredietur oratio. Haec constans & aequalis sententia, si erit delita que hoc tempore in Republica versata est, vestros quoq; animos duriores acerbioresq; redidit, actum est iudices: inter seras satius est etatem degere, quam in hac tanta immanitate versari. Constantem longae syllabae reddunt, & aqualem parium numerorum positio. Claudicabit & fluet uabit hoc modo: Si crudeles eritis hoc tempore, sicut ali, quia bella ciuilia vos quoque fecerint acerbiores, periremus. Satius est vivere inter seras, quam esse cum tam crudelibus hominibus. Profuerit hic tacite cattare sententias, & explorare voce, firmisne pedibus sustineatur oratio. Si, quod aiunt, viua voce hanc sententiam effores, repieres fluctuantem: Vtrum potius est a quum disseruari quod filium amiseris, an gaudere qui talem habueris? Vide ne parum gratia sit animi, meminisse repetiti munera, non meminisse dati. Si rationem quares, inuenies in singulis articulis instabiles positos esse pedes, qui breuibus quoddammodo fluctuant, nec unquam stabili vestigio sustinent. Firmanda sunt principia, incisa, membra, comprehensionis extrema. Haec obseruat auris, & eorum constantia atq; firmitate recreatur. In illis est quod in dicendo numero sum putatur. Nam quod singulos numerare pedes nec possumus, nec debemus, non est oratio tota numerosa, hoc est, certis pedibus constituta, sed paucis arte collocatis ad numeros proxime accedit. Nihilominus numerus est in omni continuacione verborum. Dispar igitur a versibus, quod in illis certa quedam & definita lex est, quam sequi sit necessere: ut in heroicis duo sunt omnino pedes, singulis temporis quaterna, sedes assignatae velut ordini senatorio & equestri in theatro. In dicendo nihil est propositum quod sequatur, nisi aut ne immoderata sit oratio cursu longiore, aut angusta suspenso vestigio, aut dissoluta reuinckis numerorum compagibus, aut fluens instabilitate breuium multarum. Non sunt in ea tanquam tibicini percussione numodi, quod est, non habet certos limites, certumque numerum syllabarum, quod quum modulando peruentum sit, cadat rhythmus, vocemque ponat. Ex contrario tibicen & musicus numeros habet rhythmos, ac spatia longitudinis eiusdem, & singulos in singulis percussionum modos: Musicorum vulgus nunc cadentias appellat. Orationis multae species, multaque mensura. Quantacunq; fuerit comprehensio, siue longa, siue brevis, si modus clausa & terminata est, numerosa dicitur. Clausa & terminata est, qua sensus auris modestè contentus, quasi mediocritate homo frugi quiescit.

VICTOR. His sunt intersemiscendi) Iambus, Dactylus, Paean. Et quadrangle ora-

(ionis industria) Sicut enim quadrata forma maximè stabili est (unde & eam Plato terræ ascri-  
bendam esse censuit: quia quamquam iactes, & volvas, firmatur) ita inde quadrare, conuenire dixe-  
runt veteres. Quæ latebit eo magis) Hoc dicit, Aurium quod querimus alicupum, occultabi-  
tur, si pondus erit in verbis, atque sententiis. Qui tamen si abeffet) Si nullus foret numerus, pro-  
pter gravitatem tamen verborum, & sententiarum aures ad audiendum intentæ essent. Ad nu-  
meros proximè accedit) Siquidem ex pedibus constat numeri: nec pars vlla vacat pedibus. clausu-  
la vero satis habet, si primordia pedibus constent, atque adeò versuum primordia: fines pedibus con-  
cludantur versum non terminantibus. Tantum tibicini percussionum modi) Vbi percusione  
digitorum breuitas, & longitudine syllabe ostendatur.

Solet autem quæri, totone in ambitu verborum numeri tenen-  
di sint, an in primis partibus, atque in extremis. Plerique enim cen-  
sent cadere tantum numerose oportere, terminarique sententiam. Est autem, vt id maximè deceat, non id solum. ponendus est enim  
ille ambitus, non abiiciendus. Quare cum aures extremum semper  
expectent, in eoque acquiescant: id vacare numero non oportet,  
sed ad hunc exitum tamen à principio ferri debet verborum illa  
comprehensio, & tota à capite ita fluere, vt ad extremum veniens  
ipsa consistat. Id autem bona disciplina exercitatis, qui & multa  
scripserint, & quæcunque etiam sine scripto dicent, similia scri-  
ptorum effecerint, non erit difficillimum. Ante enim circunscri-  
bitur mente sententia, confessimque verba concurrunt, quæ mens  
eadem (qua nihil est celerius) statim dimittit, vt suo quodque loco  
respondeat, quorum descriptus ordo alias alia terminatione con-  
cluditur: atque omnia illa & prima & media verba spectare de-  
bent ad ultimum. Interdum enim cursus est in oratione incitator,  
interdum moderata ingressio: vt iam à principio videndum sit,  
quemadmodum velis venire ad extremum: nec in numeris magis  
quam in reliquis ornamentis orationis, eadem cum faciamus quæ  
poëtae, effugimus tamen in oratione poëmatis similitudinem. Est  
enim in utroque & materia & tractatio: materia in verbis, tracta-  
tio in collocatione verborum. Ternæ autem sunt utriusque partes  
verborum, translatum, nouum, priscum. nam de propriis nihil hoc  
loco dicimus. Collocationis autem, ex quas diximus, compositio,  
concinnitas, numerus. Sed in utroque frequentiores sunt & libe-  
riores poëtae. Nam vt transferunt verba cum crebrius, tum etiam  
audacius: & priscis libentius utuntur, & liberius nouis: quod idem  
fit in numeris, in quibus quasi necessitati parere coguntur. Sed ta-

## M. T. C I C E R O N I S

men hæc nec nimis esse diuersa, neque vlo modo coniuncta intel-  
ligi licet. Ita sit, vt non item in oratione, vt in versu numerus extet:  
idque quod numerosum in oratione dicitur, non semper numero  
fiat, sed nonunquam aut concinnitate, aut constructione verborum.  
Ita si numerus orationis queritur qui sit, omnis est, sed alias alio  
melior atque aptior. si locus, in omni parte verborum. si vnde or-  
tus sit, ex aurium voluptate. si componendorum ratio, dicetur alio  
loco: quia pertinet ad vsum, quæ pars quarta & extrema nobis in  
diuidendo fuit. si ad quam rem adhibeatur, ad delectationem. si  
quando, semper. si quo loco, in tota continuatione verborum. si  
quæ res efficiat voluptatem, eadem quæ in versibus, quorum mo-  
dum notat ars, sed aures ipse tacito cum sensu sine arte definiunt.

S T R E B A E V S. Numerus in extremis aptè collocandus, quòd aures extremum semper  
expectent. Ea de re concessum est duos aut treis ad finem certos metiri pedes. Prima etiam diligen-  
tiā postulante, maximè ne versu initium ducatur. Media latent, vt currentium vestigia: sed ta-  
men & primis & extremis respondere debet. Est igitur ubique numerus, et si paulò ante dixit, non  
id totum quod numerosum putatur, constare numeris Intellexit media constanter ad finēre opor-  
tere, non metiri tamen certum pedum genus. Solet queri, totone in ambitu verborum, & in tota pe-  
rioda numeri tenendi sint, id est, aptandi pedes, ac in primis partibus atque in extremis, quod est ini-  
tium & extremum sententie. Plerique confuerunt cadere tantum numerosē oportere, terminariq;  
sententiam. Numerosē tantūm cadet, si numerus neque prima neque media, sed extrema tantum  
componet Cicero censet id maximè decere, numerosē terminari sententiam, quis ponendus est am-  
bitus, id est, aptè tandem deponendi sunt pedes ad honestē quiescendum, non abiiciendi ad turpiter  
procumbendum: quis denique aures extremum semper expectant, in eoq; acquiescent, id vacare  
numero non oportere. Sed nequaquam in isto sunt omnia. Errant igitur illi non genere, sed modo. Cō  
ponendis sunt etiam principia, mediaq; dirrigenda, vt à principio ad exitum feratur illa verborum  
comprehensio, vt à capite sic fluat oratio, vt ad extremum veniens ipsa consistat. Quamlibet enim  
compositi fines amittent gratiam, si asper & incompositè ad extrema venietur. Dicet aliquis, Mi-  
serum est hisce rebus occupari, & in numero metiendo consenserere. Occurrat homo prudens, id non  
esse difficultatum, si quis est bona disciplina exercitatus. Nam si multa conscribamus, vt citharæ-  
dorum manus, sic lingua nobis aliud agentibus composite feretur. Qui fit? inquires. Addit. Ante cir-  
cunscribitur mente sententia, id est mens inuenit & comprehendit rem ipsam, quæ postea verbis sit  
exponenda. si inuentam proferre nititur, conselium verba concurrunt, ac veluti agmine facto conue-  
niunt in buccam. Quid tum adhibenda mens est ad ea verba dimittenda, suisque locis & ordini-  
bus educenda. Potestne tam subito! Sanct, quoniam mente nihil est celerius. Quid postea? Vbi ver-  
borum descriptus ac digestus ordo est, vt militum in agmine, quia alias pauciora, alias plura sunt,  
alia ac varia terminatione concluditur. Iam quoniam ista omnia sponte sunt, mentis est exercitata  
spectare postrema, vt aptè ponatur, eoq; prima & media verba dirigere. Si dicendum erit inci-  
tatius, educes ex omnibus verbis celeriora, quæ properè ferantur ad metam. Si decebit moderata in-  
gredio, ac temperatum incendi genus, tardiora paulò verba ac longis temperata mittantur ex  
ore, vt cum moderata dignitate veniant ad extremum. Sic varius est in oratione numerus, imitans

quidem versum, sed tamen alienus à versu. Hic ut duas explicet questiones, cur non æquè in oratione atque in versu numerus appareat, & unde efficiatur id quod numero sum dicitur, comparat oratores & poetas, ut qui faciant idem & in verbis & in numeris, sed non eodem modo. Est in poeta & in oratore materia & tractatio, materia in verbis, ex quibus sicut oratio, ut ex arborum materia nauis intextur. Tractatio in collocatione verborum, quam disponit artifex, ut in nauis trabes architectus. Ut arbores materiae varia sunt, sic & verba diuersa. Alia sunt propria, materia omnium loquentium communis. Iccirco de propriis nihil hoc loco dicere. Alia translatata, alia noua, alia præscita de quibus abundè dictum est. Hac materia verborum ornant sua poete, ut Virgilius,

In marmore tonsæ, translatum est. Igneus est olli vigor, priscum. Despiciens mare veliuolum, innouatum. Eadem genera bonus usurpat orator. Ut autem materia tres sunt partes, sic & totidem collocationis. Una est compositionis, alio nomine iunctura. Altera concinnitas, id est, figura numerosa, ut pars paribus relata. Tertius est numerus, qui pedum ordinem motūq; constat. His ternis partibus venient oratores & poeta. Unde licet intelligi verba & numeros in illis non multum esse diuersa, nullo tamen modo coniuncta, quod liberius omnia poete aperteiusque faciunt, oratores illa sua supellecile parcus vtuerent. Hinc sit ut non eodem modo in oratione atque in versu numerus extet, id est, appareat: & ut numerosum illud aut à compositione iunctura, aut à concinnitate figuræ, aut à numero & ordine pedum componatur. Quæ breuiter excoluit questiones, antea tractauimus. Adde quid si priora teneas, nostra non egent expositione.

*VICTOR.* Ponendum est enim ille ambitus, non abiiciendus) Quod fieri videbitur, si sola ultima sint numerosa. Non erit difficillimum) Id verè, nā quoquo modo se quispiam exercuerit, ita dicit. Vel adē verū est, ut nobis frequetissime scribētibus versus, extemporalis quadam versum dicendi facultas emanet: verba concurrunt ad illam affrendam sententiam, ita ut mens ipsa, qua nihil celerius dici potest. Spectare debent ad ultimum) Quoniam pars ultima potissimum mouet audientem. *Incitationis*) Si ex breuibus constet. In reliquis ornamentis) Quæ sunt in solo verborum, & figuris. Ternæ autem sunt utriusque partes verborum) Id est, in tria genera verborum distribuitur ornatus, ut sint translatata, ut nouata, ut præscita: addunt etiā aliq; ut alibi ipse met Cicero, proprias sed subiungit: Nam de propriis nihil hoc loco dicimus) Quoniam ea magis humili conueniunt characteri. Concinnitas) Ut supra ostensum, cum commode copulantur.

Aut constructione verborum) Ut habent contraria. Si quando: semper) In grandiloquo, subaudi: ne sibi sit ipse Cicero cōtrarius: supra enim humilem characterem ait longe abesse à numero oportere. In tota continuacione verborum) Id est, periodo. Quorum) Subaudi, versuum.

Satis multa de natura: sequitur usus, de quo est accuratius dis- Docet quomodo putandum. In quo quæsumus est in totone circuitu illo orationis, sit facienda peri- quem Graci περιοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum com- cipua est pars to prehensionem, aut continuationē, aut circumscriptionem dicimus: tius libri. an in principiis solūm, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. Deinde cū aliud videatur esse numerus, aliud nu- merosum: quid intersit. Tum autē in omnibusc numeris æquali- Nempe cōmata ter particulas deceat incidere, an facere alias breuiores, alias lōgiores, & colla. res, idq; quādo, aut cur, quibuscq; partibus, pluribusc an singulis, Debet enim esse imparibus an æqualibus: & quando aut istis, aut illis sit vtendum: proportio quædam membrorū.

## M. T. CICERONIS

quæque inter se aptissimè collocentur, & quomodo: an omnino nulla sit in eo genere distinctio: quodque ad rem maximè pertinet, qua ratione numerosa fiat oratio. Explicandum etiam est unde orta sit forma verborum, dicendūque quantos circuitus facere deceat: deoque eorum particulis & tanquam incisionibus differendum est: querendūque utrum vna species & longitudo sit earum, an plures: & si plures, quo loco, aut quando, quoque genere uti oporteat. Postremò totius generis utilitas explicanda est, quæ quidem patet latius, non ad unam enim rem aliquam, sed ad plures accommodatur. Ac licet non ad singulas res respondentem, de vniuerso genere sic dicere, ut etiam singulis satis respondum esse videatur. Remotis igitur reliquis generibus, unum slegimus, hoc quidem, quod in causis foroque versatur, de quo dicemus.

*In oratione forensi non ubiq; opus est periodis, præsertim vbi*

*disputationes incidunt. Satis est autem oratione distinctam esse.*

**S T R E B A E V S.** De numerò origine, causa, naturaque dictum est. Restat usus, qui unus ordine fuit in partitione. Originem & causam aperto discrimine separavit. In natura causam posuit, & usum: quod partes tametsi suæ parte natura dividuntur, non nihil tamen habent inter se communis. Ceterum primum est, inuentorem agere: alterum, natura duce iuuari: aliud, agendo numeri vim naturamque comprehendere: quartum, uti reperto. De usu accuratus disputandum censet, quia quemadmodum alia multa faciliter intelligere, quam aptè & decider usurpare: sic & numerum nosse promptius est, quam quum opus sit, contexere, ac locis appearare. Numerus est in ambitu præcipiens. Nominis ambitus nō Lati reddiderunt. Periodus, ambitus, circuitus, circumscripicio, comprehensio, verba sunt rationis eiusdem. Significant enim genus orationis quæ suum numeris explet orbem: sive translatum est ab equis, qui confecto spatio redeunt in carcera: sive quod orbis res est absoluta, & quæ perpetuo ductu in se revoluitur. Continuatio nominatur, quod nō ante interrupitur cursus, quam totum spatium cōfectum sit. Hæc de nominibus ac definitione periodi, de qua sic Aristoteles, Ἀγωνοῦ διάδοσις ξεῖχθαι τὸν τελετὴν καὶ αὐτὸν, καὶ μέγας ὁ στρῶσθος. Periodo voco dictiōem quæ sola per se principium habet & finem, atque perspicuam magnitudinem. Ut autem de usu numeri disputet accuratus, id quod antea de natura fecit, multas proponit quæstiones, ad quas singulas non responderet, qui sic iudicet, ex vniuersi generis disputatione singulas partes intelligi possint. Proponamus, ac singulu respondeamus. An in toto circuitu orationis, an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus est? In extremis maximè tenendus est. Principiis cura minor est adhibenda, sed diligēs. Media primis ac extremis dissentire non debet: tamen quia minus audiuntur, negligentius inferuntur. Quid differunt inter se numerus atque numerosum? Numerosum totum constat è numeris, ut carmen. Numerus non omnis enumerat pedes, sed imitatur ex parte numerosum. Deinde numerosum cōtinet iuncturam, concinnitatem, & numerum: nec idem est simpliciter esse numerosum, & esse in oratione numerosum, quoniam posterius priore minus est. In omnibusne numeris decet & qualiter particulæ incidere, an facere alias breviores, alias longiores? Particulae sunt singuli sensus: alias sunt particulae in periodo, quæ dicuntur incisa atque membra. Ut rāsq; in æqualiter incidimus, nō nunquam etiam & qualiter hoc est, aut impares cursus facimus, aut pares. Quando incidimus & qualiter, &

quando inæqualiter? Quā ido numero stōres esse volumus, sēcē semper & qualitate partium: quando numerum dīsimulamus, inæqualitatē potius vītūrū. Cur ita? Aequalitas, vt in versib⁹, habet ostentationem, inæqualitā repit occultius. Alīd alī locis vītē, adde quodd varietati cōfūlendum est. Quibus partibus vītendum est, an incisis, an membris, an ambitu? Omnibus his oratio mīscenda est. Plurib⁹ne, & singulis partibus vītendum: Interdum singulis, vt quām membratū dicimus; interdum pluribus, vt quām tribus quatuor vītēbris vīnum circuitū conficimus. An imparibus, an æqualib⁹ vītemur partibus? Imparibus & æqualib⁹: nec refert an partes singulas, an periodo coniunctas accipi velis. Quādo aut pluribus aut singulis, aut partibus aut imparibus vītendum? In exquisitiōe numero paria coniuncta decentiora sunt, alioqui imparia tum coniuncta tum dissoluta, meliora tamen vīrisque sēcē semper vītemur. Que particulae inter se quād aptissimè collocantur queritur. Que partes inter se collocatāe sint numerosissime? Pares certē maxime procerā. Quomodo collocantur aptissimè distinguendo partīū naturas: & consentaneas intēcendo, breuiores sustineamus longitudine syllabarū, multas vinciamus vīna periodo, longiores inciteamus. An omnino nulla est in eo genere, id est, in collocandis partibus, distinctio? Varia distinctio est tum propter delectandi varietatem, tum propter earum rerum quāe tractantur, genera diuersa. Quā ratione & ad quem finem numerosa fitoratio? Non querit de natura, qua fiat arte numerus, sed de fine & vīsu. Fit autem vt cūm ratio locorum postulauerit, ut amur. Postulabit, vīb̄ res illustrare volet orator. Vnde orta est forma verborū, ēdōc nēḡw̄. Ex pedum collocatiōnē. Quāntos circuitus facere decet? Lōgos duobus membris, aut tribus, aut quatuor, aut etiā pluribus: certē quāntos sp̄iritus indefessus sustinere possit. Que particulae & incisiones circuitū sunt? Incisa, quā dicuntur & membra. As incisa membraque sunt vīnius longitudinē? Nequaquam. Quā loco & quando hoc aut illo genere vīti oportet? Parī longitudine membrorum in oratione ad voluptatē comparata melius vītemur, in aliis contrā. Quānam totius generis huius vītēas, & ad quās res accommodatur? Ad laudes, ad iucundas expositiones, ad amplificationes, & locos communes, ad historiam, ad genus epidicticum, ad omnē orationē quāe non repudiat illam modulandi voluptatē. Hac breuiter de singulis questionib⁹: in quibus molestus videri potest, propterea quodd multāe sunt persimiles, deinde quodd in hac parte nō ita necessariæ, sed Graculos sequitur, qui abditis in rebus arbitrantur hoc modo elucescere veritatem. Profitetur autem se maximē trattare numeros forensū causarū, non exornationū deliberationūmq;: quippe cūm illo genere cognito, non ardūm sit reliqua duo metiri.

VICTOR. Imparibus, an æqualibus?) Quibus periodus constat. Deque corum particulis) Id est, cōfīs ac membris. Remotis igitur reliquis generibus) Demonstratio, siue Panegyrico, & deliberatio: vel etiam aliis generibus, vt dialogorum, & id genus disputationum. de iudiciali dūntaxat genere loquimur.

Ergo in aliis, id est, in historia, & in eo quod appellamus ēmētēnū, placet omnia dici Isocrateo Theopompo que more, illa circumscriptione, ambituque, vt tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. Itaque posteaquam est nata hēc vel circumscrip̄tio, vel comprehensio, vel continuatio, vel ambitus, si ita licet dicere: nemo, qui aliquo eset in numero, scripsit orationem generis eius quod eset ad delationem comparatum, remotūmque à iudiciis, forensique cer-

## M. T. C I C E R O N I S

tamine, quin redigeret omneis ferè in quadrum numerūmque sententias. Nam cùm is est auditor, qui non vereatur ne compositæ orationis insi diis sua fides attentetur, gratiam quoque habet oratori

*Secunda pars pri  
oris præcepti.* voluptati aurium seruiēti. Genus autem hoc orationis, neq; totum assumendum est ad caussas forenses, neque omnino repudiandum.

*Imò aculei dif-  
putationū pro-  
pter breuitatem  
non patiuntur  
periodos.* Si enim semper vtare: cùm satietatem affert, tum quale sit, etiam ab imperitis agnoscitur. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem, & fidem. Sed quoniam adhibenda nonnunquam est: primùm videndum est, quo loco: deinde quandiu retinenda sit: tum quot modis commutanda. Adhibenda est igitur numerosa oratio, si ad laudandum est aliquid ornatus, vt nos in accusationis secundo de Siciliæ laude diximus, aut in senatu de consulatu meo: aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis desiderat, quam doloris. vt in quarto accusationis de Ennenſi Cerere, de Segeſtana Diana, de Syracusa- rum ſitu diximus. Sæpe etiam in amplificâda re concessu omnium nies, qui in fine funditur numeroſe & volubiliter oratio. Id nos fortaffe non per- incipit eſſe Ari fecimus, conati quidem ſæpiſſimè ſumus: quod plurimis locis per- stophanus, ſicut orationes noſtræ voluiffe nos, atque animo contendiffe declarant. Id autem tum valet, cùm is qui audit, ab oratore iam obſeffus eſt, ac tenetur. Non enim id agit, vt inſidietur & obſeruet, ſed iam fauet, processumque vult, dicendique vim admirans, non inquirit

*Oratione ſepti  
main Verrem,  
Multæ mihi, et  
cetera. Verſum  
iambicum inue-  
nies, qui in fine  
funditur numeroſe & volubiliter oratio. Id nos fortaffe non per- incipit eſſe Ari fecimus, conati quidem ſæpiſſimè ſumus: quod plurimis locis per- stophanus, ſicut orationes noſtræ voluiffe nos, atque animo contendiffe declarant. Id autem tum valet, cùm is qui audit, ab oratore iam obſeffus eſt, ac tenetur. Non enim id agit, vt inſidietur & obſeruet, ſed iam fauet, processumque vult, dicendique vim admirans, non inquirit*

*Oratio debet eſſe mixta perio-  
dis, ſed ſic, vt in-  
ferantur inter  
periodos colas.* quod reprehendat. Hæc autem forma retinenda non diu eſt: nec di co in peroratione, quam ipſe includit, ſed in orationis reliquis par tibus. Nam cùm ſis his locis vſus, quibus oſtendi licere: transferen da tota dictio eſt ad illa quæ nescio cur, cùm Græci ιδηματα & κωνια nominent, nos non recte incifa & membra dicamus. Neq; enim eſſe poſſunt rebus ignotis nota nomina: ſed cùm verba aut ſuauitatis aut in opia cauſa transferre ſoleamus, in omnibus hoc fit artibus, vt quum id appellandum ſit, quod propter rerum ignoratio nem ipsarum nullum habuerit antè nomen, neceſſitas cogat aut no uum facere verbum, aut à ſimili mutuari.

*S T R E B A E V S.* Eſi propositus eſt numerus forenſis de quo diſputetur, paucatamen de hiftoria numero generis que demonstratiui, quod ἡδεκτην appellat Gracia, præmitit. In aliis generibus à genere forenſi, vt in hiftoria, & in exhortatione, placet omnia dici Ifocrateo Theopom peoq; more. Moſ Ifocrateus ad genus ἡδεκτην refertur & panegyricum, quo plurimum vſus

est Isocrates: *Theopompus ad historiam pertinet, quam numeroſe Theopompus Isocrate auditor exposuit. Vtque et magister et discipulus vſus est circumscriptione et ambitu, quo et quā in orbe et circulo inclusa currit oratio, donec insitit, id est, quiescit, perfectis absolutisque sententiis. Quid est hoc aliud quād virunque omnis ferē perfecisse periodos? Ab Isocrate nata est hæc circumscripſio, qui primus minutos atque concisos Thrasymachi numeros in longius parrexit. Ex illo nemo qui aliquo eſſet in numero: hoc eſt, vel in precio, vel potius in oratione numeroſa, ſcripſit orationem generis eius quod eſſet ad delectationem comparatum, quin redigeret omnis ferē in quadru numerū inque ſententias. Quadrum numerū inque dicit numerum quadratum. Vbi quifpiam querat, qui fiat uti numerus orbem conficiat forma rotundum, quum sit figura quadratus, numerus nec rotundus, nec quadratus eſt: haec ſunt ex translatione verborum, et nos ad aliud et aliud referentes cogitationem, verba commutamus. Cur potius in historia et exornatione numerus expletur? Is eſt audior, qui non veretur ne composite orationis inſidie ſua fides attenteretur. Quis iſtuc veretur? Index, qui quibus capitur rebus, facilius credit. Vt timurne genere numeroſo in cauſa forenſi? Hoc genus neque totum affumendum eſt ad cauſas forenſes, neque omnino repudiandum. Quid ita non ſemper affumendum? quia ſi ſemper utare, ſatietalem affert, ut obſonis delicatioſa, id vitium pri- mū. Alterum, quod ab imperiis agnoscitur, depreheſus contemnitur. Aliud, quod quum volu- ptas et dolor in contrarium nitetur, et numerus illi pariat voluptatem, actionis dolorem affert, ut affectibus acerbis contrarius. Quartum, quod auferat humanum ſenſum actoris, id eſt, ſenſus communis oratoris, et hominum ceterorum, a quo recedere neceſſe eſt et eum qui maiora compo- nit, et auditorem, qui percepit auribus inſueta. Adde vitium quintum, quod tollit funditus veri- tatem et fidem. Receptum moribus populi Romani ſciebant, arte fallere diſceptatores: ſuſpettos habebant tam præclaros artifices eloquendi, nec eos vera dicere arbitrabantur, nec illis adhibere fidem poterant. Cur non eadem cadunt in historiam et in exornationem? Quia numerus nec tum ſatiat quum maximè expetiatur, nec cauſa nocet, qua nihil periclitatur. Si numeroſum genus af- sumitur in cauſas forenſes, quo loco affumitur? quum expatiāmur ad voluptatem. Quandiu re- tinetur breui. Quot modis commutatur? multis. Nunc tardius incedit, nunc celerius: nunc aſpe- rius, nanc lenius: nunc cadit in Dichoræum, nunc in alium pedem terminatur. Adhibenda eſt igi- tur numeroſa oratio, ſi laudandum eſt aliiquid ornatiuſ, ut quum in Verrem Siciliam ornare co- tendit: Atque adeo antequam de incommodis Sicilia dico, pauca mihi videntur eſſe de prouinciæ dignitate, virtute, utilitate dicenda, et que ſequuntur. Hunc librum quem numeramus quartum, conſtituit ſecundum, quia diuinatio eſt in Ceciliū magis quād in Verrem. Prima ac- tio non tam oratio perpetua eſt, quād preparatio quād am ad interrogationem teſtium. In ſen- tu laudauit consulatum ſuum in oratione prima in Seruiliū Rullum, cuius orationis pars extre- ma tantum ſupereſt. Laudauit et principio ſecundæ ad populum, de more veteri, quo nouus con- ſul Senatui populoque Romano gratias agebat. Laudauit etiam in Pifonem, in aliisque multis orationibus, ſed aut illa in Rullum debet intelligi, aut alia deſiderari. De Ennenſi Cerete, de Se- geſtana Diana, de Syracufarum ſitu, dicit in quarto Accuſationis, ut nunc loquimur, actione ſexta. Fuit apud Segeſtanos ex aere ſimulacrum Diana, cum ſumma atque antiquissima pre- diuum religione, tum singulari opera artificioque perfeclum, et multa deinceps. Vetus eſt hac opinio, que conſtat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis, inſulam Siciliam to- tam eſſe Cereri et Liberæ conſecratam. Fruges in ea terra primum reperta arbitrantur, et ra- ptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore, qui locus quād in media eſt inſula ſicuſ, vmbilicus Siciliae no minatur. Et multa que ſequuntur. Verbum Syracuſus maximam eſſe Græcarū urbium, pulcherrimamq; omnium, ſepe audiſis. Eſt iudices ita ut dicitur. Nam et ſitu eſt cōmunito, tam ex omni adiu vel terra vel mari præclaro ad aſſectum, et cetera.*

## M. T. CICERONIS

In illis omnibus idcirco longiores duxit numeros, quod se ad auditorum voluptatem comparabat. Sepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose & volubiliter oratio. Id concedunt omnes, quia tum incaluit oratio, & auditor oblectatione ductus non animaduertit. Nam obsessus est ut oppidanus, & tenetur ut captiuus, nec agit ut insidietur & obseruet ut hostis, sed iam fauet ut nos fer, procepsumque vult & continuationem: quia vim dicendi miratur, non inquirit quod reprehendat. Exempla reperies in omni peroratione que grauiores immiscer affectus, ut pro Flacco, pro Sylla, pro Milone. Periodus illa circundat ad flebiles modos & tristiores actionum flexus optimè accommodatur. Quando numeroso genere liceret uti, praecepit: post ex ordine quandoiu retinere licet ostendit. Nam paulò ante quae fieri at quo loco oratione numerosa uti deceret, deinde quandoiu retinenda esset, tum quot modis commutanda. Hæc forma numeri longioris retinenda non diu est in orationis reliquis partibus. Nam de peroratione non opus est precipere, quam ipse orator sic includit ac terminat, ut longior esse non possit. In aliis quum retinenda non est, à periodo transferenda dictio est ad incisa atque membra, ne (quod tædij plenum est) diu nimisque continuemus ambitum. ιδιματα reddit incisa, κωλα membra: nouitatēmq; verborum & calumniam deprecatur. Rebus ignotis imponenda noua nomina. Posse verba nouari trāstionē metaphoræ. Metaphorā effumi aut suauitatis aut inopie caussa: ut suauitatis est, Libati flores, rosei pudoris. Inopie, Sicut agri, luxuriant seges. Licere verbū nouum facere, ut beatitudinem: aut à simili mutuari, ut incisum à partibus corporis, & membrum.

**VICTOR.** Appellamus εἰδεχθνόν Id est, demonstrativum, quod alij etiam laudatum: quia Graeci encomiasticon vocant. In quadrum) Id est, aptum, & concinnam, ut supra exposuimus. Genus autem hoc orat.) Subaudi, voluptaria. Detrahit præterea actionis do.) Quod ludere in compositione videare. Dolorem autem: quia seu accuses, seu defendas, dolor exuscitatur. Auffert humanum sensum) Id est, sensus affectum, qui ferre in humano genere excitari solet. Si aut laudandum est aliquid ornatum) Quia ea pars demonstrativi est generis, cui numerus potissimum accommodatur. Ut nos in accusationis secundo) Subaudi in Verrem. In amplificanda re) Quea quatuor ferd modi fieri solet: aut incremento, aut congerie, aut comparatione, aut ratiocinatione. Ab oratore iam obsessus est) Hoc est, non in exordiis, cum attentio, docilitas, & benevolentia querenda: sed cum iam factus auditor in oratori videtur potestate, ut insidietur oratori, & obseruet ne quid dicat, quod minimè causæ conuenire arbitretur. Nō inquirit, quod reprehendat) Id est, non circunspiciens intentus ad singula querit quid sibi persuadeat. Hæc autem forma) Subaudi, in causis numerose loquendi. Transferenda tota dictio) Totus is loquendi modus. Cum Graeci ιδιματα & κωλα nominent) & τοις ιδιαι, id est, ab incidente, & colla, membra a nostris dicuntur. In omnibus hoc sit artibus) Ut verba nouentur, transfranturque: ut geometres, rhombum figuram illam quadratam vocat, à rhombi pīctis similitudine, arithmeticus, docilas numeros, quod lateris gerant effigiem: musicus, à numeris consonantias appellavit sescuplam, sesquitertiam, sesquioctauam, duplam, triplam, quadruplam, ob illorum mensuram numerorum. Astronomus, argumentū, q; ex eo in quo loco sol sit arguatur, à dialecticis, vel oratoribus sumpta similitudine: & ita in reliquis, ne sim iam in enumerandis locis nimius.

Quo autem pacto deceat incise membratimve dici, iam videbimus: nunc quot modis mutentur comprehensiones, conclusionesque, dicendum est. Fluit omnino numerus à primo, tum incitatius breuitate pedum, tum proceritate tardius. Cursum contentiones magis requirunt: expositiones rerum, tarditatem. Insistit autem

Denumeris periodorum, quod  
desinant in lon-

ambitus modis pluribus, è quibus vnum est secuta Asia maximè, qui Dichoræus vocatur, quum duo extremi choræi sunt, id est, è singulis longis & breuibus. Explanandum est enim, quod ab aliis iidem pedes aliis nominantur vocabulis. Dichoræus non est ille quidem sua sponte vitiosus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tam vitiosum, quam si semper est idem. Cadit autem per se ille ipse præclarè, quo etiam satietas formidanda est magis: Me stante C. Carbo C. F. Trib. pleb. in concione dixit his verbis, O M. Druse, patrem appello. Hæc quidem duo binis pedibus incisim. dein membratim, Tu dicere solebas, sacram esse Rempubli- cam. hæc item membra ternis. post ambitus, Quicunque eam vio- lassent, ab omnibus esse ei poenas persolutas. Dichoræus. nihil enim ad rem, extrema illa longa sit, an breuis. Deinde, Patris di- cтum sapiens, temeritas filij comprobauit. Hoc Dichoræo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Quæro, nonne id numerus effecerit? Verborum ordinem immuta: fac sic, Com- probauit filij temeritas: iam nihil erit, et si temeritas ex tribus breu- bus & longa est, quem Aristoteles ut optimū probat: à quo dissen- tio. At eadem verba, eadem sententia. Animo istuc satis est, auri- bus non satis. Sed id crebrius fieri non oportet. Primū enim nu- merus agnoscitur, deinde satiat: postea cognita facilitate, contem- nitur. Sed sunt clausulæ plures, quæ numerose & iucundè cadant. *Vt de Cretico*  
*Nam & Creticus qui est è longa, & breui, & longa: & eius æqualis in oratione pro*  
*Pæan, qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissimè pu- Archia. Siquid*  
*tatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex. nam aut è lon- est in me ingenij*  
*ga, & tribus breuibus, qui numerus in primo viget, iacet in extre- Iudices, quod se*  
*mo: aut totidem breuibus, & longa, in quem optimè cadere cen- in exiguum, &c.*  
*sent veteres: ego non planè reiicio, sed alios antepono.*

*S T R E B A E V S.* Quo loco numerosa periodus adhiberetur, & quandiu retinenda esset. explanavit. Tertium est de mutatione comprehensionum atque conclusionum. Comprehensionis tota pe- riódum amplectitur, quæ quum recipiat numeros, aut celeres, aut tardos, aut temperatos, necesse est eam tribus modis immutari. Incitata am breuibus syllabis contentiones, id est, amplificationes & acriores loci requirunt. Proceram tardamque pluribus longis, accipiunt narrationes. Amplifican- tis est celeritate ferri ad animos commouendos: exponentis autem sensim progredi, lenteque res in- culcare. Conclusio finem tantum constituit, non uniuersam circumscriptionem. Alia est igitur comprehensio, alia conclusio. In sistit id est, clauditur & quiescit ambitus modis pluribus, quam fluit à primo comprehensione. Claudunt orationem pedes omnes: sed frequentiores sunt in fine qui nume-

# M. T. CICERONIS

rantur ab eo, *Dichoreus*, *Creticus*, *Pean*, *Dactylus*, *Dochimus*, *Iambus*, *Spondeus*, *Choraeus*, *Trochaeus*. *Asiani rhetores*, ut *Hierocles* & *Meneclès*, de quibus paulò infra, omnia ferè concludebæt vno modo: *Dichoreum* sequebatur. In *Dichoreo* duo sunt *Choræ ex singulis longis & brevibus*, vt temperauit, candidatus. *Choræum* vocant nomine *Trochæi*: vnde non ab re monet eosdem pedes aliis nominari vocabulis. Sic *Pyrrhichius* *Pariambus* dicitur, *Spondeus* *Pontificius*, *Bacchius* *Oenotrius*, *Creticus* *Amphimacer*. *Dichoreus* non est sua sponte sùaque natura vitiosus in clausulis: sed in numero vitiosum maximè, quod semper est idem. Et quo qua que res, vt in cibis, est dulcior, hoc magis repetita satietatem parit. Quodm præclare cadat *Dichoreus*, ostendit C. Carbonis exemplo: O *Marce Druse*, patrem appello. Tu dicere solebas sacram esse Rem publicam: quicunque eam violauissent, ab omnibus esse ei pœnas persolutas. Patris dictum sapiens, temeritas filij comprobauit. O *Marce Druse*, incisum est ex *Antibacchio* & *Choræo*, vel *Spondæo* & *Amphibrachio* (nihil enim refert) in quo inciso neque sensus neq; numerus expletus est, et si *Quintilianus* incisum definit sensum non expleto numero conclusum. Patrem appello, alterum est incisum ex *Anapæsto* & *Spondæon*: nam verbum patrem, si non elidit, secundam syllabam corripit, vt priorem. Tu dicere solebas, membrum inciso quidem perfectius, imperfectum tamè, & quod abruptum à corpore, nihil per se efficiat. In eo tres pedes, *Spondeus*, *Tribrachus*, *Spondeus*. Sacram esse Rem publicam, alterum membrum ex *Anapæsto*, *Iambus*, *Dactylo*. Quicunque eam violauissent, ab omnibus esse ei pœnas persolutas, ambitus est, cuius pedes quia multi sunt, numerari non debent, satis est extrema notaesse, reliquos auribus astinasse: non quod arduum sit eos numero comprehendere, sed quod nihil expediatur, si modò orationis cursum neque celeriore, neque tardior, neque claudicantem, neque angustum, neque redundantem cognoveris. Vbi periodon ex duobus incisis, duobus mōbris, & sententia longiore perficit, addit sententiam velut superiorum absolutionem: Patris dictum sapiens, temeritas filij comprobauit, cuius etiam pedes in summam referre nihil est necesse. De Carbone in *Bruto Cicero*. In eodem igitur numero eiusdem atatis C. Carbo fuit, illius eloquentissimi viri filius, non satis acutus orator, sed tamen orator numeratus est. Erat in verbis grauitas, & fasile dicebat, & autoritatem naturalem quandam habebat oratio. In eodem libro de vtroq; *Marco Druso* sait mentionem. Filius posteaquam leges *Agrarias* tulit, bellumque *Sociale* mouit, domi necatus est. Dicit aliquis, Concio ad clamorē mota est bonitate sententia, nō viuis pedis suavitate. Mout quidem præclaras sententias, sed & numerus commouit. Occurrit igitur & immutat numerum, seruatissimisdem verbis, seruata eadem sententia. Patris dictum sapiens, comprobauit filij temeritas. Nihil est, inquit, nullam vim retinet, alioqui robusta sententia. Aitmo quidem istud satis est ad intelligentium, auribus non satis ad probandum. Vnde colligit, *Pæana*, quem probat *Aristoteles*, vt supra demonstrauimus, non semper optimū videri. Nam temeritas, quartus est *Pean*, ex tribus brevibus, & longa. Alia est clausula quam facit *Creticus*, qui vocatur *Amphimacer*, vt, Neminè mihi necesse est nominare, vosmet vobiscū recordamini. Is *Creticus* *Pæana* spatio & temporibus aequaliter, vtrq; quinque temporum est. *Pean*, vt alij volūt, quadruplices: vt *Cicerio*, duplex, quia secundum tertiumq; *Pæana* refert ad alios pedes. *Quintilianus* ea de re scribit in huc modum, *Claudit Pæan* qui est ex *Choræ* & *Pyrrhichio*, quem apum initii putant: vel contraria, qui est ex tribus brevibus & longa, cui clausulam assignant, de quibus ferè duobus scriptores huius artis loquuntur. Alios omnes, quotquot sunt temporum, qui ad orationē pertineant, *Pæanas* appellant. Primus orationis initio viget: vt, *Quintus* igitur *Ligarius*, quem esset adhuc nulla belli sufficio, legatus in Africā cū Cof. C. Considio profectus est. Idem iacet in extremo, nec enim breves orationem sustinere possunt, vt ibidem: Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium. *Pean* quartus ex tribus brevibus & longa, tametsi peñimus non est, tamen in fine leuis est: vt, In capiendo consilio tarditas, in exequendo probanda celeritas. In hac parte *Quintilianus* senit, qui transferens hunc lo-

cum, furtumque dissimulans, censura grani subscriptis in antiquos. Non me caput, ut à magnis viris dissentiam. Pæan, qui est ex tribus breuibus & longa. Nam est ipse una plus breui Anapæsto, facilitas, agilitas, quod quid ita placuerit iis, non video, nisi quod illum ferè probauerint, quibus loquendi magis quam orandi studium fuit.

**VICTOR.** Fluit omnino numerus à primo) Quo modo autem fluat ostendit. Cum incitatius breuitate pedum, tum proceritate tardius) Id est, longis syllabis tardius. Cursus contentiones magis requirunt) Confirmatio, inquit, & confutatio magis exigunt ut procurratur oratio.

Expositiones rerum tarditatem) Quia grauitate, ac sine affectu efferti debet. Qui Dichoræus vocatur) Id est, bini Trochæi coniunguntur: quod ipse exponit, cum inquit, Id est, è singulis longis & breuibus) Nam ut supra quoque Choræus, etiam Tribrachus appellatur. Sed in orationis numero) Si Trochaicum feceris metrū. Cadit autem per se ille ipse præclarè) Dichoræus inquit si clausula concluserit. Me stante) Iam ponit eius quod dixit exemplum Carbonis, quæ in Bruto faciendum fuisse memorat: cuius per incisa, & membra strictram numero fè clausulam metitur. Penas persolutas) In duos Trochæos concluditur, Spondeo antecedente, & quoniam, persolutas, ultima syllaba longa est, ut Spondeus potius videatur subiungit, Nihil enim ad rem extrema illa longa sit, an breuis) Quoniam ita etiam in verso liberè ponitur: secus autem Quintilianus videtur, qui ait, Si longa sit, quiddam videri sibi uberiori sonare, quād si breuis, qui accedere Aristotelice videtur eatenus sententiae, quatenus Pæan quartum probat Aristoteles in ultima clausula parte collocari. Nobis verò Cicero ipse prudentissime dixisse visus est: si quidem ideo breuis, pro longa haberi etiam à musicis solet: quod mora quadam fit, donec alia exordium sibi sumat clausula, quæ rectè breuem videri longam facit. Deinde patris dictum sapiens, temeritas filij comprobavit) Quia Carbonis clausula pars extrema Dichoræo terminata, tācum clamorem, inquit Cicero, excitauit, ut admirabile esset. Ordinem immutat) Ne sit in postrema clausula Dichoræus: sed sit Pæan quartus, Comprobauit filij temeritas. Iam nihil erit) Subaudi quod probes. Sed id crebrius fieri non oportet) Ne similitudo satiet. Et eius aequalis Pæan) Quia totidem temporum, non tam syllabarum. Qui numerus in primo viget) Primus, inquit, Pæan, in principio clausula: ut est, Incipite, definite. Totidem breuibus, & longa) Ut est temeritas, facilitas, agilitas. Censem veteres) Ut Aristoteles.

Ne Spondeus quidem funditus est repudiandus: & si quod est è longis duabus, hebetior videtur & tardior, habet tamen stabilem quandam & non expertem dignitatis gradum. In incisionibus vero multò magis, & in membris. Paucitatem enim pedum, grauitatis suæ tarditate compensat. Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo: adiungo, quod minimum sit, proximum superiore, saepe etiam tertium. Ne Iambus quidem, qui est è breui, & longa: aut par Chorœ Trochæus, qui habet treis breues, sed spatio par, non syllabis: aut etiam Dactylus, qui est è longa & duabus breuibus, si est proximus à postremo, parum volubiliter peruenit ad extremum, si est extremus Choræus, aut Spondeus. nunquam enim interest uter sit eorum in pede extremo. Sed iidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in

## M. T. C I C E R O N I S

extremo locatus est, nisi cum pro Cretico postremus est Dactylus: nihil enim interest Dactylus sit extremus, an Creticus: quia postrema syllaba brevis an longa sit, ne in versu quidem refert. Quare etiam Paean qui dixit aptiorem in quo esset longa postrema, videt parum: quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit. Iam Paean, quod plures habeat syllabas quam treis, numerus a quibusdam, non pes habetur. Est quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti, vel mediæ: putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior Creticus. Dochimus autem è quinque syllabis, breui, duabus longis, breui, longa, ut est hoc, Amicos tenes: quo quis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus aut continuatus, numerum apertum & nimis insignem facit. His igitur tot commutationibus tamque variis si vtemur, nec deprehendetur manifestò quid à nobis de industria fiat, & occurretur satietati.

*S T R E B A E V S.* Spondaeus est si tardior, & quodammodo hebetior putatur, nō est tamē funditus & omnino repudiandus. Habet enim stabilem quandam gradum, & plenam dignitatem constantiam: ut, animaduerti iudices omnē accusatoris orationē in duas diuisam esse partes. Laudatur in incisionibus & membris, quae non ita multis pedibus constante, quia pedum paucitate grauitatis sue & tarditatem compensat: ut, Non venit in mentem primam orationem Stratonis conscribere de furto, post aliiquid adiungere dictum de veneno, quod non per conatione quaesitū, sed dolore expressum videretur. Quemadmodum nominamus extrellum pedem in clausulis, ita proximum superiorem, hoc est, à fine secundum numerare possumus, aut etiam tertium, si parui sunt pedes. Quanvis enim bonus sit extremus, tamē ineptè cader oratio, si durius ad illum peruenias. Cur potius duos aut treis numeramus ad finem? quia numerus in extremitate optimè collocatur, ubi intelligenter auditur, in orationis cursu parum attenditur, si modo non claudicet oratio. Deinde frequenter ex tempore dicendum est. Extemporalem facultatem remoretur enumeratio pedum singulorū. Iambus ex breui & longa, si est extreminus chorus, aut spondeus, volubiliter peruenit ad extrellum: ut, Utus est huius victoria crudelitatem postea Sylla. In eodem loco volubilis est Trochaeus, quem Tribachum vocant. Terentianus, Nam solet longam Trochaeus soluere in duas breues: unde & appellant Trochaeum, quem vocamus Tribachyn. Tale est, Brute dubitauit, quod agrè Fabius admittie. Is habet tres breues, estque pars Chorœ spatio trium temporum, non syllabis: ut, Neq; enim turpis mors furi viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. Eodem in loco Dactylus si ponitur, finis est heroici: vitandus igitur, nisi brevis antecedat. In eandem sententiam Quintilianus descendit. Ne Dactylus quidem Spōdæo bene præponitur, quia finem versus dannamus in fine orationis. Cicero tamen aliquoties vsyrapat, vel antecedente brevi syllaba, vel interrogatione facta, que sustineat orationem: ut, Quid hoc tempore Quintio statuendum est? Volubilis est igitur, ut affirmat Cicero, sed alia ratione vitandus. Idem tres pedes, Iambus, Trochaeus, Dactylus, male concludunt orationem, nisi pro Anapæsto Trochaeus, pro Cretico Dactylus collocatur: ut, Seruus hic nobiscū hunc urbani militiam respondendi, scribendi, canendi, plenam sollicitudinis ac stomachi sefutus est:

ius ciuile didicit, multum vi gilaue, laborauit, presto multis fuit, multorum scutitiam perperus est, arrogantiā pertulit, difficultatem exorbuit, vixit ad aliorū arbitrium, nō ad suum. Hic est quod tibi forte negotium facebat. Cur enim Fabius magni referre putat extrema breuis sit an longa. Cī cero nihil interesse arbitratur? Deinde si nihil interest, cūm sit Iambus in Cretico, cur male Iambus concludit, optimē Creticus? Dicito ad aurium sonum magni referre, breuis an longa sit extrema, ad quantitatē nihil interesse: Iambum leuem per se male concludere, Creticum gravem sine alterius adiumento cadere præclarē. Cur d quibusdam Pæan numerus non pes habetur? quia pedes omnes intra syllabas treis concludunt, Pæan in quatuor excedit. In nobis itaque pedibus constat: duo pedes etiam versum interdum faciunt monometrum. Numerum igitur efficiunt, quoniam versus omnis est numerus. Pæana quem probat Aristoteles, antē dictum est esse duplicem: unū vigore principiū, tacere in extremis: alterum non pessimè quidem terminare clausulam, sed melioribus præponi non oportere. Dochimus ex Iambo & Cretico, vel Bacchio & Iambo, ut Reipublica, pes est insignis, ac Ciceroni frequens. Illum nec iterandum, nec continuandum censet, properea quod numerum aperatum & nimis insignem facit: quamquam grande flagitium non est aut iterum aut sepius collocaſſe: ut, Vtile est viros integros bona mente prædictos præfici Reipublica.

VICTOR. Hebetior videtur, & tardior) Ideo etiam in Iābico admissus, unde Horatius, Tardior ut paulo, grauiorque veniret ad aures, Spondeas stabiles in iura paterna recepit.

Et non expertem dignitatis gradum) Est siquidem in Spondeo granitas. Paucis estem enim pedum) Quia cūm sit duarum syllabarum, bius tantum positus facit numerum, propter longarū tarditatem. Ne Iambus quidem) Recte Iambus ante Daſtylum collocatur: ut pro Marco Marcello, Ipse finem hodiernus dies attulit. Par Choræo) Id est, Tribracho. Sed ſratio) Id est, rem poribus. Si eft proximus à poſtemo) Quia tum versus videtur heroicus. Nunquā enim inter eft veer eorum sit in pede extremo) Propter indifferentem, ut diximus, syllabam ultimam nō intereft ſine ultimus Spondeas, an Trochæus. Pæana qui dixit aptiorem) Pæana, inquit, quartū, qui dicit in extremo collocandum propter indifferentem ultimam. Videl parum) Hoc Aristoteles ait: cui Quintilianus aſtuplatur, ut iam ſupradiximus. Numerus d quibusdam non pes habetur) Et proinde exſtimant ſolum hunc eſſe ponendum. Occurretur ſatiectati) Cuius mater eft ſimilitudo.

Et quia non numero ſolum numerosa oratio, ſed & compositione fit & genere, quod antē dictum eſt, concinnitatis: compositione potest intelligi, cūm ita ſtructa verba ſunt, ut numerus non quæſitus, ſed ipſe ſecutus eſſe videatur: ut apud Crassum, Nam ubi libido dominatur, innocentiae leue præſidium eſt. Ordo enim verborum efficit numerum ſine villa aperta oratoris industria. Itaque ſi quæ veteres illi (Herodotum dico & Thucydidem, totamq; eam ætatem) aptè numero ſequentes dixerunt: ea non numero quæſito, ſed verborū collocatione ceciderunt. Formæ verò quædam ſunt orationis, in quibus ea concinnitas in eſt, ut ſequatur numerus neceſſario. Nam cum aut par pari refertur, aut contrarium cōtrario opponitur, aut quæ ſimiliter cadunt verba verbis cōparantur: quicquid

# M. T. C I C E R O N I S

ita concluditur, plerunque sit ut numerose cadat: quo de genere cum exemplis suprà diximus: ut hæc quoque copia facultatem afferat non semper eodem modo desinendi: nec tamen hæc ita sunt arta & adstricta, ut ea quum velimus laxare, nequeamus. Multū interest vtrum numerofa sit, id est, similis numerorum, an planè è numeris constet oratio. Alterum si sit, intolerabile vitium est: alterum

*Oratio non debet tota constare periodis: sed interdum videntur singulis colis.*

nisi sit, dissipata, & inculta, & fluens est oratio. Sed quoniam non modò non frequenter, verum etiam raro in veris caussis aut forensibus circumscripè numeroſeq; dicendum est, sequi videtur, ut videamus quæ sint illa quæ suprà dixi incisa, quæ mēbra. Hæc enim in veris caussis maximam partem orationis obtinet. Constat enim ille ambitus & plena comprehensio è quatuor ferè partibus, quæ membra dicimus, ut & aures impleat, & ne breuior sit quam satis sit, neque longior: quanquam vtrunq; nonnunquam, vel potius saepe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum, ne breuitas defraudasse aureis videatur, neve longitudo obtudisse.

*Nō oportet esse mēsuram certā, & tā accurate seruari spatiis et longitudines per verū obseruantur.*

S T R E B A E V S. Commutatione numerorum pedimque dissimilatur ars, et occurrit satietati quam gignit similitudo. Duo sunt alia genera commutandi, iam saepe demonstrata: alterum verborum compositionem, alterum concinnitatem sequitur. Compositio structura verborum est, quæ sic vocalium concursiones dissonasque voces effugit, ut iunctura leuis transmittat vnguem, hoc est, orationis volubilitatem non impedit: ut apud illum Crassum quem tantopere Cicero commendat: Nam ubi libido dominatur, innocentiae leue praefidū est. Quod exemplum non eò Cicero proponit, quod nullum recipiat vocaliū concursum, nullasque voces afferas (aliter enim res est) sed q; metuē committere duas vocales, et i, leue innocentiae, cecidit in conclusionem pentametri versus, innocentiae leue praefidū est, unde vult effici Tullius numerum, iuuari compositione. Sic ante numerū repertum veteres, et Herodotus et Thucydides, studio coagmentandi iungendique verba persepe aptè numerosaq; dixerunt. Tertium commutandi genus est ex genere verborum, siue forma quædam orationis, siue figura, siue concinnitate, hæc enim sunt eiusdem rei multa verba. Figure sunt sua sponte numerosæ quatuor, Par pari relati, Contraria opposita et repugnantia, Similiter cadētia, Similiter desinentia: quæ facultatem afferunt non semper eodem modo desinendi. Præter illa tria genera comitandi, quarta quædam varietas adhibetur, si non semper oratione arta et stricta, numeris vtemur, sed aliquando veluti negligentes hoc vinculum soluimus: melius est oratione similem esse numerorum, quam totam confolare numeris. Quæ tota numeris constat, quodammodo versus est: quod in oratione intolerabile vitium est. Quæ autem est numero similis, efficit ne soluta vinculis, ne oratione

tu defituta, ne sine modo fluens videatur oratio. In numero obseruantur omnes particulae, in numero temperato solum principes. Numerosum perraro cadit in veras causas ac forées. Sæpe cadit in fictas, ut in declamationes, ut in exortationes, ut in egestiones, ut in cōmunes locos. Nā quemadmodum miles in ludicro certamine, vario membrorum flexu, & armorū decora vibratione querit voluptatem, in prælio postposita voluptate vitā suam salutēque defendit: sic orator in securitate canssarum & in ostentatione gestit: in veritate controversiarū saluti quām voluptati manuū consulere. Quod ut commode faciat, relicta numerosa periodo se subinde cōuerterit ad incisa & membra quæ dicuntur, quōd ea sint expeditiora, minūs que suspecta, quām modifcata circumscriptio. Incisa igitur & membra sunt partes cōprehensionis. Quamobrē docet quot partes recipiat illa cōprehensio: ut quando volemus, vel coniungere vel separare possumus. Periodus aliquando simplex est, quem una producēt est sententia: ut, Animaduerti iudices omnē accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. de qua Cicero non agit. Composita periodus duas habet minimum partes. Coniungit interim aut treis, aut quatuor, aut plures. Mediocris autem, ut aures impleat, & ne breuior sit quām par est, nē ve longior, quatuor quasi hexametrorum instar versuum partibus constat. In singulis partibus nodū apparent, & quasi articuli, quibus à membro membrum dividitur: ut, Est hoc in more possum Quirites, in institutoque maiorum, ut ī qui beneficio vestro imagines familie sue consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficū vestri cum suorū laude coniungāt. Multo plures sunt apud eum ex tribus membris, multæ ex duobus, multæ aut ex quinque, aut ex sex, aut pluribus membris curtiōribus. Exempla reperire facile est.

VICTOR. Quod antē dictum est concinnitatis compositione) Quia aptam diximus, inquit, structuram compositione concinnitatis, id ita intelligendum: quod tametsi numerus à nobis fiat, non is tamen quæstus, sed dum verba struimus, sponte se numerus obtulit. Leue præsidium est Pyrrhichius ante Peana primum, propter ultimam indifferentem, quæ à monosyllabo excepta, partem dictionis facie. Apēt numerosęque dixerunt) Sicut Dionysius Halicarnassus eos locutus videri plerunque vult. Alterum si sit) Vt ē numeris consenteat, ut iam diximus, fuerit vitiōsum. Alterum nisi sit) Vt sit numerosa ē quatuor ferē partibus: aliquando simplex est periodos, & dicitur monocolos, ut Demetrius Phalereus scribit: aliquando duobus membris, & dicitur dicolos: si tribus, tricos: si quatuor, tetricolos: vlerā non progreditur. Quām satis sit) Quām uno possumus pronuntiare spiritu: video longissimi spiritus fuisse Demosthenes arguitur, quōd periodis videntur longissimi: ergo erit ferē, inquit, ex quatuor hexametris.

Sin membratim volumus dicere, insistimus: idq; cūm opus est, ab isto cursu inuidioso facile nos & sæpe disiungimus. Sed nihil tam debet esse numerosum, quām hoc quod minimè appetet, & valet plurimum. Ex hoc genere illud est Crassi, Missos faciant patronos, ipsi prodeant. Nisi interuallo dixisset, ipsi prodeant, sensisse profectō effugisse senarium. omnino melius caderet, prodeant ipsi: sed de genere nunc disputo. Cur clandestinis consiliis nos oppugnant? cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? Prima sunt illa duo, quæ κέρατα. Græci vocant, nos incisa dicimus: deinde tertium, κάλυξ illi, nos membrum. Sequitur non longa: ex duobus enim versibus, id est, membris, perfecta cōprehensio est,

## M. T. C I C E R O N I S

& in Spondæos cadit. & Crassus quidem sic plerunq; dicebat, idq;  
ipse genus dicendi maximè probo. Sed quæ incisim aut membrati  
m effeuntur, ea vel aptissimè cadere debent: vt est apud me, Do-  
mus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. hæc inci-  
se dicta sunt quatuor. At membratim quæ sequuntur duo, Incurri-  
sti amens in columnas: in alienos insanus insanisti. Deinde omnia  
tanquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinen-  
tur. Depressam, cæcam, iacentem domum pluris quam te, & quam  
fortunas tuas æstimasti. Dichorœo finitur, at Dispōdæo proximum  
illud. Nam in iis quibus ut pugiunculis vti oportet, breuitas facit  
ipsa liberiores pedes. Sæpe enim singulis vtendum est, plerunque  
binis: & vtrisq; addi pedis pars potest, non ferè ternis amplius. In-  
cisim autem & membratim tractata oratio, in veris caussis pluri-  
mum valet, maximeque his locis cum aut arguas, aut refellas: ut no-  
stra in Corneliana secunda, O callidos homines, ô rem excogita-  
tam, ô ingenia metuenda. membratim adhuc: deinde cæsim, Dixa-  
mus. Rursus membratim, Testes dare volumus. Extrema sequitur  
comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse bre-  
uior. Quem quæso nostrum fefellit, ita vos esse facturos? Nec vl-  
lum genus est dicendi aut melius, aut fortius, binis aut ternis ferire  
verbis, nonnunquam singulis, paulò alias pluribus: inter quas va-  
riis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio: quam per-  
uerse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, al-  
terum penè Demosthenem, saltat, incidens particulas, & is quidem  
non minus sententiis peccat, quam verbis: ut non querat quem ap-  
pellet ineptum, qui illum cognoverit. Sed ego illa Crassi & nostra  
posui, ut qui vellet, auribus ipsis quid numerosum etiam in mini-  
mis particulis orationis esset, iudicaret.

Dum in totum  
fingit periodos  
& longiores  
ambitus.

S T R E B A E V S. Quemadmodum membra in ambitu coniunguntur, ita singula per se  
collocari possunt: quod quum sit, tum membratim dicitur. Sicut autem periodos ab initio per inter-  
nulla fertur ad extremum, ita membra subinde quiescente spiritu insistunt, quasi figunt pedem, in-  
terrumpunt cursum, crebro feriunt, minutam & aperam sæpe redunt orationem. Utendum mem-  
bris erit quum volemus ab illo cursu desistere, qui continuatus inuidiam oranti mouere potest. Mem-  
bra cursu illo productione carent, numero non carent. Nam quanto breuiora sunt, tanto diligentius  
& coagulatione iunctura, & concinitate figure, & pedum stabilitate firmantur: & quod in  
illis minimè numerus apparet, eo tutius vincietur. Proponit exemplum Crassi veterum principis in  
arte dicendi: Missos faciant patronos, ipsi prodeant. Cur clandestinis consiliis nos oppugnant? Cur

de perfugis nostris copias comparant contra nos? Duo sunt incisa etiam composita, ut iambicum trimetrum faciant. Missos faciunt patronos, ipsi prodeant. Sustinendum in priori extremitate spiritus, ne versus appareat, ad quem vitandum Cicero lubentius diceret. Prodeant ipsi. Eodem modo membrum tam compositum est, ut trimetrum scazon officiat. Cur clandestinus consilium nos oppugnat? Secundum membrum redigi potest in actionarii trochaicum scazon, quae causa Ciceroni fuit exemplum pliciandi, qui praecepisset nihil tam numerosum esse oportere, quod minime appareret. Id videbat imprudenti Crassu accidisse studio componendi. Quod autem ex duobus versibus, id est, membris, perfectam statuit comprehensionem, tantum refer ad illud. Cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? quod est, videtur simplex, tamen habet vim duorum. Copias comparant contra nos, et de perfugis nostris comparant. Sunt duo Spondei in eo. Comparant contra nos. Cur, inquietus, illa incisa, hæc membra sunt? quia membra quæ vocant oratores, sensu pleniora sunt ac numero, incisa utroque imperfectiora. Quid est quod ait se de genere nunc disputare? De toto genere incisorum atque membrorum, non de singulis eorum pedibus disputare se monet, nam si velit explorare singulos alios pedes, aptius ponat, sed hoc omittit. Quæ incisim aut membratim efferruntur, ea vel aptissime cadere debent, significat illos Crassi fines ineptius cadere, quia longis syllabis torpescunt. Probat quidem viuferam periodum viri, sed non item particulas. Adit exemplum domesticum ex oratione quæ non extat, pro Scauro credo, cui Triarius accusator, ut est apud Ascionum, pro virtute obicit, hominem pauperem habere domum tum rebus aliis, tum maxima columnis quatuor magnificam. Quapropter Cicero patronus retorquere simile crimen in aduersarium potuit. Domus tibi deerat at habebas. Pecunia superabat at egebas. Incurrisisti amens in columnas, in alienos infanis infanisti. Depressam, cæcam, iacentem domum, pluris quam te et quæ fortunæ tuæ estimasti. Hic incisa quatuor, membra duo, deinde comprehensio. Ex incisis primum et tertium definit in Chorœnum, aut in Spondæum. Decebat enim, dissylabum profertur. Singula reliquorū Bacchios habet singulos. Idem Bacchius est in fine membra prioris: Disspondæus sequentis: Dichoræus in extrema comprehensione, quæ crepidini comparatur, quia non secus ac crepido, instabiles et fluctuantes particulæ firmat. Est enim crepido, vel saxum, vel moles edita, cuius obiectu instabile quipiam ut arena et aquæ firmatur. Sunt alia breviora ex singulis pedibus, aut binis, aut etiam ternis, quibus ut pugnaculis uti oportet. Pungunt enim, crebroque ferunt, ideo quæ plurimum valent, quum vehementer aut arguas, aut refellas. In illis breuitas facit ipsa liberiores pedes. Etenim minus liberè incedunt, qui cum multis iuncti, et antecedentibus et insequentibus inseruiunt. Ponit exemplum ex oratione secunda pro Cornelio maiestatis reo, quæ ubi quadrivio defendit suas actiones in duas orationes, quæ nec desiderantur, consulit. O callidos homines, O rem excogitata, O ingenia metuenda. Diximus. Testes dare volumus. Quem quo se nostrum fecellit ita vos esse facturos? Tria sunt membra ex binis ternis vel pedibus, O callidos homines, o rem excogitata, o ingenia metuenda. Dico ex binis ternis vel pedibus, quia licet sumere vel dissyllabos minores, vel trissyllabos ampliores. Si pedes assumas triu' syllabarum, O callidos homines, erit membrum ex duobus pedibus, et parte unius: quod fieri posse confirmat. Sequitur incisum pedis unius, Diximus, deinde membrum ex Spondeo, Tribrecho, Iambico, vel Pyrrhichio. Testes dare volumus. Tandem comprehensione brevis ex duobus membris. Quem quo se nostrum fecellit ita vos esse facturos? Forte non vides hic esse duo membra, dissolute, reperiens. Id fecisti, et neminem nostrum fecellit. Quum casim membratimve dicimus, inter particulæ variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio. Nam si nulla interponitur, concisa et minuta saltitatem oratio, crebroque pulsus tandem obtundit aures, qualem plerunque Seneca incepit continuat. Si frequens interseritur, tollit impetum, propter quem incisa et membra permulta coniungimus. Est igitur interponenda, sed raro. Varianda sunt eius clausula, ut aliquando brevius insistat, aliquando longius exporrigitur. Ut tamur exemplo, Nubit genero socrus, nullis auspicio, nullis authoribus,

## M. T. CICERONIS

funebris omnibus omnium. O mulieris incredibile scelus, & præter hanc vnam in omni vita inauditum. Hoc membrum tertium longius est, ut incisa firmetur oratio. O libidinem effrenatam & indomitam. O audaciam singularem. Nam interponit comprehensionē, non timuisse si minus vim deorum hominumque famam, at illam ipsam nostram facésque illas nuptiales? Redit ad incisa. Non lumen cubiculi? non cubile filia? non parietes denique ipsos superiorum testes nuptiarum? Hoc postremum fulcit illa duo superiora. Deinde rem totam plenius absolvit. Persegit ac prostrauit omnia cupiditate ac furore: vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Hoc optimum fortissimi mūq; dicendi genus, quod artifex optimus optimè nouit. Arguit Hegesias oratorem, qui quum vellet imitari Lysian tenorem quidē oratorem, sed bonū, & subtilitate dicēdi Demostheni penē comparandum, decurtatis ritebatur incisa, saltabat minutis particulis, nec vñquā interponebat numerosam comprehensionē. Habet igitur quem appelleret ineptū, qui illum cognoverit. Quis ineptior est, quam qui nō modò genere dicendi, sed & sententiis peccat? Alius fuit Hegesias philosophus Cyrenaicus, de quo Cicero prima Tusculana, Verūm si quærimus, hoc quidem, miseram esse vitā. à Cyrenaico Hegesia sic copiose disputatur, ut id rege Ptolemaeo prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere, q; multi his auditis mortem sibi ipsi consicerēt. De Hegesia oratore idē in Bruto. At Charisi vult Hegesias esse similis, ssq; se ita putat Atticum, ut viros illos p̄ se penē agrestius putet. At quid est tam fractū, tam minutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile?

VICTOR. Membratim volumus dicere) Vbi vrgendum & contentiosus dicēdum sit.

Nisi intervallo dixisset, ipsi prodeant) Quoniam dicendo, Missor faciant patronos, aliquantulum conquivuit: inde intulit, ipsi prodeant, quod si continuus pronūciatione fuisset spiritus, trimeter erat Lambicus: sed numerosius, inquit, erat. Prodeant ipsi, Creticus ut sit ante Spondeum. Cur clā destinis consiliis) Ex Crasso sumpta sunt exempla. Non longa) Ab inferiore pede. Est enim ordo verborum, Non longa comprehensionē est. Et Crassus quidem sic plerunque dicebat) Grauior enim ex longie, ut diximus, sit oratio. Domus tibi deerat: et habebas) Similiter desinens. Tanquam crepidine) Tanquam fornicate opere, ut rotunda fiat constructio: que conclusa est gemino Trochaeo, Iambo antecedente, Fortunas tuas estimasti. At dispondet proximum illud) Quod membratim enunciatum est, id dispondet terminatur, Insanus insaniisti. Nam in it, quibus ut propugnaculis) Recte translatio facta à propugnaculis, ut incisa, ut membra tanquam propugnacula antecedant: inde maior vis infertur ex vocum ingeminatione per quandam, ut ipse ait, crepidinem. Sæpe enim singulis) Subaudi, pedibus. Binis: & vtrisque) Hoc est singulis: & binis, potest addi pes medius: quod in metris fieri solet macrocatalectic. Non ferre ternis amplius) Non excedunt tres, inquit, pedes. Cum aut argua, aut refella) Ide est, in argumentationibus.

Quia non potest esse breuior) Quām ut sit discolor, non simplex membrum habere putat Cicero: Demetrius inde Phalereus ipsam monocolon appellauit. Interponit se raro numerosa comprehensionē) Raro, inquit, vbi membratim dicat, interponitur clausula numerosa, qua fructum oratori ferat, quæ palmam patrono compareat.

Comendatio  
bius diligens  
tia.

Et quoniam plura de numerosa oratione diximus, quām quisquam antē nos: nunc de eius generis utilitate dicemus. Nihil enim est aliud Brute (quod quidem tu minimè omnium ignoras) pulchrè & oratoriè dicere, nisi optimis sententiis, verbisq; lectissimis dicere. Et nec sententia vlla est, quæ fructum oratori ferat, nisi aptè exposita, atque absolute: nec verborum lumen appetet, nisi diligenter collocatorum, & horum vtrunque numerus illustrat: numerus

autem (sæpe enim hoc testandum est) non modò non poëticè iunctus, verùm etiam fugiens illum, eiq; omnium dissimillimus: non quin iidem sint numeri non modò oratorum & poëtarum, verùm omnino loquentium, deniq; etiam sonantium omnium, quæ metiri auribus possumus: sed ordo pedum facit, vt id quod pronunciatur, aut orationis aut poëmati simile videatur. Hanc igitur sive compositionem, sive perfectionem, sive numerum vocari placet: & adhibere necesse est, si ornatè velis dicere: non solùm, quod ait Aristoteles, & Theophrastus, ne infinitè feratur vt flumen oratio, quæ non aut spiritu pronunciantis, aut interductu librarij, sed numero coacta debet insistere: verum etiam quod multo maiorem habet apta vim, quam soluta. Ut enim athletas, nec multo secus gladiatores, videmus nihil nec vitando facere cautè, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam: vt quicquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuerit apta: nec satis tectè declinat impetum, nisi etiam incedendo quid deceat, intelligit. Itaque qualis eorum motus, quos ἀπαλλάσσοντες Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias.

*S T R E B A E V S.* Quæ generis huius esset utilitas, antè quæ sierat, hic cōstituit & sententias & verba numeris illustrari: Oratoris esse munus, optimis sententias verbisque lectissimis utilitatis neq; gloria fructū afferre dicenti, nisi aptè exponatur atq; absolute. Absolutionem à numero petendam, deinde verba diligenter collocandi, vt eorum lumen appareat: et numerum pertinere. Numerum oratorium numero poetico dissimillimum esse oportere, sæpe testatus est. Numerus sive ordo pedum facit, vt id quod pronunciatur, aut orationis aut poëmati simile videatur. Numeri sive pedes iidem sunt oratorum & poetarum, ut antè dictum est: iidem more cottidianō loquentium, quia non possunt enunciari duas syllabas quin efficiant pedem: iidem sonantium omnium, id est, voces indistinctas edentium: vt si cantites, nullum verbum proferas, erunt tamen percussionses aut pares, aut breviores, aut longiores, quæ cadent in pedem. Ergo varietas est omnino in collocatione. Collocatio vel est compositio quadam, vel perfectio & ornatus, vel numerus oratorius, cuius est vsus ne infinitè feratur (vt flumen) oratio, ne sit inornata, ne viribus desituta. Flumen veluti quodam filo perpetuo continuari perspicuum est. Is tractus continuus infinitè ferri dicitur. Dissimilis est periodus, quæ brevi demenso statio quiescit. De qua Aristoteles Rhetoricon tertio: Λέγω δὲ τὸ μῆρον τοῦ χαιρετικοῦ καθ' ἄντλην, ἐν μὴ τῷ περιγράμματι γένουν τελείωσιν. Εἰ δὲ ἀνδρὸς φίλη τὸ ἄπειρον, τὸ γάρ τὸ τέλος τούτης βέβαιον καθοργεῖ. Σιόπορι τῶν καμπήσιν ακτυνεῖ, οὐλιορτα, περιορώτερος τὸ τέλος, εἰ καμψει πέριτορον. Tractam periodon dico, quæ per se nullum consequitur finem, sed tum demum terminatur, quum subiecta res ad exitum peruenit. Est hæc insuavis, quoniam infinita, omnes enim finem videre cupiunt. Quamobrem in-

## M. T. CICERONIS

inclinacionibus respirent, ac resoluuntur: Et prouidentes finem, in prioribus non laborant. Periodus non spiritu pronunciantis, qui in aliis hominibus breuis est, in aliis prodigiis est, sed numero collecti debet insister. Quod si ad spiritum nonnumquam referunt, cum agitur de mediocritate, non de cuiusque pronunciantis pulmonibus. Eadem non insitit interdictione librariorum, id est, virgula aut puncto, quod fit quilibet manu scribit. non enim quia punctum est, quiescit ambitus, sed quia definit comprehensio, signum interducitur. Quod autem numerus orationi sit ornamento, nemo est credo qui dubitet. Quod vices addat, testimonio sunt qui ferunt aliquando sententiam tanquam fulmen numero vibrari. Cicero confirmat bac similitudine: Quemadmodum athletarum et gladiatorum palestra decenti motu venusta, et fortius petet et cautiuit euitat: sicutatio instituta numero tantum palestra, vehementius accusat, rectiusque defendit. Athletas Roma sive, qui spectaculis et maxime ludis publicis adhiberentur, satis est notum. Hi aut in stadio currunt, aut saltu contendunt, aut discuti iaciunt, aut luctantur, aut castu feriunt. Qui castu pugnoque feriunt, pugiles appellantur. Hi sicuti gladiatores et imperium declinant aduersarij, et ictu petunt aduersarium. Quod ut commode dius et venustius facere possint, a campi magistris et lanistis flexum palestramque discunt. Flexus ille corporis venustus, et motus membrorum decens numerorum pedibus confertur, quia numeri motu grauior aduersario plaga incutitur, et eodem, si quando aduersario cedit, testius ac munierius se tuerit orator. Ex contrario oratio numero carens incepit mouetur et rusticè, veluti imperiti palestræ, quorum subagrestis et incepitus est gestus: άπλαύσες Greci vocant, nulla palestra exercitatos. άπλαύσες Grecum est, unde melius deflexeris απλαύσες, quam quod alii scribunt απλαύσες. Nec si intelliges originem verborum, derivabis a vocabulo άπλαύσες, non magis quam αμέσως ἀπὸ τη μάστιχης. Reperimus et apud Fabium άπλαύσες.

**VICTOR.** Non quis iidem sint numeri? Cadunt enim numeri sub tactum, sub visum, sub auditum, ut arterie, saltatio, et sonitus sive ore, sive instrumento fiat. Ne infinitè feratur ut flumen oratio? Sed decoro numeri tanquam habenis retineatur. Interdictione librariorum Iactari quasi singulu. Ut enim athletas? Id est, pugiles. Habeat palestram quandam? Que ludenti, non feriendi causa adhibetur sed incurvandi, subducendi que per se quedam dexteritas est.

Nec plaga grauem facit) Argumentis iaculando. Nisi petitio? Id est, iniurio, ut cum aduersarium incipimus, aptè faciamus. Nec satis testè? Ab aduersarij argumentis. Declinat? Subterfugit. άπλαύσες Greci vocant? Id est, Palæstrice agilitati minimè idoneos.

Tantumque abest ne (quod iij qui hoc aut magistrorum inopia, aut ingenij tarditate, aut laboris fuga non sunt assediti, solent dicere) eneruetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit. Sed magnam exercitationem res flagitat, ne quid eorum qui genus hoc fecuti non tenuerunt, simile faciamus: ne aut verba traui ciamus aperte, quo melius aut cadat aut voluatur oratio: quod se L. Cælius Antipater in procœdio belli Punici, nisi necessariò, facturum negat. O virum simplicè, qui nos nihil celat: sapientem, qui seruendum necessitati putet. Sed hic omnino rudis. Nobis autem in scribendo atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur. nihil est enim necesse: & si quid est, id necesse tamen non erat confiteri. Et hic quidem qui hanc à

Lælio, ad quem scripsit, cui se purgat, veniam petit: & vtitur ea trajectione verborum, & nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. Apud alios autem, & Asiaticos maximè numero seruientes, inculcata reperias inania quædam verba quasi cōplementa numerorum. Sunt etiam qui illo vitio, quod ab Hegesia maximè fluxit, infringendis concidensque numeris in quoddam genus abiectum incident Siculorum simillimum. Tertium est, in quo fuerūt fratres illi Asiacorum Rhetorum principes Hierocles & Meneclès, minimè mea sententia contemnendi. Etsi enim à forma veritatis, & ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium compensant vel facultate, vel copia. sed apud eos varietas non erat, quod omnina ferè concludebant vno modo. Quæ vitia qui fugerit, vt neque verbum ita traiiciat, vt id de industria factum intelligatur, neque inferiens verba quasi rimas compleat, nec minutos numeros sequens concidat delumbetque sententias, nec sine vlla commutazione in eodem semper versetur genere numerorum: is omnia ferè vitia vitauerit. Nam de laudibus multa diximus, quibus sunt alia perspicuè vitia contraria.

*S T R E B A E V S.* Posteaquam numeri virtutes exposuit, conuersus ad vitia, castigat inescitiam eorum qui totam hanc artem repudiant, & eorum qui numeri causa inepit verba traiiciunt, & eorum qui inferunt inania quædam verba quasi complemēta numerorū, & eorum qui minutè infringunt numeros, & eorum qui omnia concludunt eodem modo. Hec vitia quinq; si quis vitauerit, omnia ferè vitia vitauerit. Primi qui cupiebant Attici nominari, numerum profus ignorabant, aut magistrorum inopia, quod hanc artē Romæ nemo profiteretur: aut ingenij tarditate, quod neque obseruare ipsi, neque è scriptis eruere possent: aut laboris fuga, quod magnam dicendo scribendq; exhibere diligentiam nollent. Ignoratiæ velum prætentunt dicitantes eneuari orationē compositione verborum, in quos facit utilitas illa numerorum, quam suprà demonstrauit. Secundi numerum sequuntur, sed illum neque tenent, neque apprehendunt, quasi posteriores rotæ. Quid ergo? Verba traiiciunt, id est, de loco in locum transferunt aperiè, quo melius aut cadat aut volvatur oratio, ut si dicas. Multa cōmisit in Rēpublicā, quam C. Cæsar abrepta libertate vexerat. Antonius. In quo turpius admisit ille Cælius antipater in historia de bello Punico, qui vtrò Lælio pollicetur id se nisi necessariò non esse facturū: quod quum facit explenda sententia causa, ne hoc quidem modo expiere potest. Ille simplex & sapiens videtur. Simplex, qui nihil celet: Sapiens, qui seruendum necessitatē paret. Sed neque simplex est, qui quæ caueat enunciando, vult à lectoribus causus videri: neque sapiens, qui putet id esse necessarium, quod omnino sit liberum, qui que fateatur id quod nihil sit necesse. Antonius apud Ciceronem secùdo libro de Oratore hunc virum optimū suis se dicit, & Crassi familiarem. Tertiū inculcant, id est, inferiunt inania quædam verba, quæ nihil omnino sensum iustant, quæ admodum poetae Græci interiūc explementa versuum, p. dñs, x. v. x. v. m. v. & id genus multa. Sunt & oratorum expletivæ particulæ, de quibus nō solum loquitur, sed etiam de omni verbo quod ad numerum facit, ad sensum nihil facit. Quo genere redundatæ illi

*Tria recenset  
vitia.*

*Quidam ve ex-  
pleat periodos,  
infarcunt inuti-  
lia verba: ali⁹ ni-  
mis breues &  
cōcisi, nullos ha-  
bēt numeros: a-  
ly claudunt om-  
nia similibus pe-  
dibus.*

## M. T. CICERONIS

& præpingues Asiatici abutebantur. Quarti infringunt & concidunt numeros, ut Hegesias ille, de quo paulò ante mentionem fecit. Hi cæsim membratimque perpetuè dicunt, nulla interposita numerofa comprehéſione. Hoc genus Siculorum simillimum dicit, propter eos qui Gorgiam Leontinum secuti, in minutis particulis secherunt orationem. Quinque sunt Asiani ferè in quodam tertio loci illius vicio, ut Hierocles & Meneclès fratres, non indoēti, quos Cicero vidit & audierunt, in aliis quidem laudandis, in hoc vituperādi, quod omnia concludebat uno modo, ut dichoræo. adde quod receperunt à forma veritatis, id est, vero & polito & Attico genere dicendi, ad luxuriosum illud & adipale & illiberale genus Asianorum. Epilogus superiora vitia comprehendit, non ita esse traicienda verba, ut id de industria factum intelligatur: non infuscēda & infuscēda verba inania ad rimas inanēsque, numeros explendos: nō ita cōcidendas esse sententias, ut delumbari, hoc est, enervari decurtag; videantur: non deniq; sine commutatione pedum in eodem semper genere versandum.

VICTOR. Tantumque abest, ne) Sensus est, Tantum abest ut eorum non enervetur oratio, qui aut inopia magistrorum, aut ingenij imbecillitate, aut laboris fuga, asequi non potuerunt usque numeris veterentur: ut etiam eorum nullus impetus sit in oratione, nec vis vlla in dicendo esse posset.

Sed magnam exercitationem res flagitat) Ut omnia certè humana, quæ ad laudem modò aliquam aspirare posse videantur. Traciamus aperte) Ne poetarum more verba transferamus: ut numerum faciamus quem solent facere poeta, ut versum concludant. Et Asiaticos maximē) Quos superius diximus cantum, & tumorem quandam in oratione secutos, prorsus Atticis contrarios oratoribus. Quasi complementa numerorum) Quod cum poëtie, qui necessitate coguntur e modo explore versum, ut nec desit, nec redūdet, puerile sit: multo id magis erit oratoribus, quos nulla ducie necessitas. Siculorum simillimum) Qui ut Dorica lingua vtebantur, ita rustica, ut apparet adhuc ex Archimede Eutotio, & Timæo, qui eadem lingua vñi sunt. Hierocles) Qui versus Pythagoræ, quos aureos vocant, interpretatus est.

Quantum autem sit aptè dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationē dissoluas permutatione verborum: corrumpatur enim tota res: ut & hēc nostra in Corneliana, & deinceps omnia, Neque me diuitiæ mouent, quibus omnibus Africanos & Lælios multi venalitij mercatorésque superarunt. immuta paulum, ut sit, Multi superarunt mercatores, venalitiique: pierierit tota res. & quæ sequuntur, Neque vestis aut cælatum aurum & argentum, quo nostros veteres Marcellos Maximosque multi eunuchi è Syria Aegyptoque vicerunt. verba permuta sic, ut sit, Vicerunt eunuchi è Syria, Aegyptoque, adde tertium, Neque vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum & L. Mummiuum, qui rebus his vrbem Italiāmque omnem refererunt, ab aliquo video perfaciè Deliaco aut Syro potuisse superari. fac ita, potuisse superari ab aliquo Syro, aut Deliaco. Vidēsne ut ordine verborum paulum commutato, iisdem verbis stante sententia, ad nihilum omnia recidant, cùm sint ex aptis dissoluta? aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, cámq; ordine verborum

Paulum commutato in quadrum redigas, efficiatur aptum illud quod fuerat anteà diffluens ac solutum? Age, sume de Gracchi apud censores illud, Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet, quanto aptius, si ita dixisset, Quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare?

**S T R E B A E V S.** Si quanta sit numeri vis, experiri velis, expedier, non cuiusque oratoris sed compositi numerosiq; bene structam collocationem dissoluere permutatione verborū, hoc modo intelliges ea quae numeri dignitate sunt optima, sublato numero corrupti, omnemq; suam amittere dignitatē. Quod autem nemo veterū ferē sit compitus orator, sua quādam ipse experiundi gratia dissoluit. Eligit autem, ut per eī, ea quae sententiā & verbis & cōpositione numerorū pulcherrima videntur. Neque me diuītia mouent, quibus omnes Africanos & Lelios multi venalitū mercatoresq; superarunt. Neq; vestis aut cælatum aurum & argentiū, quo nostros veteres Marcellos Maximosq; multi eunuchi ē Syria & Egyptoq; vicerūt. Neq; verò ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum & Lucium Mummiū, qui rebus his urbem Italiāmq; omnem refererūt, ab aliquo video perfaciē Deliaco aut Syro potuisse superari. Valent hac & bonitate sententiarum, & suauitate numerorum, sed si numerū tollas, & sententia & verba ad nihilū resident, hoc modo. Neq; me diuītia mouent, quibus omnes Africanos & Lelios multi superarunt mercatores venalitūq;. Neq; vestis, aut cælatum aurum & argentum, quo nostros veteres Marcellos Maximosq; multi vicerunt ē Syria & Egyptoq;. Neq; verò ornamenta ista villarū, quibus L. Paulum, L. Mummiū, qui rebus his urbem Italiāmq; omnem refererunt, video perfaciē potuisse superari ab aliquo Syro aut Deliaco. Quid si resoluat vniuersam compositionem, omnemq; verborum permute ordinem, quum finibus mutatis decor omnis abscesserit? Non est opus in hac parte prosequi verbis duos Scipiones Africanos ab Africa deuicta nominatos fuisse, Lelium sapientem esse dictum, Marcellum cepisse Syracusas, Maximum cunctā restituīrem, L. Paulum in triumphum duxisse Persen Macedonum regem, Mummiū Corinthum diruisse, summos viros omneis hos fuisse, diuītias contempisse, diuītis honores anteposuisse: hæc omnibus ferē nota sunt, nec obscurum Venalitios appellari venditores illos maximē qui corpora mancipiorum reuendunt. Eunuchos hos esse eunatos & emasculatos homines, quos diuītes custodia causa emere solebant. Deliacos & Syros seruos emptos ē Delo atque Syria, qui liberti facti per se ditescunt. Nihil ista faciunt ad numerum, sed vel bene contextorum dissolutio, vel male collocatorum compositio. Ut si alicuius inconditi & indigetis oratoris arripias dissipatam nulloq; numero contextam sententiam, àmque ordine verborū paulum commutato in quadrum & veluti se sile corpus rediges, efficiatur aptum illud numerosumq;, quod fuerat anteà diffluens ac solutum. Age, sume sententiam Gracchis ex oratione quam habuit apud censores: Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet. Redige in quadrum, Abesse non potest quin eiusdem hominis sit qui improbo probet, probos improbare, sentiunt aures quanto sit fortior hoc ordine constituta sententia.

**VICTOR.** Neque inferiens verba) Quæ momenti nullius sint: sicut aduerbia aliquando poeta interserunt. Multi venalitū Qui seruos mercatur, enītiāntq; qui & venalitarij dicūtur. Vlp. i 21. Pleriq; solēt mācipia, quæ nouitia nō sūt, quasi nouitia distrahere, ad hoc scilicet ut pluris vendat. Præsumptū enim est ea mācipia, quæ rūdia sunt, simpliciora esse, & ad ministeria aptiora, & docitora esse, & ad omne ministeriū habilita. Trīta verò mācipia, & veterana difficile est resormare, & ad suos mores formare. Quid ergo venalitarij scītūt facile decurri ad nouitorū emptionē,

# M. T. C I C E R O N I S

idcirco interpollant veteratores, & pro nouitie vendunt. Dicimus etiam venalitium, quod est ad vendendum expositum, de hominibus locuti: ut Pomponius. Qui vir cibaria uxori, familia, iumentisve præstiterit: quæ in usu communi erant, non condicentur: quod si familiam uxoris domesticā, aut venalitiam pauerit, contrā puto obseruari debere. Verba permuta) Tum videmus clausulam solidam: quia deest numerus. Adde tertium) Quia duo protulimus. Ad nihilum omnia recidunt) Id est, quæ nullius momenti esse omnia videantur. In quadrum redigas) Id est, in aptissimam, & congruentissimam sensibus clausulam: idq; Gracchi minime numeris videntur docet exēplo.

Hoc modo dicere nemo vñquam noluit, nemoque potuit quin dixerit. Qui autem aliter dixerunt, hocasse qui non potuerunt. Ita facti sunt repente Attici, quasi verò Trallianus fuerit Demosthenes: cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris cōtorta fermentur. Sed si quos magis delectant soluta, sequātur ea. Sanè, modò si quis Phidiæ clypeum dissoluerit, collocationis vniuersam spe ciem sustulerit, non singulorum operum venustatem: vt in Thucydide, orbem modò orationis desidero, ornamenta comparent. Isti autem cùm dissoluunt orationem, in qua nec res, nec verbū ullum est nisi abiectum: non clypeum, sed vt in proverbio est (etsi humilius dictum est, tamen consimile est) scopas, vt ita dicā mihi videntur dissoluere. Atque vt planè genus hoc quod ego laudo, contempsisse videantur: aut scribant aliiquid vel Isocrateo more, vel quo Aeschines aut Demosthenes vtitur: tū illos existimabo non desperatione reformidasse genus hoc, sed iudicio refugisse: aut reperiam, ipsa eadem conditione qui vti velit, vt aut dicat, aut scribat vtra voles lingua eo genere quo illi volunt. Facilius est enim apta dissoluere, quam dissipata connectere. Res autem se sic habet (vt breuissimè dicā quod sentio) compositè & aptè sine sententis dicere infania est: sententiose autem sine verborum & ordine & modo, infantia: sed eiusmodi tamen infantia, vt ea qui vtantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerunque prudentes: quo qui est contentus, vtatur. Eloquens verò, qui non approbationes solum, sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, mouere debet: omnibus oportet ita rebus excellat, vt ei turpe sit quicquam aut spectari, aut audiiri libentius.

H A B E S meum de Oratore Brute iudicium: quod aut sc̄quere, si probaueris: aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuū in quo neque pugnabo tecum, neque hoc meum (de quo tantopere hoc libro asseverauī) vñquam affirmabo esse verius, quam tuum. Potest

Sine rebus dignis, que ad rem nihil faciunt, si ne prudenter cogitatis.

enim non solum aliud mihi, ac tibi, sed mihi ipsi aliud alias videri. Nec in hac modo re, quæ ad vulgi assensum spectat, & ad aurium voluptatem, quæ duo sunt ad iudicandum leuissima: sed ne in maximi squidem rebus quicquam adhuc inueni firmius quod tenerem, aut quod iudicium meū dirigerem, quam illud quodcunq; mihi quam simillimum veri videretur, cum ipsum illud verum in occulto lateret. Tu autem velim si tibi ea quæ disputata sunt, minus probabuntur, ut aut maius opus institutum putes, quam effici potuerit: aut dum tibi roganti voluerim obsequi, verecundia negandi, scribendi me impudentiam suscepisse.

*STREBÆVS.* Digreditur in eos qui mentiuntur se quidem numerum tenere, sed illum collocare nolle, si fuerunt, ut ante diximus, incepti quidam oratores tempore Ciceronis, qui quum ordinatum contenerent, & Lysiae imitatores videri, Attici vellent appellari, Ciceronē ut nimis ordinatum leuiter ablicherent, monerunt homini stomachum, adeo ut eorum inficiā exagitauerit hoc libro sapient, & in Bruto, & de Optimo genere oratorum. Numerosē dicere, inquit, nemo unquam noluit, hoc est, omnis homo voluit, etiam si non potuit. Et nemo potuit hoc modo dicere, quin dicerit. Mentiuntur ergo qui se nolle discunt, se posse gloriantur. Qui aliter, id est, dissolute & aseqüe dicunt, hoc numerorum genus asequi non potuerunt. Ita facti sunt repente Attici, id est, Attici non potuerunt effici, ironice dixit, ut accipiamus sensum contrariū, non repente factos Atticos, hoc est, apifismos, qui fuissent ineptissimi. Quibus opponit Demosthenem, qui quum sit Atticorū facile primus, numerosa tamen compositione serè semper vtitur, vnde efficitur illud, non esse Atticorum, numero carere, sed omnia aptare quæcumque bona, utilia, venusta sunt in oratione, de quo plura supradiximus. Si non mouentur auctoritate Demosthenis, quid afferent cur non sit ille Atticus? an Trallianum dicente, id est, barbarum, redundatē, affectatorem, pingue, inceptum, quales Asiani illi fuerunt, quos Tralleis oppidum Carie & rybes barbaræ tulerunt? Non est neque Trallianus, neque Myssus, neque Phryx, sed ut natali solo, sic & dicendi genere verus Atticus: cuius sententia quasi fulmino vibrantur, quia numeris contorta feruntur. Non vult intelligi Fabius orationis fulmino torqueri numeris qui certum non habeant finem quod relut sagitta perueniant, sed orationis imperium numero, sicut & quum pedibus, ferri. Sed si quos magis delectant soluta, sequantur ea. Nam tollerabile videtur non absolutam periodon confidere, si modo cetera omnia cōpareant ornamenta: ut si quis modo, hoc est, tantum dissoluerit clypeum, quem Phidias excellens artifex Mineru& fecit, de quo ante scribimus, collocationis eius simulacri vniuersam speciem formamque sustulerit, non singularium operum, ut membrorum venustatem: ut Thucydides in historia clypeum dissoluit, qui non conficit orbem illum comprehensionis: ceteram in ea reliqua ornamenta comparent, hoc est adsunt, suamque tuerintur dignitatem. Ipsi autem non clypeum modo orbemque dissoluunt, sed ut est in proverbio (humili verbo humilia dicenda sunt) scopas habent solutas, id est, res per quam viles & minutus præterea inutiles, ut quibus ne solum quide vertere queant. In infinitos prop̄ similes tulit hæc etas, qui quod asequi non possunt, non ignorare se quidem, sed contemnere mentiuntur. Si quid aut Isocratis, aut Demosthenis, aut Aeschini more scriberent, & eorum numeris viterentur, planus genitus hoc dicendi nosse, non desperatione asequendi reformidare, sed contemnere, iudicio que refugere dicentur. Quod autem nihil unquam aptè numeroseq; scribunt, numeros nescire se tacito quodā indicio confitentur. Ne verò putent iniquam sibi conditionem ponit, si numerosē scribere cogantur.

*Cicero iam sex  
voluit vide-  
ri Academicus,  
hoc est, suspēdere  
iudiciū. Elegans*

*Platonis senten-  
tia est, Exiguū  
gddā de verita-  
te consequi etiā  
in extrema fene-  
ria, magna est  
felicitas.*

## M. T. CICERONIS

lege parient, ut aut numeros aptem more doctoriū, aut admittat eum qui dicat aut scribat dis-  
solueret & dissiparet, Græcē aut Latīnū: tum facilius erit inuenire qui more imperitorum loquatur, q  
qui recte componat orationem, quo proposito certamine, planum sit præstantius ut ser-  
mone triuiali, an oratione compōsta, quæ deceat oratorem. Hisce de rebus ne longa cōtrouersia agi-  
tur, hanc suam pronunciat sententiam, In sanare quōd numeros querat, sententiarum pondus negli-  
get. Nam qui viliora p̄ponit, meliora postponit, is non sapit, qui non sapit, is est insipiens, insipiens  
autem stultus est, stultus infantis, tāv̄t̄c̄ dī p̄w̄z̄ p̄alov̄r̄t̄. opponit contrarium, Sententia s̄ dicens  
sine verborum ordine & modo, id est, compositione & numero, infantiam videri. Infantia balbu-  
tire quidem sed planè loqui non potest. Infantis est multa etiam p̄eclarē concipere, verbis & elocu-  
tione exprimere non posse. Quod autem maior est rerum quād verborū dignitas, infantes aliquan-  
do prudentes haberi possunt. Infantes non ētate dico, sed elocutione. Nescio quomodo excusamus  
eos quos recte concipere putamus, recte loqui non posse agnoscimus. Ex duobus imperfectis vnum  
vult constitui per seūque tertium, quod perfecto summoq; sit oratore dignum: quia summus orator  
si approbars velit, nec approbari modò, sed etiam admiratione, plausuq; concionis accipi, omnibus  
in rebus ut excellat necesse est. Sententia mens est orationis, verba quasi corpus, numerus ut ornatus.  
Hec optimo cuic; coniungenda, ne clamitent īperiti alios esse inuentorū, alios dictionis artifices.

De oratore perfecto lata sententia est, quæ ut ab indice modesto esse videatur, contradicendi po-  
testas relinquitur. Hic enim iudex aperte nouit aut natura aut moribus comparatum, ut homo fre-  
quenter aliis, interdum sibi ipse dissentias. Hanc opinionum turbam scriptores omnes sustinere est  
necessit, sed eos maxime, qui leges numerorum p̄fitterati tulerunt, propterea quod numerus ad vul-  
gi assensum spectat, & ad aurium volupatem, quæ duo sunt ad iudicandum leuisima. Nam si di-  
cit orator in conuentu, frequenter accidit, ut imperita multitudine subaudiat, cūmq; primum probet  
oratorem, cuius oratione sensus animis que delenit. Aliis alia placent. Incertum & instabile iu-  
diciū vulgi. Aures veritatis frequētissime repugnant. Vnde fit ut de ratione numerorum ma-  
gna possit subvari rōtrouersia. Ne miremur autem hanc minoribus in rebus esse opinionum varie-  
tatem, qui videamus in maximis rebus, ut philosophici, in quibus tot tantisque viri contriuerunt  
omne tempus ētatis, nihil adhuc statim firmum: quia veritas sic latet in occulto, ut Socrates, ut Pla-  
to, ut Academicī omnes (in quibus Cicero nomen profiteretur suum) nihil habeant certi: pro certo se-  
quuntur id quod est simillimum veri. Tandem, quod res veluti in orbem revoluuntur, definit in illam,  
vnde sumebat initium, difficultatem.

*VICTOR.* Hoc modo) Subaudi, numerosē: Nemo, inquit, ita ineptus est, & delirus, qui  
potius continuē non cupiat dicere, si posse. Ita facti sunt repente Attici) Ironicos. Dum, inquit,  
numeris vei nesciunt, & quia Thucydides, aut Herodotus Attici numeris vñ non sunt, quoniam  
per id tempus nondū numerus cognitus erat, se putant Atticē loqui, & repente se factos Atticos:  
& quia numerū non veantur, rem statim confectam putant. Siquis Phidias clypeum dissoluerit)  
In eius medio Phidiae caput fuit: sed status Mineruæ, sicut superius ostendimus. Ut in Thucy-  
dide, orbem modò orationis desydero) In Thucydide, inquit, solum desydero numerū: cetera si qui-  
dē mihi videntur absolutissima. Isti) Ac si dicat, Homines ineptissimi, qui se Atticos faciunt.

Non clypeum sed ut in proverbio est) Sensus est, Thucydides, vel si quis alius Thucydideo mo-  
re locutus, grauiſſimis sententiis, electiſſimis, grauiſſimisq; verbis quod numerosē, si in ordinem du-  
catur, efferrī potuit, non efferrū: sed dissolui, trāucciāq; numerus videatur. Is iure Phidias clypeum dis-  
soluere dici potest. Siquidem eius grauiſſimē dicta, pulcherrimāq; sententiā minime clypeo viden-  
tur posse comparari. Qui autem ineptissimis verbis ineptissimās decūciunt sententias, si quando ta-  
ctantia causa similes Thucydidi, quod numeris nō vtatur, videri relint: & perinde, quæ numero-  
sē efferrī poterant, dissoluunt, non illi, inquit, Mineruæ clypeum, sed scopas, ut in proverbio est, dis-

solvere iure dici possunt: stolidissimi, qui hoc uno, quo illi deliquerunt, videri volunt similes eis, qui nullam eorum virtutem, in quibus maxime probari solent, amulentur, aut certe cum etiam possint, non iniuria dissoluere scopus dicuntur: quoniam eorum dicta non clypeus Minerva sunt, tanguam longe ab eo absint, ut iam qua loquantur, scopae dici possint. Eisi bumilius dictum) Quoniam nihil videtur abiecius scopis. Atque ut pland genus hoc) Sensus est, Quod si genus hoc dicendi non probant, scribant igitur Socratis more aliquid, & quantumvis dissoluant: tunc credemus posse & hoc, & alia quevis facilitate. Quo Aeschines Subaudi, Socratus: vel etiam qui Demosthenes inimicus: vel quo scripsit ipse Demosthenes modo. Facilius est enim apta dissolueret) Quia facilius est delinquere, quam bene vivere: facilius est circuli centro abscedere, quam ipsum centrum inuenire. Res autem se habet) Suam nunc Cicero de scribendi iudicio effert sententiam.

Etiam plerunque prudentes) Possibile siquidem est, ut multo sensus, magna que prudentiae, existimique iudicij sis: & tamen dicendi genus nullum habeas. Si liceat) Quoniam non semper opus.

Habes meū de Oratore Brute iudicium) Mos Ciceronis ita libros concludens, Habet: vel, Haec fuerunt. Si aliud quoddam est tuum) Quod tu folius tibi inuenieris, potest enim non solum aliud mihi (quoniam mutari hominis prudentia consueuit) aut aliud alio tempore videri: alio qui ne Cicero quidem tot libros nobis rhetoricos reliquist: neque ut facit, emēdasset, que ante ea multa tenenda pronuntiarat. Que ad vulgi affensem spectat) Stadum enim oratoris totum ad multitudine imperita iudicium relegatur. Sed ne in maximis quidem rebus) Que altissimo reguntur consilio. Quicquam inueni firmius) Quod minus posset imitari. Quam simillimum veri videbatur) Ide probabile, nam quenam, queso, disciplina iam est, que maxime hoc non sequatur, praeter Mathematicas disciplinas, in quibus etiam inuenias aliqua aliquando, que & ipsa quoque verisimilitudinem, atque umbram sequatur? Quia certè proferrem, nec ullus esset labor, si mibi id modò propositionum esset. Maius opus insitutum putes) Quia quod nunquam fuit, aut dubium sit esse ne possit, nos aggressi fuerimus ostendere: que certe quam magna sint, vix etiam cogitatione possit acutissimi quilibet ingenij proficere.

E I N I S.

P A R I S I I S,  
EXCVDEBAT THOMAS RICHARDVS,


I S S L















for absorbed by e

as  $\Gamma_{\text{pair}}$

or in scientific at zone also

§. 22 - min. sign. 2.9 and ③ in Jan C.

